Me patris Anchiſa,quoties humentib. umbris
Nox operit terras,quoties astra ignea ſurgũt.
Admonet in ſomnis,& turbida terret imago.

9 Interdum ab † umbris, & tenebris, Virg.lib.1.Georg.

Libra die,ſomniq. pares ubi fecerit horas.
Et medium luci,atq; umbris iã diuidet orbẽ.
Exercete uiri Tauros &c.

Verũ,quia non deſunt qui noctem definiant per umbram, ac tenebras,atque
10 definitionem ab effectu † neceſſario,& immediato definitionem ueram,non autem deſcriptionem eſſe uoluit Dec.in l. omnis definitio nu.3.uerſ.Et non eſt bona.ff.de reg.iur. idem Deciſ. in rubr. de prob. nu. 22. uerſ. Sed pro reſponſione conſiderandum eſt, ideo de hoc poſtremo diſſerendum erit, ubi de uera definitione agemus.

11 Penes † mixtos effectus deſcribitur Nox a Luna.Virg.lib.4. Aeneid.

Poſt ubi digreſſi,lumenque obſcura uiciſſim
Luna premit,ſuadentq.cadentia ſydera ſõnos:
Sola domo mœret uacua ſtratiſque relictis
Incubat.

Idem

Idem lib.x.Aeneid.

Iamq́ dies Cælo conceſſerat, almaq́ curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat olympũ.

12 Dixi lunam,ſeu lunæ † lumen effectũ
mixtum noctis, participantem ſcilicet,
& de neceſſario,& de contingenti , ſta-
tis.n.temporib.menſiſq; dieb.ornatiſq;
obſeruatis interſtitijs lumen effundit lu
na,atq; ideo dicitur effectus neceſſarius
noctis;ſed quoniam toto obſeruato mẽ
ſis interuallo, modo adeſt luna, modo
deeſt, ideo ſatis dici poteſt contingens
in ordine ad integrũ menſem,ſingulaſq;
illius noctes.

Quod autem ſpectat ad ueram No-
ctis definitionem.

Nox *communiter definitur, quod ſit
13 †umbra terræ,ſic Ouid.lib. 15. Metam.

Dum dubitant ſerã pepulere crepuſcula lucẽ,
Vmbraq́ telluris tenebras induxerat orbi.

Idem uoluit Natta Cõſ.469. Extat de
cretum nu.12.uerſ.Pręterea nox,dum di
xit,quod Nox eſt vmbra terrę obiecta ſo
li,un optime dixit Cælius Rhodig. par.
3.lectionum antiquarum lib.25.cap.16.
Qđ nã ex elementis,paulo poſt mediũ,
14 Noctem ẽ† terra gemitam fabulari Poe
tas,quē denſitati corporis ſeſe ſoli obie-
ctãtis aſcribit Mathematica diſciplina.
Sed Cicero vmbram terrę noluit eſſe
15 Noctem,ſed potius†cauſſam Noctis,dũ
li.2.de Natura Deorum dicit, quod um
bra terræ ſoli officiens noctem efficit.
16 Non tamen† bene,nec.n. vmbra, aut
tenebræ agunt in ſolem, ſed ex defectu
ſolis ipſæ exoriuntur. Speuſip. definit
17 Noctem, quod ſit ſolis† priuatio;Natta
18 conſ.469.Extat decretũ,n.13.dicit qđ †
19 dies eſt poſitio lucis,nox uero lucis† pri
uatio,idem uoluit Ang.in l.Titius §.Lu
cius nu.4.uerſ. Item nota quod illud ff.
de liber.& poſth.Aretin.in trac. Malefi.
in uerbo de Nocte,nu.2.in prin.
Dico ego nouiſſime, quod Nox nihil
20 eſt aliud,quam† totalis defectio ſolis ex
occaſu.
Dixi defectio ſolis loco generis,cuius
occaſione cõuenit cum Eclipſi ſolari, &
cum alijs vmbris,ac tenebris;ex occaſu
ut ab iiſdem differat;totalis,ne a die ex
cludantur crepuſcula, pars ſcilicet tem
poris qua adhuc uiget aliquid ſolis il
lius ſcilicet radij, aerq. illuminatus ex
ſolis maxima uicinitate,de quibus infe-
rius paulo in ca.3.Nox quando dicatur.
Qua de re uidemus adhuc ubi conti
nuo ſol occiderit lunares radios a ſolari
bus offendi prohiberiq; ne ſecernãtur,
per aliquod tẽporis interuallum; uana
ſiquidem Lucis ante ſolis ocaſum, pro
pe occaſum flaueſcens,albeſcens in oc-
caſu,inde crocea, mox in cælo ſplende-
ſcens, paullum deinde in terris rutilãs,
tandem omnia colluſtrans;deficit iterũ
paullatim ante ſolis ortum,albeſcit, fla
ueſcit,euaneſcit. Quanquam non defue
runt, qui crepuſculum uoluerint eſſe
partem Noctis,ſed de hoc 3.cap.
Sed nec prorſus reijcienda illa defini
tio,de qua Natta Conſ.469.num.12. ſic
tamen addẽdo;dicit ipſe, quod dies eſt
21 †ſpacium lucis,nox eſt ſpaciũ tenebra-
rũ,dico ego,quod dies eſt regulare ſpa-
cium lucis, & Nox regulare ſpacium te
nebrarum.
Atq; hæc de noctis ſignificatione ꝓ
priæ ſumpta;Cæterum obſcœnę mulie
22 res † locare noctes dicuntur,negare no-
ctem,atq; amatores poſcere noctes di-
cuntur,rogare noctes. Exturbare noctẽ
interdũ pro exturbare ſomnum ex Sta
tio.Accipere noctẽ pro accipere ſomnũ
dixit Virg.lib. 4. Aeneid. & ex eod. lib.
x. Aeneid. Nox æterna pro Marte ſumi-
tur.Nox animi pro ignorantia ex Ouid.

NOX VNDE DICTA Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Expoſitio uocabuli quid ſit.*
2 *Etymologia, Alluſio, & Expoſitio uocabuli idem ex communi importãt.*
Differunt tamen,num. 3.
4 *Diffinitio ad ſubſtantiam rei pertinet.*
Etymologia ad deriuationem uocabuli ibid.
Alluſio ad ſolius uociſ ſimilitudinem ibid.
5 *Lapis quaſi lædens pedem, reiecta reſolutio.*

6 *Lapidis etymologia, ſeu deriuatio ex Authore.*
7 *Lares apud ignaram olim antiquitatem, qui.*
8 *Lateres quaſi laripedes, & quare.*
9 *Nox penes Etymum dicta eſt græco νύξ, & a nocẽdo; Et quare, noua cõſideratio n. 10.*
11 *Lamia noctu uagantur.*
12 *Tenebræ facinoroſos ad delinquẽdũ inuitãt.*
13 *Nox penes alluſionẽ unde dicta ex Authore.*
14 *Etymologia & alluſio concidunt interdum, & quando.*
15 *Teſtamenti alluſio, & etymologia unica dictione.*
16 *Poſſeſſionis etymologia, & alluſio ſimul ex Authore.*
17 *Nox penes etymologiã, & alluſionem, quaſi noxia per figuram Apocopen ex Authore.*

ARGVMENTVM.

¶ Alluſionis, etymologiæ, & expoſitionis uocabuli, communi opinione reiecta, Alciati ſententia comprobatur. Noctis tum etymologia, tum alluſio, tum utrumq; ſimul, noua Authoris conſideratione detegitur.

CASTRENS. in l. 1. in princ. nu. 2. ff. de acquir. poſſ. dixit, quod hæc tria, Etymologia, Alluſio, & Expoſitio uocabuli idem
1 important, eſt enim † expoſitio uocabuli per aliud magis notũ, ut lapis quaſi lædens pedem, * paſſimq;
2 interpretes indiſtincte his utuntur† nominib. ut optime obſeruat chariſſimus olim Collega meus D. Paulus Bellonus in ſuis Commentariis ad tit. de Teſtam. ordinand. in rub. cap. 2. Quod attinet ad primum, nu. 5. uer. Licet paſſim interpretes, cuius elucubratiſſimas uigilias lætabundus uideo nuperrime, cũ hiſce meis laboribus, quicunq; ſint, ſub eodem prælo connaſci.

3 Alciat. mihi † rectius ſenſiſſe uĩ in l. Taberna, nu. 9. ff. de uerb. ſignif. dum inter definitionem, alluſionẽ, & etymolo-
4 giam eam conſtituit differẽtiam, ut † definitio pertineat ad ſubſtantiam rei, etymologia ad deriuationem uocabuli, alluſio uero ad ſolius uocis ſimilitudinẽ. Nec mirum, cũ in his mihi uideatur parum uerſatus Caſtrenſ. quod uel ex eo li-
5 quet, dum uoluit quod † lapis diceretur quaſi lędẽs pedem, niſi forte communis error, qui inter humaniores litteras profitẽtes inualuit iamdiu, illum excuſet, l. Barbarius Philippus ff. de off. præt. §. ſed cum aliquis, inſt. de teſtam. Ego. n. ut id obiter dixerim, exiſtimo lapides dici,
6 quaſi laripedes, ſeu† larium pedes; nec .n. aliquid commune habet ſonus huius dictionis lapis cum ſono illarum dictionum lædens pedem. Olim inter plures Deos, quos ignara illa colebat antiquitas, erant & Dij quidam domeſtici, ac
7 familiares, qui Lares† appellabantur ex eo, quod ſecundum alios totam domum, ex aliorum ãt ueriori forte ſententia focum incolebãt, qui & lar appellatur. Focus aũt non cõſtruitur ex aſſeribus, alias ſępius domus uniuerſa, & cõbureretur, & ſubuerteretur; conſtruitur autẽ focus ex ſolidiſſimo marmore, & duris lateribus quos quidẽ focos, quoſue lateres cũ
8. Dii Lares incolerent, merito† lateres, & eiuſmodi alia lapides dicti ſunt, quaſi laripedes, ſeu lariũ pedes, quod & perſuadetur, dum Mãtuanus poeta illos appellat ſaxicolas hoc carmine.

Saxicolaſq́; lares, & dæmones are latentes.

Quanquam non defuerunt etiam eruditiores noſtrę tempeſtatis interpretes, qui eãdem, & obſeruarint, & ſecuti fuerint etymologiam, atq; ut innumeros prope omittam cõſulto, is ſit omniũ inſtar D. Alciatus Iunior ad l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. uerſ. Hic oſtendo.

Videamus ergo unde dicta ſit Nox penes etymologiã, deĩde penes alluſionẽ.
9 Nox penes † etymologiam dicta eſt a græco νύξ, uel etiã a nocendo, quod oculis noceat, ſed arbitror ego non ſolũ dictam eſſe noctem a nocẽdo, quia oculis
10 noceat, ſed etiam, † quia eo potiſſimum tempore nocere conſueuerunt aduerſarij. Vnde Virg. lib. 2. Aeneid.

Vertitur

Digitized by Google

Vertitur interea Cælum, & ruit Oceano nox
Inuoluens umbra magna terramq. polumq.
Myrmidonumque dolos.

11 Atq; nocentes † lamias noctu uagari,
& bacchari teſtatur Syluester in ſua ſum
ma in uerbo Hæreſis el 1. unde illud, qui
male agit odit lucem, c. conſuluit de of-
fic. deleg. gl. in c. vn. in uerbo occulta, ut
eccleſi. ait. benef. Abb. in c. 1. de Cland.
Deſpõſ. Bal. in c. 2. de fid. inſtru. & in pul
chro caſu de nocturnis incendiariis, de
quib. ſuo loco. Crauet. conſ. 35. Ex pluri
bus cõcludendũ eſt, nu. 11. uerſ. 5. præſu
mitur dolus, lib. 1. tenebraſque homines
12 ad † delinquendũ inuitare ſcripſit Iaſ.
in l. Titius §. Lucius nu. 17. uerſ. Nam te
nebræ inuitant, ff. de lib. & poſth.

Penes autem alluſionem nõ uidi, qui
deduceret Noctem. Dico ego quod Nox
13 dicitur quaſi † Nõ uox. i. nulla uox, quia
eo tempore omnia animalia ſilere, nec
aliquã uocem emittere conſueuerũt, ut
diximus in c. 1. ex Ouid. lib. 10. Metam.

Tempus erat quo cuncta ſilent, interq. Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Licet autem differãt alluſio, & etymo
logia, nõ ideo tamen exiſtimandu meſt
hæc duo, alluſionem, & etymologiã eſſe
cõtraria, aut adeo diuerſa, ut nunquam
in idem poſſint coire, aut cõuenire, qni
14 mo † coincident tũc ſaltem, & eadem de
flexio erit & etymologia ſimul, & ſimul
alluſio, ſi ſimilitudini nominis ſimilitu-
do quoq; rõnis accedat, Alci. in l. Taber-
næ, nu. 11. ff. de uerb. ſign. Qua de re dixi
ego aliquãdo illud Imperat. Inſt. de te-
ſtament. in princ. Teſtamentũ ex eo di-
ctum eſt, ꝙ ſit teſtatio mentis, contine-
15 re, † tam alluſionem, quam etymologiã
qa adeſt, & ſimilitudo nominis, ſeu uo-
cis, & ſimilitudo rationis, ſeu ſignifica-
ti. Atq; cum inueſtigarem nouam poſſeſ
ſionis etymologiã, dũ I. C. in l. 1. de acq.
poſſ. dicit, ꝙ poſſeſſio dicta eſt a ſedib.
16 dixi, ꝙ poſſeſſio dicitur quaſi † poſſibi
lis ſeſſio, ſuſtinuiq; illam non ſolum eſſe
etymologiam, quoniam rei ueritatem
importet, ſed etiam alluſionem, quia ad
uiuum uocis ſonum refert.

Atq; in re propoſita conſiderabã dici
poſſe penes utrumque ꝙ Nox diceretur
17 quaſi † Noxia per figuram apocopem.

NOX QVANDO dicatur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Dies quadruplicem habet diuiſionem.*
Obſeruatur, & alia quadruplex dies diuiſio num. 3.
2 *Dies ceremonialis quis.*
3 *Dies emergens computatur de momento ad momentum.*
4 *Dies communiter diuiditur in naturalem, & artificialem.*
Dies artificialis eſt a mane ad ueſperam ibid.
5 *Dies naturalis eſt integrum ſpacium 24. horarum.*
6 *Dies naturalis interdum computatur ab occaſu ad occaſum.*
Interdum ab ortu ad ortum, iuxta uarias opiniones, nu. 7.
8 *Treuga dies commenſuratur ab ortu ad ortũ.*
9 *Dies naturalis interdum calculatur à meridie ad meridiem.*
Sæpius tamen a media nocte, ad mediam noctem, nu. 10.
Maxime in contractibus, nu. 11.
Rationes ad id plures remiſſiue nu. 12.
13 *Nox appellari poteſt dies, quia diei ſeruit.*
Non e contra, nu. 14.
15 *Dies naturalis interdum incipit poſt Gallicinium.*
Interdum computatur de ueſpera ad ueſperã num. 16.
17 *Dies appellatione uenit regulariter ſpacium 24. horarum.*
18 *Dies 24. horarum ab alijs naturalis, ab alijs vſualis, ab alijs vulgaris nuncupatur, & quare.*
19 *Nox in ordine ad diem naturalem non eſt conſiderabilis, & quare.*
20 *Dies interdum pro integro totius anni ſpacio.*
21 *Nox diuiditur in naturalem, & artificialem ex Authore.*
22 *Nox artificialis modo longior, modo breuior.*
23 *Dies ſtatutarius eſt regulariter 12. horarum.*
24 *Nox poteſt per ſtatuta augeri, & minui ad ſigna Campanæ.*

Digitized by Google

25 *Dies cur artificialis uocatus ex Tiraquel.*
Cur ex Angelo, nu. 26.
27 *Dies eſt dum Sol eſt ſuper terram.*
28 *Nox eſt dum adeo denſa ſunt tenebræ, ut difficulter quis poſſit cognoſci.*
29 *Crepuſcula an diei an nocti adſcribãtur, latè.*
30 *Crepuſcula cui adſcribãtur extremo, dubiũ.*
31 *Noctis partes undecim ex Cenſorino, & quæ.*
32 *Crepuſcula ex aliquorum ſententia cum nocte computantur.*
Infertur ad ſtatutum duplicans pœnam in nocturnis delictis, nu. 33.
34 *Aurora, & Serum pars noctis.*
35 *Crepuſcula in caſu recitati ſtatuti ex aliorum opinione diei aſſignantur.*
36 *Statuto ſtante quod delicta nocturna duplici pœna puniantur, non punitur maleficium ante primam noctis horam commiſſum.*
37 *Crepuſcula ſecundum alios an ſint pars diei, uel noctis, ſtandum vulgi opinioni.*
Quæ vulgi opinio in dubio eſt, ut in aduentu auroræ albeſcente Cælo ſit dies, nu 38.
39 *Crepuſcula ſtante ſtatuto de duplicanda pœna nocturno tempore, ſunt caſus omiſſus ſecundum aliquos.*
40 *Mixtum ſub ſimplicibus nõ continetur in materia pœnali.*
41 *Crepuſcula cui adſcribantur an diei, an nocti iudicis arbitrio relinquitur.*
Ita tamen, vt in mitiorem partem iudex arbitretur, nu. 42.
43 *Crepuſculum, ex natura rei, nec diei, pars, nec noctis.*
Secundum alios ad extrema pertinet, nu. 44.
Alij uolunt eſſe medium inter noctem, & diẽ, num. 45.
Alij dixerunt eſſe noctem in fieri nu. 46.
Diſtinguit Author inter ſerum, & diluculum num 47.
48 *Crepuſculum ſecundum alios eſt ad inſtar hermaphroditi, nec nox nec dies, & utrumque ſimul.*
Alij voluerunt eſſe diuiduum, modo ad diem, modo ad noctem pertinens attenta claritate iudicis arbitrio, nu 49.
50 *Hermaphroditus illi adſcribitur ſexui, in quo incaleſcit magis in indiuiduo crepuſculi.*
Aliud ſentit Author in caſu crepuſculi, numero 51.
52 *Crepuſcula etiam ex natura rei ſemper diei adſcribenda ex Authore.*
53 *Nox, & dies contraria ſunt, & quomodo.*
54 *Contraria ſunt in duplici differentia poſitiuè, & priuatè, & q̃ ſit differẽtia inter utranq;.*
55 *Priuatio excludit qualemcunque habitum etiam in terminis noctis.*
56 *Medium dare non eſt inter lucẽ, & tenebras.*
57 *Medium dare nõ eſt inter uitã, & mortem.*
58 *Semianimes interdum, nec uiui, nec mortui appellantur, uere tamen viuunt, nu 59.*
Proximo tamen morituri, nu. 60.
61 *Hora prima noctis inter nocturnum tempus, ſine contradictione enumeratur.*

ARGVMENTVM.

¶ Diei multiplex acceptio; Nox cui nã aduerſetur illius acceptioni; Ea dẽ quotuplex; Diluculũ, & Serum an diei adſcribantur an nocti; Omnia, & accurate inueſtigantur, & diligenter examinantur.

LICET ex diligentiori magiſq; accurata inueſtiga-
1 tione † quadruplicẽ dies
diuiſione admittat, prout
diuiditur in naturalẽ, arti
ficialem, de quib. mox ſu
2 mus facturi verba; ceremonialẽ, qui † &
diuerſis incipit, & diuerſis quoq; termi
natẽ horis diuerſis ex reſpectib. & emer-
3 gentẽ tandẽ, quo fit computatio de † mo
mento ad momentũ, vt poſt Bal. ibi alle
gatum tradit Mantua in ſuo Dialogiſm.
claſſ.4.c.50.Scio, ꝙ dies, per totũ præci
puèq; nu.7.verſ.& ceremonialis, Iac.de
Nigr.in l.1.§.qui præſens nu.32.verſ.Re
tenta tamẽ ff.de verb.obl. qui exemplifi
cat in dieb. ad appellandum, ſeu in natu
ralẽ, artificialẽ, conuentionalẽ, & legalẽ,
ut notat, & declarat Roman.in l.oratio-
ne nu.4.ff.de ferijs, verſ. Pro declaratio-
* ne. * Cõmuniter tñ ſcribentes diuidunt
4 diẽ in † naturalem, & artificialem, ita ut
artificialis ſit à mane ad veſperã, natura
5 lis † ſit integrum ſpatium 24.horarum,
quod tum inferius apparebit manifeſtè,
tum etiam tradit ex profeſſo Hieronym.
Butigel.ad l.1.§.qui præſens, nu.27.verſ.
Tu aduerte ff.de verb.oblig.Roman.in l.
ora-

Digitized by Google

oratione nu.3.verſ.Notatur ff.de ferijs;
6 vel is ſit ab†occaſu ad occaſum ex Athe nienſiũ more,gloſ. in l.More ff.de ferijs, quibus Hæbreos authoritate Bedæ addit Couarr.lib.4.variarũ reſolut.cap.19 Feſti dies nnmer. 5.verſ. Dies vero, Manichæos addit Tiraquel. de Retract. lignag.§.1. gloſ. xj. numer.1.ex D.Auguſtino lib.1.de Geneſi aduerſus Manichæos. Iudæos etiam ex Chryſoſt. in Math.Homil.51.Gallos antiquo inſpecto more ex Cæſar. lib. 6.de Bello Gallico, quos omnes conſequuntur Italis ſi horologium animaduertamus. Vel
7 etiam calculus fiat ab † ortu ad ortum, ut Babylonii, gloſ. in d.l. More ff.de feriis, quibus addit Perſas Tiraquel.loco cit.atque etiam Hæbreos ex D. Augu-
8 ſtino,quod etiam in†Treugis hodie ob-
* ſeruari*ſcripſit Iaſ.ut ſcilicet dies com menſuretur ab ortu ad ortum, Iaſ.inquam in d.l.More num.5.ff.de feriis.Viuius in comm.opin.950.Teſtis deponés de nocte,num.20.uerſ.Cæterum prædicta,not.in Syntag.comm.opin.par.3.loco 9.in tit.de probat.cap.26.Pars,& eſt tex.in c.1.de Treuga,& pace.Clau. Bertaz.ad Conſ.patris ſui,conſ.131.Non ui-
9 deo,in uerb.dies naturalis,par.1.Siue a† meridie ad meridiem queadmodũ Arabes, glo. in d.l.More ff.de feriis,quibus addit Tiraquel.ead.gloſ.xi.num.1.Vm-
10 bros,& Hetruſcos.Vel etiam a† media nocte ad mediã noctem,ut Romani, de quibus tex.in l.More Romano ff. de feriis,ibid.omnes, præcipueq; Alber.nu. 2.Guido Papę Singul.983.Dies incipit, Simon de Præt.Conſ.94.Queſtio eſt de menſe,nu.xj. uerſ.Sumendo diem naturaliter,lib.i. Marcus Ant. Eugen. Conſ. 48.Contracta ſocietate num.24.uerſ.Et dies incipiat,lib.1.Roma.in l.oratione, num.3.uerſ.Notat.ff.de feriis, & ibid.n. 4.uerſ. Aut uis, gloſ. in l.qua ætate ff.de teſtam.Ripa in l.quod iuſſit nu.58.uerſ. Quinto intellige.ff.de re iud. Dñs meus Alex.Raud.Conſ.26.nu.23.lib.2.Felyn. in cap.Eccleſia S. Mariæ. num. 53. uerſ. Quinta declaratio,de Conſt.Couar.lib. 4. Variarum reſolut. cap. 19. Feſti dies num.5.Bar.in d.l.More Romano num.i. ff.de feriis, ibid.Bald.& Alex. nu.1.latiſſime Cotta in ſuis Memoralibus in uerbo diem late etiam Alciat. in l.urbis appellatione num. 8.uerſ. Cuiuſq; diei ff.de uerb.ſignif.Tiber. Decian. Conſ. 65.Licet autem,nu.22.uerſ. Et quanquã ſciam uolum.2.

Quæ quidem 24.horarũ ſupputatio a media nocte ad mediam noctem,cũ in
11 aliis pleriſq; tum præcipue in†contractibus locum habet, ut ſcilicet dies cõtractuum a media ad mediam enumeretur noctem Henr. Boich. ſuper ſecundo decretal. in tit.de feriis, numer.2.& per totum titulum plura de dierum calculo,ad quod uideri poteſt etiam Io. de Turre cremat. in cap. Quod patribus, diſtinct. 75. numer. 3. & 4. & in c. 1.de conſecrat.diſtin.3.nume.28.& 29.Idem addit Claud. Bertaz.ad Conſilia patris ſui,Conſ.131.Non uideo,in uerbo dies naturalis par.1. poſt Simonem de Præt.
* ibi allegatum,ubi de * communi. Eorũdem morum recenſet Aegiptios,& Aipparchios Tiraquel.de Retract. lignag.§. 1.glo.xi.nu.1. plures ad id,cur ſcilicet talis fiat dierũ calculus a media nocte ad
12 mediam noctẽ,rõnes†addens ibidẽ nu. 2.poſt Plutar.in Problem.Roman. cap. 8. .quas eaſdem rationes recenſet etiã Cotta in ſuis Memoralibus ĩ uerbo diẽ, quarum ea potiſſima uidetur Tiraquel. quia ſcilicet diei ortus,principiũ agendi eſt,nox uero conſilij, oportet autem præparatos rem aggredi,nõ agentes pręparari.Quãquam hæc ratio magis fauet Athenienſibus,qui ab occaſu ad occaſũ dies enumerat,de quo latius ſuo loco in cap.de Cõſilio,& Præparatione . Illuſtrat tamẽ interim hæc ratio mirũ in modũ id ꝙ poſt Bald.in auth.Hodie in ulti ma col.C.de appellat.ſcripſit Iaſ.in d.l. More num.19.ff.de feriis, quod ſcilicet
13 Nox poſſit appellari†dies, quia diei deſeruit,ita etiam Bald. in cap. Ego N.nu. 2.de Iureiur.Mantua in ſuo Dialogiſm. claſſ.4.cap.50.Scio quod diei,nu.8.uerſ.
* Igitur diei, ubi dicit de hoc non eſſe * dubitãdum,ſubiiciens ideo appellatio-
14 ne † noctis,nũquã ſignificatum iri die, aut demonſtratum, quoniam dies nocti

Digitized by Google

non deſeruiat;ſiue etiã hic incipiat dies
15 poſt † Gallicinium, ut uoluit Angel. in l.1.nu.2.C.de cuſto.reorum, & Aret. de Maleficijs in verbo De nocte, nu.2. verſ.Itẽ dicit.Hinc Horat.lib.1.Sermon. Satyr.prima.

Agricolam laudat Iuris legumq; peritus,
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.

Siue tandem id computetur ſpacium
16 24.horarum a†ueſpera ad ueſperam,ut ſancta obſeruat eccleſia, tam in officijs dicundis,quam indulgentijs concedun dis, Summa Hoſt. in tit. de feriis numer. 3. Cotta in ſuis Memoralibus in uerbo, Diem uerſ.Et ad illud, quod ſu perius, Alber.in l. More numer.1.ff. de feriis,& facit illud ſacræ paginæ Geneſ. cap.1.Factus eſt ueſpere, & mane dies unus,Roman.in l.oratione num.4.verſ. Aut quæritur ff.de feriis.

Hic aũt naturalis dies 24. horarũ ue-
17 nit † regulariter appellatione diei ſim pliciter,& abſolute prolati,gloſ.in cap. 1.de conſecrat.diſtinct.3.Archidiacon. in cap. Quod a fratribus, 75. diſtinct. Marc.Ant.Eugen.Cõſ.48.Cõtracta,nu. 27.uerſ. Quia reſpõdeo,& n.28.ubi de* cõmuni,& alii, de quibus Viuius deciſ. 266.Dies decem,num.8.uer. Et diei appellatione lib.2.Et ita cõmuniter teneri in*praxi,teſtatur Flamin. Pariſ.de Re ſignat. Beneficiorum poſt alios ibi allegatos lib.12.quæſt.8.num.34. uerſ.Con traria tamen,qui idem obſeruari Romæ ab ſignatura*Cancellariæ, ut ſcilicet ap pellatione diei ueniat ſpacium 24. horarum poſt ibi allegatos,& ipſe teſtatur Pariſius loco cit.nu.35.Qui ideo appel-
18 latur etiam uſualis dies, ſeu † uulgaris, quia illo utuntur omnes cõmuniter, & ita ſonat in auribus uulgi,Mantua in ſuo Dialog.claſſ.4.c.50.Scio,ꝙ dies,in prin.

Nõ eſt aũt cõſiderabilis nox in ordine
19 ad†diem hunc naturalem 24.horarum, quoniam eo inſpecto nox nõ eſt unquã, ſed dies ſemper,Tiraquel.de Retract.li gnag.§.1.glo.11.num.7.8.& 9.Bald.in c. Ego N.nu.3.de Iureiur.Angel. in l. More,num.1.ff.de feriis;quemadmodũ,nec
20 † noctem conſideramus,prout dies pro integro totius anni ſumitur interuallo ut plura refert iura Albe. ne eius uigilias ſupprimere uelle uideamur,in uer. Dies el primo.

Noctem uero in ordine ad diem artificialem conſidero ego nouiſſime, illãq;
21 diſtinguo in†naturalem, & artificialẽ. Nox artificialis eſt breuior modo,modo
22 longior ex†uoluntate ſtatuentium;licet .n.attẽto iure ſtatutario regulariter dies
23 ſit ſpacium†12.horarum,atq; adeo nox ipſa,Fede.de Senis Conſ.44. Statuto ca uetur,& Flami.Pariſius de Reſignat. Be nef.lib.12.quæſt.8.nu.33.uerſ.Quod de beat,poteſt tamen nox per ſtatuta auge-
24 ri,&†minui ad ſigna Cãpanæ,quod uario uariis in regionibus obſeruatur modo,in ordine ad delicta,uel armorum de latione, Abb. & alij in cap.ſi perfodiẽs de homicid.Alber.in l.More ad fin.ff.de ferijs,Angel.de Vbald. Conſ. 194.Viſis proceſſibus,num.7.uerſ. Nam ſtatutum uult,Salyc.in l.nõ minorem,nu.5. uerſ. Quæro túc,quando dicemus, C.de Trã ſact.Sed eccum Tiraquel. de Retract.li gnag.§.1.gloſ. 11.num.4.uerſ. Hic tamẽ dies,ideo dicentem diem a noſtris forte
25 dici†artificialem.Quanquam Angel. in l.more,nu.4.uerſ. In gloſ. 2.ff. de ferijs, uoluit diem ex eo fuiſſe uocatum artifi-
26 cialẽ,quia per † artificia a nocte diſtin guitur,quod & ſatis uidetur uoluiſſe Al ber.in ead.l.more,num.2.dum dicit,qđ dies ad operandum incipit a mane uſq; ad ueſperas, & Mantua in Dialogiſ. claſſ. 4.cap. 50. Scio quod dies, num.2. uerſ. In operibus hominum, & etiam uoluit Hieronym. Butigel. ad l.i.§. qui præſens num. 27. uerſ. Tu aduerte ff.de uerb.obligat.

Natura uero inſpecta certum eſt dũ
27 †ſol eſt ſuper terram diem eſſe; dum uero tenebræ adeo dẽſæ ſunt, ut uel quis abſolute cognoſci nõ poſſit, uel nõ ſine
28 maxima†difficultate,noctẽ eſſe, ut not. in Syntag.comm.opin.par.4.loco 11. in tit.de Iudiciis cap.5. Sententia, col.1. in fin.& eſt tex.in cap.ſi perfodiens, de ho micid.Angel.in l.1.C.de Cuſtod. reorũ, Idem in l.More,num.2.ff.de feriis,Dec. Conſ.354.In caſu propoſito, numer. 4. uerſ.

Verſ.& dicit Ang.Viuius cõmuni opin.
703.Sententia la.a de Nocte nu.4. Verſ.
Et aduerte,Dec.in cap.conſuluit,nu.41.
verſ.In ſe tamen verum. de offic.deleg.
Bar.in l.j.§.hoc Senatuſconſultum ff.ad
Syllan.Idem in l.aut facta §. tẽpus in fi.
ff.de pęn.Bald. in l.vn. C. de emendat.
Cod.Felin.in cap. ſi perfodiens in prin.
nu.1.de homicid.Feder.de Senis,quæſt.
44.Statuto cauetur, nu. 2.Ver.Nam tũc
dies,Alex.in l.More num. 3. uerſ. Quia
dies proprie.ff.de feriis , Natta conſil.
469.Extat decretũ nu.2. Flamin. Pariſ.
de Reſignat.Beneſ.lib.12.quæſt.8.num.
34.uer.Quia nunc proprie,Marcus Ant.
Eugen.cõſ.48.Contracta ſocietate , nu.
3.lib.1.Bertaz. conſ.crim. 131. Non video,nu.3.verſ.Si uero volumus,par.j.&
* hanc eſſe * propriam acceptionem teſtatur poſt ibi allegatos Iacob. de Nigris in l.1.§.qui præſens, num. 33. verſ.
Nam ſecũdum communem ff. de verb.
obligat.

29 Tota difficultas eſt † an crepuſcula, tempus ſcilicet inter diem, & noctem, nocti adſcribantur,illiuſq;pars dicantur
30 eſſe,an vero diei.Hoc.n.valde† dubium eſſe poſt alios ibi allegatos ſcripſit Bolo gnin.conſ.37.licet alias, nu.13.verſ.Nã licet poſt Bart.in l.Aut facta §. tempus ff.de pœn.Bal.in l.2. C. quibus res iud. non noc. tex. & ibi ſcribentes in cap. ſi perfodiens de homic.& hanc fuiſſe quęſtione dubiã apud omnes antiquos ſcripſit Roman.in l.oratione,nu. 5.verſ.Reſtat vnum ff.de feriis.

Et Cẽſorinus de die Natali partem illam Nocti adſcribit, dum haſce con-
31 ſtituit†noctis partes,Veſperam,Crepuſculum, Primam Facem, Concubium, Noctem intempeſtam, Ad mediam noctem,Mediã noctem,De media nocte, Hallicinium,Cõticinium,& Diluculũ. Has etiam noctis partes recenſet Cherubinus Sandolinus in ſuo Thaumalẽmate poſt lib.8.in uerbo Nox. Idem uult manifeſte Sandolin.d.lib. 8.cap.22. Temporalium,in fin.uer.Sit dies artificialis, dum uoluit,quod dies artificialis prolixior ſit 15.horarum,quod autem ſupereſt nocti deputetur, & tamen uidemus attentis crepuſculi reperiri longiores dies æſtiuo tẽpore. Rurſum dixit ibid. longiores noctes eſſe 15.horarum,quod ſupereſt deputandum diurno tempore, cum tamen nos experientia doceat nõ dari adeò longum denſarum tenebrarũ ſpatium.

Idem profecto ſentit Sãcta Romana Eccleſia,dum officium diuidens in nocturnum,& diurnum, per diurnum intelligit Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperas, per nocturnum vero Matutinum,Primam,& Completorium,Card. poſt gloſ.in cle.1.§.1.de relig.& vener. Sanctorum,& not.in cap.1.eod.certum eſt autem, quod Prima dicitur in diluculo,ſeu aurora,Completorium uero, cum nocturnæ incipiunt tenebræ.Idem uidetur ſenſiſſe Bald.in cap.1. de Treuga,& pace,dum diem 24.horarum diuiſit in diem lucis, & diem tenebrarum, ut dies lucis, ſit donec dies eſt ſuper terram,dies uero tenebrarum ab occaſu
* ad mane. Et ita fuiſſe alias *determina-
32 tum,ut ſcilicet † poſt ſolis occaſum ſit nox,poſt Abb.Io.Andr. & iura ibi allegata,& ponderata ſcripſit Ludou.Bolognin. conſ. 37. Licet alias in præſenti, numer.13.verſic. Nam licet dubium,& & quod in aurora ante ortum ſolis, & poſt eiuſdem ſit occaſum, de nocte fie-
* ri dicatur, de magis ** communi poſt Alex.& Caſtren.in l.Titius §.1. de li.& poſth.teſtatus eſt Franc. Burſat. conſil. 319.Diplomate Pii V.num.6.lib.3.Qua
33 re in caſu ſtatuti † duplicantis pęnam ratione delicti de nocte commiſſi partem illam, quæ Crepuſculum appellatur,cum nocturno tempore computari ſcripſit Bart.in l.aut facta §. tẽpus ff.de pœn.Caſtren.in l.More nu.3. ibi.Ang. nu.3.verſ.Et eſt vtile,Alex.ibid.qui di-
* cit magis ** communẽ ff. de feriis, ſiue
34 ſit ea pars,quę†aurora nuncupatur,ſiue ea,quæ dicitur crepuſculum,Natta cõſ. 469. Extat decretum, nu.1.& nu.3. vbi
* de magis ** communi,eandem opinionem tenuiſſe etiam antiquos tenet Io. Andr.in cap.ſi perfodiens, de homicid.
* vbi amplius teſtatur, ita fuiſſe*determinatum,vt refert Natt.d.conſ.469.nu. 3.verſ.

Digitized by Google

3.verſ.Eãdem opinionem,quod & ma
nifeſte voluit Bart.in l.2.§.hoc Senatus
ff.ad Syllan.Bal.in prima Conſtitut.Co
dicis,§.Cordi, Cæpol. in l.2.§.fin.ff. de
verb.ſignif.à contrario ſenſu.

Alii vero in caſu huius ſtatuti uolue-
35 runt creſpuſcula aſſignari † diei tanquã
illius partes.Is fuit Iaſon in l. Titius §.
Lucius,n.12.ver.Quartò nota, & nu.17.
verſ.Tu dic quod imo ff.de li. & poſth.
Idem Iaſ.in l.More,nu. 18.verſ. Et ſi in
aliqua,ibid.Alex.n.6.uerſ.Quid autem
ſi in aliqua ff.de feriis,alii quoq; de qui
bus Natt.d.conſ.469.nu.4. uerſ. In con-
trarium,Ang.in d.l.Titius §.Lucius Ti-
tius,nu.4. verſ. Item nota quod illud ff.
de lib.& poſth.Bald.in l.2.ad fi.C.quib.
res iud.Io.Andr.in cap.Alma mater, de
* ſententia excommunicationis in 6.de *
communis poſt Vincentium Maxillã in
conſuetudinibus Ciuitatis Bari in tit.
quouſq; dies intelligatur , nu.4.Viuius
opinion.950.Teſtis deponens de nocte,
nu.16.uer. Sciendum eſt igitur ubi plu-
res alij allegantur, commemorat hanc
opinionem Lazar.Fœnut.in ſuo Tracta
tu de Momento temporis ca.24. Ali-
quando eodem momento,num.17.ver.
Alia fuit opinio,& in fortioribus termi
nis id voluit Bertaz.dum in caſu ſtatuti
Ferratiæ ſub Rubr.Pœna facienti inſul
tum tempore noctis,fol.154.dixit in ſuo
caſu nõ fuiſſe locum pœnę,quoniã non
dicebatur commiſſum delictum noctur
36 no tempore,cum adhuc † data non fuiſ-
ſet prima hora noctis,Bertaz. conſ.378.
Baptiſta de Agazotis,nu.8.verſ.Et tãto
magis,uol.2.

37 Alii voluerunt in † hoc ſtandum eſſe
vulgi opinioni,atq. conſuetudini,Bald.
& Fulg.in l.More Romano ff. de feriis,
Salyc.in l.non minorem,n.5.C. de tran
ſact.verſ.Sed vulgi opinioni,Natta cõſ.
469.Extat decrerum, nu.7. verſ. Præte-
rea Bal.ubi etiam refert Ang. idẽ Natta
ibid,num.15.verſ.Mouet me,qui nu.16.
38 declarat in † dubio hanc vulgi opinio-
nem,ut ſcilicet ea attenta dies ſit in ad-
uentu auroræ albeſcente cęlo,ſic etiam
Alber.de Roſat.in 2. par.ſtat.quæſt. 69.
Deinde quæro.

36 Alii uoluerunt † eſſe caſum à ſtatuto
omiſſum,& iuris communis diſpoſitio-
40 ni delictum,quoniam † in pœnalib. ſub
ſimplicibus uon contineatur mixtum;
is in indiuiduo fuit Abb.in cap.ſi perſo
diens,nu.2.verſ. Poſſet etiam argui , de
homicid.Natta conſ.469 Extat decretũ
nu.10.verſ.Item quia ſub ſimplici , vbi
alii,Alex.in l.Titius §.Lucius,nu.9. ff.
* de lib.& poſth. vbi de *communi in or-
dine ad regulam, quod ſcilicet in mate-
ria pœnali , ſub ſimplicibus non conti-
neatur mixtũ, cui regulæ addo Aret. in
§.omnium,num.6.Inſtit.de action.Ro-
man.conſ.294.Hæc confeſſio, nu.4.uer.
Certum eſt autem,eundem Romã. cõſ.
259.In caſu propoſito, nu. 5. verſ. Hæc
exceptio , & latius dicemus in cap.de
Mixto.

41 Alij tandem † id iudicis relinquunt
arbitrio,Abb.in ca.ſi perfodiens de ho
micid.Natta d.conſ.469.num.8.ver.Itẽ
videtur dicendum , & plures teſtantes
* de communi * recenſet Claud. Berta-
zol. ad conſ. Criminal. Bart. Bertazol.
conſ.131.Non video,ſub littera C. ver.
42 Alia eſt opinio,par.prima,ita † tamen,
* *vt in mitiorem partem,iudex arbitre-
tur,ut de communi Canoniſtarum te-
ſtatur Abb.in cap.3.nume.2.verſ.In du
bio,de homicid.Auguſt.Arimin.in ad-
dit. ad Ang. de Malef. in verbo. De no-
cte poſt num.4.Viuius deciſ.950.Teſtis
deponens de nocte,nu.17. ver.Sed re ve
ra,Io.de Selua in tract.de Benef.par.3.
quæſt.17.num.5.verſ.Et erit arbitrariũ,
Iaſ.in l.Titius §.Lucius num.18.ver.Itẽ
* nox ff.de lib. & poſth. ubi * dicit hoc
æquius eſſe,ibid.Ang.nu.4.verſ.Itẽ no-
ta,idem tenet Feder.de Senis quæſt.44.
Statuto cauetur,nu.2.verſ. Nã tunc dies
Ludouic.Bolognin.conſ.37. Licet alias
in præſenti,num.13.verſ.Iſte tamen ca
ſu,Alex.in l.More,nu.3. verſ. Quia dies
propriè ff.de feriis.Nat.conſ.469.Extat
decretum, n.5.verſ.Item quia qualitas,
* & ita fuiſſe *iudicatum teſtatur Clar.li.
5.recept.ſentent.§.fin. quæſt.82.in uer-
bo Statutum el.9.nu.4.

Verum hi omnes loquũtur in ordine
ad delicta. Nos autem examinemus

quæſo,

quæſo,& videamus præciſis,& ſtatutis,
& delictis, an ex natura rei crepuſculū
ſit pars diei,an pars noctis. Et equidem
43 ex natura rei dixerunt plures† nec diei
partem eſſe,nec noctis,Alex.in l.Titius
§.Lucius,nu.9.ff.de lib.& poſth.Abb.in
cap.ſi perfodiens,nu.2.verſ.Poſſet & ar
gui,de homicid.

Alij voluerunt naturaliter pertinere
44 ad† extrema,Angel.in d.l. Titius §.Lu
cius num.4.ver.Item nota,quod illud ff.
de lib & poſth.poſt Cyn.in l.3.§.1.ff.eo.
de lib.& poſth.

Alij,quod aurora, & crepuſculum te
45 neat† medium inter diem, & noctē,vt
* hanc fuiſſe opinionem * antiquorum,
quod tamen magis intelligere,quā ver
bo poſſe percipere ſcripſit Rom.in l.ora
tione,nu.4.verſ.Reſtat vnū ff. de ferijs.

Alii dixerunt crepuſcula eſſe noctem
46 in† fieri,Iaſ.in d.l. Titius §. Lucius, nu.
13.verſ.Sed Bart. ff. de lib. & poſth. ſed
47 hoc caſu† diſtinguendum eſſet inter cre
puſculum poſt occaſum ſolis, quod ſe-
rum appellat & crepuſculum ante ortū
ſolis,quod dicitur diluculum, vt ſerum
quidem dicatur nox in fieri, diluculum
vero dies in fieri.

48 Alii ad inſtar † herma phroditi, nec
diē eſſe,nec noctē,& tamē vtrumq; eſſe
voluerunt, Ouid.lib.4.Metamorph.

Iamq; dies exactus erat tempusq́; ſubibat,
Quo tu nec tenebras nec poſſes dicere lucē.
Sed cum luce tamen dubia cōfinia noctis.

49 Alii exiſtimarunt † crepuſculum eſſe
diuiduum quoddam, peritiq; arbitrio
cognoſcendum, an tanta ſit claritas, vt
attribuatur diei,aut tanta obſcuritas,vt
nocti adſcribatur, Angel.in l.prima nu.
2.C.de cuſtod.reor. Auguſt.de Arimin.
ad Angel.de Maleſ. in verbo de nocte,
alios citat Natta.conſ.469. Extat decre-
tum,nu.8.verſ.Item videtur dicendum,
* de*communi Clar.lib.5.recep. ſentent.
§.fin.quæſt.82.in verbo ſtatutum el.9.n.
* 4.vbi dicit etiam ita fuiſſe * iudicatum,
quod & voluit Natta d.conſ.469.Extat
decretum,nu.8.verſ. Idem etiam tenet,
Lucas de Penna in l.qui agros C.de om-
ni agr.deſert.lib. 11. Afflict.in conſtit.
* Regn.Multæ leges de*communi etiam
Soarez in verbo Noctu,nu.33. item de
communi Fran.Burſat.conſ.319.Diplo-
mate Pij V.num.7.lib.3. Dec.conſ.364.
In caſu propoſito,nume.2.Nauar. conſ.
lib.1.in tit.6.de electione.conſ.2.num.3.
verſ.Tum quod etiam,vbi etiam de cō-
* muni,& eſſe etiā* communem opinio-
nem Canoniſtarum teſtatus eſt Abb. in
cap.3.nu.2.verſ. Aut ceſſat tale ſignum
de homicid.adducit pro hoc in argu-
mentum tex.in l.quæritur ff.de ſtat.ho-
min.cap.ſi teſtis §. hermaphroditus 4.
quæſt.3.eſt ſimilis tex.in l.repetundarū
§.hermaphroditus ff.de teſtibus,quibus
50 in locis habetur, quod† hermaphrodi-
tus illi adſcribitur ſexui, in quo magis
incaleſcit, quod etiam in indiuiduo vo
luit Io.de Selua in tract.de Beneſ. part.
3.quæſt.17.in fin.verſ. Et ad illud. Sed
51 certè† aliud eſt hermaphrodito, quia
ibi vterque ſexus eſt in eſſe poſitiuo
crepuſculum vero dū participat de die
eſt in eſſe poſitiuo,dum de nocte eſt in
eſſe priuatiuo.

52 Exiſtimo igitur† ego quādiu aliquid
ſenſibilis lucis in aere eſt ex reliquijs ra
diorum ſolis etiam occaſo ſole, id ex na
tura rei diei adſcribendum,vt etiam vo-
luit Natta conſil. 469. Extat decretum,
num. 6. verſ. Idem latius proſequitur,
Ange.in l.1.C.de cuſtod.reorum.Card.
in cap.ſi perfodiens, de homicid. Marc.
Anton.Eugeu.conſ.63.Ex proceſſu, nu.
21.lib.1. Io.de Selua in tract. de Beneſ.
par.3.quæſ.17.nu.5.verſ.In contrarium
facit,Nauarr.conſ.lib.1.in tit.6. de Ele-
ctione.conſ.2.Definitorium, nu.3.uer.At
ſtatim Cotta in ſuis Memoralibꝰ in ver
bo Diem,Tiraquel.de Retract.lignag.§.
1.gloſ.11.num.2.verſ.Cuius rei,ſunt.n.
53 dies & nox† contraria, quod tum ipſa
comprobatur rerum magiſtra experien
tia,tum id manifeſtè docuit Ficinus in
ſuis ſent.in verbo Dies,dum dixit,quod
dies eſt ſolis iter ab ortu ad occaſum,lu
men nocti contrarium. Contraria autē
54 ſunt in† duplici differētia,alia ſunt cō
traria poſitiuè, alia ſunt contraria pri-
uatiuè. Contraria poſitiuè admittūt mi
xtura,quare ex albo & nigro fit mixtū
& me-

& medium,croceus color; ex dulci , &
amaro fit acre;ex calido,& frigido,tepi
dum . Contraria uero priuatiue non ad
55 mittunt mixturam,cum† priuatio for-
maliter ſit nihil, & excludat qualécũq;
habitum cõtrarium,vt in propoſito Nat
ta cõſ.469.Extat decretum , numer. 13.
uerſ.Nam ſi nox Franc.Burſat.conſ.319.
Diplomate Pij V. numer. 5. verſ. Sua-
detur ratione,lib.3.per tex.in l.Hæc uer
ba ille , aut ille ff. de uerb. ſignif.& in l.
3.§.Lucius ff. de lib.& poſth. quare non
56 erit dare†medium inter lucem,& tene-
bras, quod & perſuadet tex. in l.capite
quinto,ibi,horas diurnas , nocturnaſq;
continuas ff. de adulter. & indiuiduo
Bart.in l.Aut facta §.tempus ff.de pœn.
de quo Natta d.conſ. 469. numer. 11.
dum dicunt, quod illa diſiunctiua uera
eſt:Aut eſt dies,aut eſt nox : cum extre-
ma ſe contingant,nec ſit dare medium,
idem uoluit Caſſan.ad Conſtitut.Burg.
§.8.in tex.Iour,numer.22. Marcus Ant.
Eugen.conſ.63. Ex proceſſu, numer.15.
uerſ. Nam licet inter diem lib.1. ſicut
57 nec inter†mortem,& uitam eſt dare me
dium,cum ſint contraria priuatiue , nec
ex illis mixtura cõſici poſſit.Marc. Ant.
Eug.d.conſ.63, numer.16 uerſ. Et pro-
batur ex eo.Et licet morti proximi inter
58 dum†Semianimes appllentur , interdũ
nec uiui, nec mortui, l.q duos ff.de ma-
nu miſſ. teſtam.Roland.a ualle conſ.37.
Prima conſideratione , nu. 23. uerſ. Itẽ
59 laborat,lib.3. Vere tamen†uiuunt gloſ.
in l.1.§.ſi emancipato in nerbo cõferre
ff.de collat.bonorum , alia gloſ. in l. qui
duos §.1.in uerbo tempus ff.de manum.
teſtam.Imol.in l.hæres meus in prin. n.
1.ff.de condit.& demonſt. Alber.in l. fi.
nu.1.& 3.ff.de cõdit.inſtitut.ibid.Imol.
nu 8.Ang nume.6.Marc.Ant.Eugen.d.
conſ.63.num.16.Cephal.conſ. 380.Te-
ſtator inſtituit,num.1.lib.3.Oldrad.cõſ.
177.Teſtator,ad fi.quos cõgeſſi in tract.
de Act.in Mort.Art.cap.1.in prin.Proxi-
60 mo†tamen morituri,& in ipſis mortis
finibus. Sic & crepuſcula dicuntur pars
diei,proxima tamen nocti, in dubiæ no
ctis confinibus,ut patet ex notato ſupe
rius Ouidii carmine in 4. Metamorph.
& ex Baptiſta Fonteio Primione in ſuo
Plumbicauo lib.1.

Poſt Antri patulũ, poſitũq; ſub athere hiatũ:
Poſt os ſpelunca,exiguumq; in limine uicum,
Qua modicã oſtẽdũt,dubiãq.crepuſcula lucẽ

61 Illud tandem certum eſt† primã no-
ctis horam inter nocturnũ tempus enu
merari,Iaſ. conſ.50.Placet conſtitutio,
num.1.uol.3.Dec.conſ.354.In caſu pro
poſito,num.4.uerſ.Et dicit Ang. Bertaz.
a contrario ſenſu conſ.378. Baptiſta de
Agazotis , num.8. uerſ. Et tanto magis,
uol.2.

DE MIXTO
Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Mixtum an ſub ſimplicibus contineatur late*

2 *Mixtum ſub ſimplicibus continetur in teſtamentis.*

Etiam ſi ſimus in materia odioſa , num. 3.

4 *Exhæredatio facta in ſimplicibus continet mixtum ad ſuſtinendum teſtamentum.*

5 *Mixtum, an ſub ſimplicibus contineatur in teſtamentis noua Authoris diſtinctio.*

6 *Mixtum ex expreſſa uoluntate teſtatoris ſub ſimplicibus continetur.*

7 *Mixtum in inſeparabilibus continetur etiã ſub ſolo ſimplici.*

8 *Mixtũ conti etur ſub ſolo ſimplici, ubi mixtum magis expreſſo ſimplici adhæret , quã non expreſſo.*

9 *Mixtum ſub ſolo ſimplici regulariter non continetur.*

10 *Mixtum ſub expreſſis ſimplicibus continetur in fauorabilibus.*

11 *Mixtum etiam in odioſis ſub ſimplicibus cõtinetur,ubi agitur de neceſſaria teſtamenti conſeruatione.*

Idem ubi conſtat de ueriſimili mente teſtatoris,num.12.

Idem ſi ſubſit eadem ratio,num 13.

Ide ubi ſimplicia ſunt inſeparabilia,nu.14.

15 *Mixtum magis adhærens uni extrema,quã alteri ſub ſimplicibus continetur.*

Ita tamen , ut ei attribuatur ſimplici , cui magis adhæret,num.16.

17 *Mixtum ſequitur naturam ſui ſimplicis,quãtum fieri poteſt.*

Par-

Digitized by Google

18 *Participia Natus, & Procreatus, & futuro tpi poſſunt accōmodari, et pterito, & pñti.*
Significant tamen potius tempus præteritum, nu. 19.
Ideo illi tantum ſimplici, & extremo adhære bunt, nu 20.
21 *Præteritum tempus ad futurū non extenditur*
22 *Mixtum, quod non poteſt ſeruare naturam mixti, prædominanti adijcitur extremo.*
23 *Mixtum ex naturali & accidētali ſequitur naturam ſimplicis naturalis.*
24 *Mixtum ſequitur naturā ſimplicis dignioris.*
25 *Mixtum in odioſis, omnibus parib non eadē tamen ſubſiſtente ratione, non continetur ſub ſimplicibus.*
Tanto minus deficiente coniectura uoluntatis teſtatoris, nu. 26.
27 *Mixtum ſub ſimplicibus cōtinetur in legatis.*
28 *Libris medietatis legatis futuro doctori in artibus, & libris legalibus futuro I. C. quando omnes libri eadem debeantur.*
29 *Mixtum ſub ſolo ſimplici non continetur in legatis.*
Niſi mixtum expreſſo ſimplici magis adhæreat nu. 30.
Vel eſſemus in inſeparabilibus nu. 31.
32 *Mixtum ſub ſimplicibus non continetur in contractibus.*
Fallit fauore libertatis nu. 33.
34 *Mixtum ſub ſimplicibus non continetur in mandato.*
35 *Compromiſſum, &*
Sententia inducunt quaſi contractum.
36 *Mixtum ſub ſimplicibus regulariter non comprehenditur in ſententia, & compromiſſo.*
Niſi uerisſimile ſit partes etiam de caſu mixto cogitaſſe, nu. 37.
Quæ omnia procedunt non ſolū in definitiua ſed etiam in interlocutoria ſententia n. 38.
39 *Mixtum ex Romano, dubitatiuè tamen ſub ſimplicibus in compromiſſo continetur.*
40 *Mixtum in iudicijs ſub ſimplicib. no cōtinet.*
41 *Iudiciorum materia ſtricta eſt*
42 *Mixtum in iure communi ſub ſimplicib. non continetur.*
Fallit multis modis, nu 43.
44 *Mixtum in iure communi quando abſolutè ſub ſimplicibus non continetur.*
45 *Mixtum ſub ſimplicibus non continetur in ſtatutis.*
Maximè ſi de uno tantum ſimplici fiat mentio, nu. 46.
47 *Statutum de cauſſis ciuilibus loquens non extenditur ad mixtas.*
48 *Mixtum ſub ſimplicibus non continetur in materia correctoria, uel exorbitanti.*
49 *Mixtum in materia ſtricti iuris ſub ſimplicibus non continetur.*
Declaratur ſubtiliter ex Socino, nu. 50
51 *Crepuſcula ad noctē ptinere, iuſtificata opinio*
52 *Crepuſculum eſt caſus mixtus.*
53 *Crepuſculum quādo pars ſimplex reputetur.*
54 *Hermaphroditus non continetur in ſtatuto diſponente non poſſe mulierem teſtari ſine cōſenſu propinquorum.*
55 *Hermaphroditus non continetur in ſtatuto diſponente non poſſe mulierem teſtari ſine conſenſu propinquorum.*
Contrarium ſuſtinet Author nu. 57.
56 *Hermaphroditus non uocatur ad feudū maſculis deſcendentibus delatum.*
Comprobatur, nu. 59.
58 *Statutum prohibens mulierem contrahere ſine certa ſolemnitate, eſt fauorabile.*
60 *Hermaphroditus magis præualens in ſexu maſculino ſuccedit in feudum.*
61 *Crepuſculi obſcuriores partes ad noctem pertinent.*
62 *Statutum requirens certam ſolemnitatem in ultimis uoluntatibus, non complectitur donationis cauſſa mortis.*
Contrarium uoluit Baldus, nu. 63.
Conciliantur contraria, nu. 65.
64 *Filiusfamilias ſi permittatur teſtari, poterit etiam donare cauſſa mortis.*
66 *Donatio cauſſa mortis ex cōi ſnīa magis accedit contractui, quam ultimæ uoluntati.*
Contrarium uoluerunt alij, nu. 67.
68 *Donatio cauſſa mortis, in fieri magis accedit contractui, in facto eſſe magis ultimæ uoluntati, ex receptiori.*
69 *Statutū uerba faciens de ultimis uoluntatib. qn̄ comprehendat donationē cauſſa mortis.*
70 *Macellarij ſi ſint immunes ex ſtatuto, ſi aliquis ſit ſimul, & macellarius, & piſcator, erit immunis.*
Declarat Author, nu 71.
72 *Simplex ſeparabile mixtum excludit ſi de eo tantum ſit facta prouiſio.*
73 *Statutum odioſum loquens in caſu ſimplici, non comprehendit mixtum.*
74 *Mixtum etiam in ſtatutis ex uerisſimili mēte ſta-*

ſtatuentis ſub ſimplicibus comprehendatur.

Idem ſi caſus mixtus magis adhæreret uni ex ſimplicibus, quam alij, nu 75.

Idem ſi caſus mixtus reſoluatur in ſimplices conſiderata eorum ratione, & effectu n. 76

Etiam ſi ſtatuta ad litteram ſint intelligenda, nu. 77.

Contrariũ tenent hoc vltimo caſu alij, n. 80.

78 Statuta ad litteram intelligenda non extenduntur.

79 Scriptum illud dicitur, quod oculis corporis legi poteſt.

81 Statutum volens aliquid ad litteram intelligendum, reijcit tantum friuolas, non etiam legitimas interpretationes.

82 Mixtum an ſub ſimplicibus in ſtatutis, comprehendatur, caſus eſt diſputabilis ex alba.

83 Mixtum an ſub ſimplicibus contineatur in conſuetudine.

84 Mixtum an ſub ſimplicibus contineatur in vſibus feudorum.

85 Feudorum uſus, ſtatuta, uel conſuetudines appellantur.

86 Mixtum in beneficijs, reſcriptis, & priuilegijs, ſub ſimplicibus continetur.

87 Legitimare qui poteſt ſpurios, item inceſtuoſos, eum poterit legitimare, qui ei ſpurius ſit, & inceſtuoſus.

Idem in diſpenſatione, nu. 88.

89 Diſpenſandi facultas eſt fauorabilis.

90 Legitimare qui poteſt ſpurios, item inceſtuoſos, an eum poſſit legitimare, qui vtroq; uitio laboret, communis diſtinctio.

91 Priuilegia modo ſtrictius, modo largius interpretantur.

92 Mixtum ſub ſimplicibus continetur in fauorabilibus.

Niſi habeat fauor immixtum odium, n. 93.

Maximè ſi materia ſit indiuidua, num. 94.

95 Cauſſa nocens inſeparabilibus præualet illi, qui prodeſt.

In dubium reuocatur, nu. 96.

97 Appellabilis cauſſa coniuncta cum appellabili facit vtramq; appellabilem.

98 Poſſeſſoria ſententia non admittit appellationem.

Si tamen ſit mixta, admittit appellationem, nu. 99.

Niſi fortè mixtura fiat incidenter, nu. 100.

101 Priuilegiatus prodeſt ſocio non priuilegiato.

102 Immunitas prodeſt etiam non immuni, ſi ſit frater, uel ſocius.

103 Excommunicatorum oſſa ſi decerni nõ poſſint ab oſſibus fidelium non exhumantur è loco ſacro.

104 Præſcriptio longior Eccleſiæ conceſſa, prodeſt etiam laice in re communi.

105 Reſtitutio in integrum competens minori, prodeſt etiam maiori in re communi.

106 Mixtum ſi participet de qua lite magis fauorabili illa præfertur.

107 Romani diſtinctio penes mixta, in dubium reuocata.

108 Nocens qualitas, quando proficuam ſuperet, & è contra.

109 Mixtum in odioſis ſub ſimplicibus non continetur.

110 Monachi appellatione non venit Abbas in odioſis.

111 Mixtum in compromiſſo pœnali ſub ſimplicibus non continetur.

112 Crepuſcula nec nocti adſcribuntur, nec diei, ſed eſt caſus omiſſus ex nonnullorum opinione.

113 Pœnalia ſunt fauorabilia dum reſpiciunt principaliter fauorem reipublicæ.

114 Pœnalia tanquam fauorabilia extendũtur de caſu ad caſum.

115 Inquiſitio arguit diſpoſitionem, & pœnam fauorabilem.

116 Inquiſitio non permittitur ad priuatam utilitatem.

117 Noctis appellatione in pœnalibus non uenit mixtus caſus.

118 Mixtum in qualibet materia non continetur ſub vnico ſimplici.

Niſi ſit inſeparabile, nu. 119.

120 Mixtum etiam in odioſis ex identitate rationis ſub ſimplicibus continetur.

Multo magis ſi maior militet ratio, n. 121.

122 Mixtum in odioſis ſub ſimplicibus cõtinetur, vbi prouiſio facta eſt in utroq; ſimplici.

Idem ſi pœna tendat ad ſalutem animæ, nume. 123.

124 Mixtum, an ſub ſimplicibus contineatur in pœnalibus.

125 Fauorabile, uel odioſum denominatur ſtatutum attenta principali ratione.

126 Mixtum an ſub ſimplicibus contineatur in correctorijs & exorbitantibus.

127 Mixtum an ſub ſimplicibus contineatur, in ijs, quæ reſpiciunt præiudicium tertij.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

¶ Mixtum,an,& quando ſub ſimplicibus comprehendatur in Teſtamentis,in Legatis, in Contractibus,in Mandato,in compromiſſo, in Sententia,in Iudiciis,in Iure cõmuni,in Statutis, in Cõſuetudine, in vſibus Feudorũ, in Beneficijs, in Reſcriptis,in Priuilegiis,in Fauorabilibus,in Odioſis,in pœnali bus,in Correctorijs,in Exorbitantibus,in Reſpicientibus præiudicium tertii, exacte conſideratur. Inde,Crepuſcula,an ad noctem reuocentur,an ad diem,an uero etiã ſit caſus omiſſus,manifeſtè deducitur.

NON eſt animus Mixtorũ materiam alterius inueſtigare, aut examinare largius, ne ſuſceptam ſuperare uelle prouinciam videamur; eſt.n. adeo latus campus,ut diutius illum ſi quis conſcribendo percurrat, iuſtiſſima inde conficere poſſit uolumina. Summatim † igi-
1 tur,ac perfunctorie rem ipſam ſi,nõ acu tetitegerim, digito certe commonſtrauero, ut inde manifeſtius liquere poſſit legenti,id quod ſuperiore capitulo in fine examinauimus. An ſcilicet in ſtatutis pœnalibus ſub ſimplicibus mixtum cõtineatur,& ſic appellatione noctis,& nocturnorum delictorum,ueniant etiã crepuſcula,eoq; tempore commiſſa delicta.

Prima ſit igitur inſpectio in Teſtamẽtis.

Atq; quoties uerſamur in teſtamentorum fauore,deq; iis cõſeruandis agitur, utique lex,vel ſtatutum loquens diuerſi modè in caſibus ſimplicibus habet lo-
2 cum † etiã in caſu mixto, Iaſon in l. ſi mater,nu.8.uerſ.Prima eſt,quod lex, C. de inoffic.teſtam.qui ad hoc ponderat text. in fortioribus terminis loquentem in l. ſi ita facta ff.de iniuſt.rupt.addo ego tex. in l.ſi ita ſcriptum ff.de lib.& poſth.etiã
3 ſi ſimus in † odioſis,licet.n.regulariter ex
* communi* opinione,de qua inferius ſuo loco,in odioſis ſub ſimplicibus mixtum non contineatur,ubi tamen agitur de teſtamento ſuſtinendo,ſub ſimplicibus cõtinetur mixtum,et in odioſis, ad hoc eſt notabilis tex.in l.ſi ita facta ff.de iniuſt.
4 rupt.ubi † exhæredatio facta in ſimplicibus ſibi locum aſſumit etiã in caſu mixto ad ſuſtinendum teſtamentum.ita etiã Iaſ.in d.l.ſi mater,num.8.uerſ.Prima eſt quod lex C.de inoff.teſtam.Idem Iaſ in l.2.in princ.num.5.uerſ.Secundo loco ff. de verb.obl.& quanquam ibid. inferius paullò,de hoc dubitet nonninil,magiſq; in contrariam incliner opinionem cum Raphael.Cuman. ibid. Contrarium ta-
* men* verius omnino arbitratur, & bene,Alex.ibid.nu.2.verſ.Contrarium tenuit hic,quod imo fauore teſtamenti et in odioſis ſub ſimplicibus mixtus caſus contineatur, nec aliter dicit bene poſſe reſponderi ad text.in l.ſi ita.ff. de iniuſt. rupt.Addo his Romanũ in l.2. in princ. num.57.uerſ.Sequitur quinto ff.de verb. oblig.
5 Ego ſic † dico.Aut teſtator expreſſit etiam caſum mixtum,& tunc res non habet difficultatem,ſtandum.n.eſt claris diſpoſitioni teſtatoris uulgatis iuribus, &
6 in † puncto Iaſ.in d.l.2.in princ. nume.5. uerſ.Breuiter iſte intellectus ff. de verb. oblig.Aut expreſſit tantum ſimplicia,& tunc, aut vnum tantum ex ſimplicibus, aut omnia;Si vnum,aut ſimplicia ſunt ſe-
7 parabilia,aut inſeparabilia;Si † inſeparabilia,ſub ſimplici continetur etiam mixtum,additur ad Iaſ.in l.2.in princ.ff. de verb.oblig.nu.5. in verbo Secundo loco ex Angel.conſ.347.Aſſumptum prædictum,qui tamen in meo libro hoc nõ dicit. Si uero ſimplicia ſunt ſeparabilia, tũc aut caſus mixtus magis expreſſo ſimplici adhæret,quam nõ expreſſo,aut nõ,
8 ſi magis † expreſſo adhæret,tunc ſub ſimplici continetur mixtum,Alex.in l.2.in princ.nu.1.verſ.Fallit tamen, & num. 7. uerſ.Et hoc placet ff.de verb.oblig.Si nõ

tunc

9 tunc ſub ſimplici,non † continetur mix
tum l.commodiſſimè ff.de lib.& poſth.
l.Legatis vxori ff.de leg. 2.l. hoc legatû
ff.de leg. 3. Iaſ. in l. Titiæ textores in
prin.numer.23.verſ. Item intellige præ
dictum notabile ff.de leg.1.Alex. in l.2.
in princ.nume.1.ff.de verb.oblig.Ruin.
conſ.41.De iure communi,nume.5.uol.
3.Surd. deciſ. 53. Diſpoſitio facta, nu-
mer. 27.uerſ. Et mixtum continetur, in
* caſu teſtamenti de*communi Alba cõſ.
180. Pro reſolutione, numer. 16. uerſ.
Tertium motiuum. Si uero omnia ex-
preſſit ſimplicia teſtator, tunc; Aut ſu-
mus in fauorabilibus, aut in odioſis, ſi
10 in†fauorabilibus, ſub ſimplicibus con
tinetur mixtû, ut latè inferius ſuo loco,
& in pũcto teſtamenti tex. in l.ſi ita ſcri
* ptũ ff.de lib.& poſth.&hoc eſſe*clarũ in
puncto teſtatur Imol.in l.ſi ita facta,nu.
1.uerſ.Vbi autem diſpoſitio ff.de iniuſt.
rupt.Si in odioſis,aut agitur de neceſſa-
ria teſtamenti cõſeruatione, aut non; Si
11 agitur de teſtamento†conſeruando,etiã
ſi ſimus in odioſis ſub ſimplicibus conti
netur mixtum l. ſi ita facta ff. de iniuſt.
rupt.Iaſon in l.2.in prin. ff.de uerb.obl.
nu.5.uerſ. Secundo loco in princ. ibid.
Alex.nume.2.uerſ.Tamen tenendo cõ-
munem, Iaſ. iterum in l.ſi mater,nu.8.
verſ.Prima eſt quod lex C.de inoffic.te-
ſtam.Si uero nõ agitur de teſtaméto cõ-
ſeruando,illiuſq; neceſſaria ualiditate,
tunc; Aut conſtat de uerіſimili mente,
12 aut non conſtat;ſi†conſtat, etiam in o-
dioſis ſub ſimplicibus cõtinetur mixtũ,
Imol.in l.ſi ita facta,nu.1.uerſ. Nota ex
tex.ff.de iniuſt.rupt.Iaſ.in d.l.2.in prin.
num.5.uerſ.Secũdo loco ff.de uerb.obl.
D.Mantica, de coniect. ult. uol. lib.11.
titulo 15.num.6.uerſ.Quare hic caſus;ſi
uero non conſtat de uerіſimili mente te
ſtatoris,& ſumus in odioſis, tunc; Aut
ſubeſt eadem ratio,aut nõ ſubeſt;ſi ſub-
13 eſt†eadem ratio,etiã in odioſis ſub ſim
plicibus continetur mixtum, Alex. cõſ.
144.Viſo,nu 9.lib. 6.D. meus Præſ.Me-
noch.conſ.11.Dubitatur,num.20.Fran.
Becc.ad Iaſon.conſ.74.In caſu præſenti
num.2.ſub litera A.uol.3.ubi alios alle-
gat.Idem uoluit Iaſ.d. conſ.74. num. 2.
lib.3.Cotta in ſuis Memoralibus in uer-
bo Mixtum, Alex. in l. ſi extraneus in
fin.ff.de condict. ob ca. Aut non ſubeſt,
& tunc,Aut ſimplicia ſunt ſeparabilia,
14 aut inſeparabilia, ſi ſunt† inſeparabilia,
etiam in odioſis, ut inferius ſuo loco
dicemus ſub ſimplicibus continetur
mixtum addit.ad Iaſ.in l.2.in princ.nu-
me.9.in uerbo,Secundo loco,ff.de uerb.
oblig.ex Ang.conſ.347.Aſſumptum prę
dictum. Si uero ſimplicia ſunt ſepara-
bilia,& militat diuerſa ratio, tunc, Aut
mixtum participat æqualiter de extre-
15 mis, aut inæqualiter. Si † inæqua-
liter, & magis ad unũ accedit extremo-
rum,ſub ſimplicib.continetur mixtum,
Alex.in l.2.in princ. numer.1.uerſ. Fal-
lit tamen, & numer.7. uerſ. Et hoc pla-
cet ff.de uerb.oblig.ibid. Alciat.numer.
29.Aſinius in ſua Praxi in princ. cap.4.
num.16.uerſ.Alioquin. ita tamen, ut ei
16 attribuatur extremo, in quo† magis in
caleſcit, l.quæritur, ff. de ſtat.homin.
Mattheſ.ſing.39.Nota quod ab,n.2.uer.
Et hoc ideo, & eſt tex. de quo inferius
in l.legatis ſeruis §. ſi unus ff. de leg.3.
Angelus in l.quæritur,num.1.ff.de ſtatu
hominum.

Atq; huc tendunt ea, quæ ſcripſit D.
meus Præſ.Menoch.conſ.97.Habet hęc
conſultatio. nu. 66. uerſ. Et recte ſentit,
uol.1.poſt Alciat.in l.uerbum erit, nu.3.
uerſ.Cæterum in iure ff.de uerb. ſignifi.
quod ſcilicet mixtum ſequitur naturam
17 ſui ſimplicis†quantũ fieri poteſt,ipſeq;
uir præcellentiſſimus arguit negatiue,
quod participia Natũ, & Procreatum,
18 licet,& † futuro tempori poſſit accom
modari,& præterito,ac præſenti;quia ta
19 men†potius ſignificant tempus pręte-
ritum,quam futurum, & ad illud acce-
dunt potius, ſicut uerba præteriti tépo-
ris ad futurum nõ protrahuntur, ita nec
mixtum,Natum ſcilicet, & Procreatũ;
20 ideoq; etiam mixtum hoc † ſimplici tã
tum adhærebit. Verba autem præteriti
21 temporis ad†futurum tempus non ex-
tendi uoluit Angel. conſ. 261. Punctus
eſt,prope principium, uerſ. Contrariũ
credo, Iaſ.in l.cum ſtipulamur, nu.1.ff.
de uerb.obl.& alii, quos refert D.Men:
loco

Digitized by Google

loco cit.nu.70.verſ.Tertiò a lmiſſo, vbi
* innuit de * communi. Si vero mixtum
participat, æqualiter de extremis, tunc;
Aut mixtum poteſt ſeruare naturam
22 mixti, aut non poteſt; ſi † non poteſt
mixtum ſeruare naturam mixti, tunc
mixtum prædominanti adijcietur extre
mo, & ſub ſimplici continebitur mixtũ,
Bald.in prin.procem.decretal.num.28.
verſ.Item potentius eſt. Si poteſt ſerua-
re naturam mixti, tunc; Aut ſimplicia
ſunt alterum naturale, alterum acciden
tale, & ſub ſimplicibus continetur mix-
tum, ita tamen, vt ſequatur naturam ſim
23 plicis† naturalis, Roma.in l.2.in princ.
num. 16. verſ.Secundò principaliter. ff.
de verb.oblig. Si verò ſimplicia, vel am-
bo naturalia ſunt, vel ambo accidenta-
lia, tũc; Aut ſimplicia ſunt æquè digna,
aut non; Si ſimplicia non ſunt æquè di-
gna, mixtum ſequitur naturam ſimpli-
24 cis † dignioris, & eo reſpectu ſub ſim-
plici continetur mixtum. Alex.in l.Im-
perium, nume.1. ff.de Iuriſd. omn. iud.
Dec.in cap.quantò, num.6.verſ.Secũdò
nota, de Iud.ibid. Abb.num.2. verſ.Se-
cundò nota, maximè ſi dignius ſit etiam
fauorabilius, Proſper Farin.poſt plures
ibi allegatos, in ſuis quęſt.crimin.quęſt.
39.Torturam regulariter, nu.150.verſ.
Sublimita tertiò lib.2. ſi ſimplicia ſunt
æquè digna, tunc, aut adeſt aliquod ſim-
plex magis adhærens iuri communi, q̃
aliud, aut non; ſi adeſt, ſub ſimplicibus
continetur mixtum, ita tamen vt ſequa
tur mixtum naturam ſimplicis adhæren
tis iuri communi, Farina.loco cit.ſi nõ,
25 tunc † ſub ſimplicibus non continetur,
etiam ſi participaret mixtum, & de fa-
uore, & de odio, cuius rationem infe-
rius ſubijciemus, ita Oſaſch.deciſ.126.
Andræas, num.14. verſ.Et maximè cum
fauorabilis, per notata a Decio in l.ue-
nia, num.5.C.de in ius uocan. Maximè,
26 vbi ex coniectura volũtatis teſtatoris †
non includeretur, D.Mant.de coniect.
vlt.uolunt.lib..11.tit.15.nume.6.uerſic.
Quare hic caſus.

Secunda inſpectio eſt, An in Legatis
ſub ſimplicibus contineatur mixtum. Et
licet eorum, quæ in hoc cap. inferius di-
cenda ſunt, maxima ex parte cognitio
ex ſuperiori inſpectione hauriatur, pla-
cet tamen ſubijcere quippiam in pun-
27 cto. Et in † legatis ſub ſimplicibus ue-
nire mixtum eſt tex.in l.Titiæ textores
in princ.ff.de legat.1.ubi ſi Titiæ ſeruos
textores legato relinquam, Seię uernas,
qui ſeruus uterq; erit, & uerna ſcilicet,
& textor, utrique debebitur, & commu
nis erit; & licet Iaſon ibid.num.20.aſ-
ſerat ex illo tex.contrarium potius pro
* bari, hunc tamen eſſe * uerum illius
tex.intellectum uoluit Alex.conſ.140.
Circa primum dubium, num.3.uol.5. Et
hoc eſt, quòd uoluit Bald.in l.fi.in prin.
C.communia de legat.& reaſſumit Iaſ.
in d.l.Titiæ textores in princip. nume.
28 19.& 20.ff.de legat.1. quòd ſi teſtator †
legales libros legauerit filio, ſi legalem
lauream conſequatur, medicinales ue-
rò, ſi doctor medicinæ euadat, ſi utri-
uſque facultatis laurea decoretur, utri-
uſque etiam facultatis libros ex legato
conſequetur; Idem uoluit Dec.in l.In
teſtamentis, nume.4. uerſ.Vide tamen,
ff.de reg.iur.

Quæ uera ſunt, ſi de ſimplicium quo-
29 libet diſpoſitum fuerit; quòd ſi de † al-
tero tantùm, ſub ſimplici certè non con
tinebitur mixtum in legatis, Iaſ.in d.l.
Titiæ textores, in princ.num.23. uerſic.
Item intellige prædictum notabile, ff.
de leg.1.per text.in l.legatis uxori, ff.de
leg.2.& in l.hoc legatum, ff.de leg.3.ita
etiam Alex.in l.2.in prin.nu.1.ff.de uer.
oblig. Ruin.conſ.41. De iure communi,
num.5.uol.3.& eſt tex.in l.commodiſſi-
mè, ff.de lib. & poſth. Niſi fortè mixtũ
30 illi magis † ſimplici adhæreret, quod ex-
preſſum eſt, quoniam ſub illo ſimplici
comprehenderetur Alex.in l.2.in prin.
nu.1.uerſ.Fallit tamen, & nume.7. verſ.
& hoc placet, ff.de uerbo.obligat.& eſt
tex.in l.legatis ſeruis, §.ſi unus, ff.de leg.
3.& in terminis generalibus eſt tex in l.
quæritur, ff.de ſtatu hominum, & in l.re
petundarum.§.hermaphroditus, ff.de te
31 ſtib.uel etiam eſſemus in † inſeparabili-
bus, quia adhuc ſub ſimplici continere-
tur mixtum, ut ſuperius diximus.

Tertia inſpectio in Contractibus, An

Digitized by Google

in Contractibus ſub ſimplicibus conti-
32 neatur mixtum. Et dicendum, quòd †
non, Alexā.conſ.140.Circa primum du-
bium,nu.4. verſ. Secundò ſub ſimplici-
bus,li.5. Dec.in conſ.213.viſis his,nu.2.
Ale.in l.ſi extraneus,nu.7.verſ.Vltimò
facit,ff.de condi.ob cau. Iaſ.conſ.74.In
caſu preſenti,nu.2.li.3.Cotta in ſuis me
morabilibus,in verbo Mixtum,Alex.ite
rum in l.ſi ita ſcriptū,in princ.nu.4.verſ.
Vide etiam ff.de lib.& poſth.Idem in d.
l.ſi extraneus,num.5.verſ.Extra gloſ.ff.
de condict.ob cau.Rom.in l.2.in princ.
num.57.verſ.Sequitur quinto. ff.de ver-
bo. oblig.
33 Fallit fauore † libertatis,Bartol.in l.
Arethuſa,nu.2.verſ.Hoc reprobatur,ff.
* de ſtatu homi. & ita magis ** communi-
ter teneri teſtatur Alex.in l.ſi extraneus,
nu.5.verſ.Sed ipſemet, ff.de condict.ob
cau.quare ſcripſit Claud.Bertazz.ad cō
ſi.patris ſui, conſ. 336.D.Zaccharias in
fine,lib.2.quod in caſu immunitatis con
ceſſæ etiam per contractum,ſub ſimpli-
cibus continetur mixtum.
Quarta inſpectio quid in Mādato, an
ſub ſimplicibus contineatur mixtum,&
licet reſolutio ſatis pateat ex præcedēti
inſpectione,attamen in illius indiuiduo
34 loquendo dixit,quòd † non ſimpliciter,
& regulariter,Lappus allegat.70.Rom.
in l.2.in prin.nu.53.verſ. Secundò deci-
ditur,ff.de verb.oblig.
Quinta inſpectio eſt in Cōpromiſſo,
35 & Sententia,in quibus† quaſi contrahi-
tur l.3.§.idem ſcribit,ff.de peculio,& in
36 his regulariter ſub ſimplicibus non† cō
prehenditur mixtū,Corn.conſ.63.Licet
ex pluribus,num.9.lib.2.Alcia.in l.2.in
princ.nu.25.ff.de verb.obli.Aſin. in ſua
praxi,in princ.cap.4.nu.8.verſ.Ea potiſ-
ſimùm motus.Niſi veriſimile ſit etiā par
37 tes de caſu mixto † cogitaſſe ibidē, quæ
omnia non ſolùm in ſententia definiti-
38 ua, verùm etiam in † interlocutoria lo-
cum habent,vt inde colligo paullum ſu-
pra,num.9.verſ.Secundò infertur.Rom.
tamen dicit abſolutè, quòd in compro-
39 miſſo ſub ſimplicibus† continetur mix-
tum, ſed tādem dicit ſe hoc nō firmare,
quia pendet quæſtio,inquit Rom.& ha-
beo conſulere de præſenti, Roma. in-
quam in l.2.in princ.nume.13 verſ. An
ſtatutum, cum duobus ſeqq..de ver-
bo.oblig.
40 Sexta inſpectio eſt in † Iudicijs vniuer
ſaliter, & ſub ſimplicibus,non contine-
tur mixtū, Aſin. vbi alios allegat in ſua
praxi, in prin.cap.4.nu.9.verſ.Motus vl
tra prædicta,poſt Alc.in l.2.in prin.nu.
25.verſ.Tertiò infertur. ff.de verb.obli.
Idem Aſin.in ea. praxi,§.13.ca.10.Poſt-
quam ea,nu.9.verſ.Accedat etiam,ea ra
41 tione, quia materia iudicij † ſtricta ſit
per l.1.cum ibi no.C.ſi res vna ſent.
Septima inſpectio eſt in Iure commu
ni;An ſub ſimplicibus contineatur mix-
42 tum,& ex rigore dicendum eſt, quòd †
non, niſi vel gratia euitandæ contrarie-
tatis l.2.in prin. ff.de verb.oblig.vel lex
43 id † exprimeret,§.omniū.Inſti.de actio.
Aequitate verò, atq; benignitate inſpe-
cta, ſub ſimplicibus mixtum cōtinetur,
etiam in iure cōmuni, ita Alex.in l.ſi ita
ſcriptum,num.2.verſ. In tex.ff.de lib. &
poſthu.Bart. in l.2.in princ.num.2.ff.de
verb.oblig.ibid. Iaſ.nu.5.verſ. Secundo
loco, Idem Iaſ.in §.omniū, nu.28 verſ.
In quo brocardo, Inſt.de actio.vbi teſta
tur in hac re omnes cum Bartolo tranſi-
* re, Bald.ſcilicet Ange.& * communiter
cæteros Moderniores in l.2.in prin.ff.de
verb. oblig.
Abſolutè tamen,quoties lex ſimplici-
44 bus naturā tribuit † diuerſam à mixto,
vel etiā mixto diuerſam adſcribit natu-
ram à ſimplicibus,ſub ſimplicibus nun-
quam cōtinetur mixtum,Aſin.in ſua pra
xi,in prin.cap.4.nume. 5.verſ.Suadetur
præterea.
Octaua inſpectio eſt in Statutis, An
* ſub ſimplicibus contineatur mixtū, & *
45 regula eſt † negatiua,Bone Deus, quot
* citat de * communi teſtans Aſinius in
ſua praxi,in prin.cap.4.nu.7.verſ.Quod
comprobatur,idem voluit Alex.cōſ. 82.
Viſo proceſſu,num.17.lib.3.Idem conſ.
116.Animaduerſis ſtatutis,num. 9.verſ.
Quod autem ſtatutum lib.2.Ang.conſ.
257 Inter capitula pacis,nu.1.verſ.Hoc
tamen non obſtāte, Corn.conſ.137.Vi-
ſo inſtrumento,num.10.lib.1.Ti quel.

de

Digitized by Google

de ll.Connub.glo.5.num.70.verſ.Et hęc
* maximè, vbi dicit ita * recentiores te-
ne in l.2.in princ.ff.de verb. oblig. pro-
ut re vera tenet ibi Alex.nu.7. verſ.Iu-
xta hoc, & alij communiter, Bald.in §.
omnium, num. 4. inſt. de action. ibid.
Iaſ.num.29.verſ.Sed,circa iſta, & hanc
* eſſe * veriorem opinionē ſcripſit Alex.
in l.ſi dignum, num.3. ff.ad l.Falcid.ad-
do D.meum Præſ.Menoch.conſ.11.Du
bitatur an iure,num.5.verſic. Sed ſtatu-
tum, lib. 1. plures allegat Surd. deciſ.
174.Inſpecto verborum ſono, num.14.
46 verſ. Et ſtatutum; Maxime ſi de † vno
* tãtum ſimplici loquatur, vt de magis **
communi poſt ibi allegatos teſtatur
Aſinius in ſua praxi in princ.cap.4.Ver-
ba huius,num.3. vbi ideo, nume.4.ſub
* eadem magis * * communi concludit,
47 quòd † ſtatutum de cauſis ciuilibus lo-
quens admixtas non extenditur.

Ratio eſt manifeſta;quoniam regula-
riter ſtatuta, vel includunt materiã cor-
rectoriam,vel continet materiam exor-
48 bitantem, at in † materia correctoria,
vel exorbitanti ſub ſimplicibus non cō
tinetur mixtum, Alex.in l.Illam,in fi.C.
de collat.Idem in l.ſi dignum,nu.3.ff.ad
l.Falc.Rom.conſ.259. In caſu ꝓpoſito,
& conſ.294.Hæc confeſſio ad fi.Alex.in
l.2.in princ.nu.5.verſ. Nec obſtat ratio,
ff.de verb.oblig.Corn.conſ.63.Licet ex
pluribus col.3. verſi.Et ſub ſimplicibus
vol.2.Bolognin. conſ.31. Ser B.quidam
Bononienſis, num.11. verſ.Ex quo ergo
nō ſumus, qui dicit ſe ita eo anno dixiſ-
* ſe,& diſputaſſe,& ita dicit tenere*om-
nes ſcribentes in l.2.ff.de verbo. oblig.
Soci.conſ.81. Non eſt dubium, ꝙ licet,
num.8.verſ.Tertium etiam, vol.3.& tã-
dem ne plures hic congeram in re nulla
* ex parte in dubium reuocata, de * com-
muni teſtatur Socin.conſ.28. Circa pri-
mam præſentis,num.22. verſ. Et Petrus
Ancharan. lib.4. & poſt plures ibi alle-
gatos de communi etiam teſtatur Tira-
quel.de ll.Connubial.glo.5.nu.71.verſ.
Sed & hęc potiſſimum,ad fin.

Addo quod ſtatuta ſunt ſtricti iuris,&
49 in materia † ſtricti iuris ſub ſimplicibus
non continetur mixtum, Alex.cōſ.140.
Circa primum dubium,num.4.verſ.Se-
cundò ſub ſimplicibus lib.5.vbi plures,
& eſt tex.in l.vim paſſam.§.præſcriptio-
ne.ff.de adulter. Dec. conſil. 213. Viſis
his,num.2.& inferius dicemus.

50 Quod dictum pulchrè,& ſubtiliter †
declarat Socin.conſil. 116. In præſenti
conſultatione, num.6. verſic. Et ad pri-
mum, lib.4. vt locum habeat, vt ſcili-
cet diſpoſitio facta in caſu ſimplici non
extendatur ad caſum mixtum, quando
vtrumque ex ſimplicibus ſimul iunctis
concurrit ad productionem effectus, de
quo agimus, ſecus quando cauſatur ab
vno ex ſimplicibus tantùm, quia cenſe-
tur diſpoſitum in eo caſu tantùm, & al-
terum extremum ex ſimplicibus non
concurrit, neque aliquid operatur, vn-
de dicitur vnus caſus ex ſimplicib. Huc
vſque Socin.loco cit.

51 Quo fit, vt maximè † iuſtificetur eorū
opinio, qui noluerunt priorem partem
diluculi,ſeu auroræ,& poſteriorem cre-
puſculi,ſeu ſeri, & veſperę ad noctē per
tinere,& ſtante ſtatuto de nocte mētio-
nem faciente,illas etiam includere par-
tes,is fuit Nauarr.conſ.lib.1.in tit.6.de
electione,conſ.2. num.3. verſ.Tū quod
* etiam,vbi de * communi, Natta conſi.
469.Extat decretum, num.8. verſ.Idem
videtur dicendum, Ange.in l.1.num.2.
C.de cuſtod.reorum, Franc.Burſat.cōſ.
319.Diplomate,num.7.lib.3. Dec.cōſi.
354.In caſu propoſito,num.2.Lucas de
Penna in l.qui agros. C.de omni agro
deſerto lib.11.Arimin. ad Angel.de Ma
leficijs in verbo De nocte,Soarez in ſuo
theſauro,in verbo Noctu,nu.33.& eſſe,
* etiam * communem opinionem Cano-
niſtarum teſtatus eſt Abb.in cap.3. nu.
2.verſ.At ceſſat tale ſignū, de homicid.
* & ita fuiſſe * iudicatum tradit Clar.lib.
5.§.fi.quæſt.82. in verbo Statutum el 9.
vbi nume.4. dicit ita fuiſſe iudicatum.
Quoniam licet aurora, & ſerum videan
52 tur caſus † mixtus, & ſic a lege loquēte
de ſimplici omiſſus, vt diximus in cap.
53 3.num.39.attamē† poſterior pars ſeri,&
prior diluculi in ordine ad denſiſſimas
tenebras, ex quibus non poteſt quiſpiã
cognoſci,a ſola dici pōt cauſſari nocte,

Digitized by Google

& ſic ſimplex tantùm illud, de quo in
ſtatuto, concurrere, & operari.
Atque hoc quod diximus de ſtatuto,
vt ſcilicet ſub ſimplicibus non conti-
neatur mixtum locum habet, ſiue ſtatu
um loquatur de perſonis, ſiue de acti-
bus, ſiue etiam de artificio.
De perſonis. Scripſit ideo Bald. in l.
omnes populi, num. 67. verſ. Item ſi ſta-
tutum dicat, ff. de iuſtit. & iure, quòd ſta
tutum diſponens mulierem teſtari non
poſſe ſine conſenſu propinquorum, non
54 comprehēdit† hermaphroditum. Rur-
ſum poſt plures ibi allegatos voluit Ti-
raquel. diſponente ſtatuto, vt in contra-
ctu mulierum requiratur conſenſus pro
pinquorum, non habere locum ſtatutū
55 in † hermaphrodita, addo Alex. conſil.
116. Animaduerſis ſtatutis, num. 9. verſ.
Quod autē ſtatutū lib. 2. Præterea poſt
Angel. conſil. 256. Quia conſultatio, &
Corn. conſ. 137. Viſo inſtrumento, num.
* 10. lib. 1. quod dicit ſequi * recentiores
in l. 2. in prin. ff. de verb. obli. & Bald. in
§. omnium, poſt principiū, Inſt. de actio.
eundem conſ. 237. Quidam magnificus,
paulo ante fin. lib. 3. dixit Tiraque. ibid.
d. num. 70. in fi. ꝙ ſtatuta, ſiue conſuetu-
56 dines† feudorum deferentes feudum ad
deſcendentes maſculos, non includunt
hermaphroditum.
Quæ cùm libenter admittam ego re-
57 ſpectu teſtamenti, non † tamen pla-
cent ratione contractus. Si quidem Bal.
in d. l. omnes populi, num. 67. ff. de Iuſt.
& Iur. dicit ideo ſtatutum prohibens
mulierem teſtari ſine conſenſu propin-
quorum ad hermaphroditum non ex-
tendi, quia, inquit Bald. hæc eſt conſue-
tudo, & ſtatutum iniquum, ſecus vbi cō
ſuetudo, & ſtatutum iuſtum eſſet, &
æquum. Quare cùm ſtatutum prohibēs
mulierem contrahere ſine certa ſolenni
58 tate, ſit† æquum, & fauorabile, Virgin.
Bocat. in conſtitut. Marchię, glo. 8. nu. 7.
late Carpan. in ſuis commentarijs ad
ſtatuta Mediolani, vol. 1. cap. 328. num.
137. verſ. Verùm quod cōprehendatur,
non video cur non comprehendat etiā
hermaphroditum, qui tamen ad maſcu-
lum magis non accedat.

Ad id verò quod dictum eſt de feudis,
59 quæ non pertinent ad † hermaphrodi-
tos adde gloſ. ma. in l. de quibus. ff. de le-
gib. Iaſ. in l. ſed eſt quæſitum, num. 13. ff.
de lib. & poſth. Angel. in d. l. de quibus.
60 num. 11. Niſi fortè præualeat in ſexu †
maſculino, quoniam tanquam maſculus
in feudum ſuccedet, Bald. in l. quoties,
num. 7. C. de ſuis, & legit. per l. quęritur,
ff. de ſtatu hominum. ſ. ſed eſt quæſitū. §.
vlt. ff. de lib. & poſth. & l. repetundarum
§. 1. ff. de teſtib. Quæ deciſio rem noſtrā
coadiuuat, nos nanq; dicere poſſumus
61 èt in caſu ſtatuti† obſcuriores crepuſcu
li partes ad noctem pertinere, tāquam
eas, quæ ad noctem accedunt magis.
De actibus. Scripſit enim Bal. in l. hac
conſultiſſima, nume. 13. verſ. Item dici-
tur hic C. qui teſtam. Alexan. conſi. 116.
Animaduerſis ſtatutis, num. 10. verſ. Et
idem Bald. lib. 2. Idem Alexā. conſil. 76.
Viſis dubitationibus, num. 13. verſ. Pro
hoc dicit, lib. 5. Ripa reſponſ. 2. num. 15.
in tit. de ſecundis nup. Dilect. de art. te-
ſtand. lib. 1. caut. 13. latiſſime Tiraquel.
de ll. Cōnub. gloſ. 5. à num. 68. verſ. Præ
terea; quòd ſtatutum diſponens, vt in
62 † vltima voluntate certa requiratur ſo-
lemnitas, non extendatur ad donatio-
nem cauſſa mortis, quæ non eſt ſimpli-
citer vltima voluntas, ſed participat, &
mixtus reputatur caſus.
63 Quanquam† contrarium ex eod. Bal.
in l. fin. C. de teſtam. notatum videtur à
Iaſone in §. omnium, num. 29. prope fin.
verſ. Licet contrarium viſus ſit, Inſt. de
action. in hoc particulari exemplo, ꝙ
64 ſi ſtatutum permittat † filium familias
teſtari, eidem intelligatur & dare facul
tatem, vt donare poſſit cauſſa mortis.
Sed certè nulla inſurgit contrarie-
* tas, * communi. n. diſtinctione totam
65 tollere poſſumus † difficultatem. Licet
enim voluerint aliqui donationē cauſſa
66 mortis magis accedere† contractui, quā
* vltimæ voluntati, vt hanc dixit* cōmu-
nem opinionem Boer. conſ. 34. num. 12.
Alij verò ſimpliciter dixerint eſſe ma-
67 gis† vltimā voluntatem, quā contractū,
* vt hanc videri magis** communem opi
nionem dixit Marſil. Sing. 136. Longa,

verios

Digitized by Google

* verior tamen, & ** crebrius approbata
eſt illa opinio, atque doctorum reſolu-
68 tio, quòd donatio cauſſa mortis in † fie-
ri aſſimiletur contractibus, in facto eſſe
* vltimis voluntatibus, vt de * communi
poſt Socin. conſ. 130. num. 9. lib. 1. Iaſ.
in l. cum antiquitas, nu. 2. C. de teſtam.
in l. ſenium, num. 8. in fin. C. qui teſtam.
in l. 2. num. 1. ff. de leg. 1. ibid. Rip. num.
15. Alciat. & alios teſtatus eſt Clar. lib.
4. recept. ſentent. §. donatio, quæſt. 5. nu.
1. & ſic quò ad ſolemnitates ad contra-
ctus referatur, quò verò ad effectum di-
ſpoſitionis vltimis potius aſſimiletur
voluntatibus. Dum ergo ſtatutum cō-
69 ſiderat † ſolemnitates, non complecti-
tur donationem cauſſa mortis, vbi au-
tem vel de effectu diſponit, vel de po-
teſtate, qui poteſt teſtari, poterit etiam
donare cauſſa mortis.

De artificio. Eſt text. clarus in l. lega-
tis ſeruis, §. ſi vnus, ff. de leg. 3. & Bal. in
§. omnium, num. 3. Inſt. de action. dixit,
70 quod ſi ſtatuto caueatur, vt † macellarij
ſint immunes, ſi aliquis erit, & piſcator,
& macellarius, immunis erit, ſequitur
Aretin. in d. §. omnium, nume. 6. verſ. Et
71 ideò. Quod † ego verum exiſtimo, ſi eū
dicti illius dicamus eſſe ſenſum, vt ma-
cellarij in caſu illius ſtatuti; qui etiam
piſcatores ſunt, immunes quidem ſint,
non tñ, vt piſcinarij, aut reſpectu illius
artis, ſed vt macellarij, quia vbi diſpoſi-
tio facta eſt in caſu ſimplici, & mixtura
72 pōt † ſeparari, habet locum diſpoſitio
in illo tñ extremo, de quo facta eſt pro-
uiſio, Iaſ. in l. 2. in prin. num. 4. ff. de verb.
oblig. add. ibid. à contrario ſenſu, nu. 5.
in verbo, Secundo loco ex Angel. conſi.
347. Aſſumptū predictum, Romanus in
d. l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. nu. 34. ver.
Decimoſexto, eſt text. in l. commodiſſi-
me, ff. de libe. & poſth. l. legatis vxori, ff.
de leg. 2. l. hoc legatum, ff. de leg. 3. Alex.
in d. l. 2. in prin. num. 1. ff. de verb. oblig.
Ruin. conſ. 41. De iure communi, nu. 5.
uol. 3. Iaſ. in l. Titiæ textores, in princi.
num. 23. verſ. Item intellige prædictum
notabile. ff. de leg. 1.

Quod procedit, & multò magis, ſi ſta-
73 tutum ſit † odioſum, & loquatur in caſu
ſimplici, quia ſub ſimplicibus non con-
tinebitur mixtum, deciſ. Genuenſi 20.
Nauium portionibus, num. 11. verſ. Vlte-
rius cùm iſte, poſt Anch. conſ. 36. & De-
cium conſ. 133. num. 1.

Fallit primo quod diximus de ſtatu-
74 to, quoties ad caſum mixtum † veriſi-
militer poteſt adaptari mens ſtatuen-
tis propter identitatem rationis, ita
poſt alios ibi allegatos ſcripſit Alexan.
conſ. 144. Viſo themate quæſtionis, nu.
9. verſ. Quinimo etiam poſito lib. 6. &
* ita eſſe * quotidianum vſum, teſtatur
Alba conſ. 20. Cum de interpretatione,
num. 7. in fin.

Fallit ſecundò, quando caſus mixtus
75 magis adhæreret † vni ſimplici, quàm
alij, ita poſt plures alias allegatos, in
terminis ſtatuti voluit Alba d. conſ. 20.
num. 4. uerſ. Et tantò magis.

76 Fallit tertiò, quando caſus mixti † re-
ſoluuntur in ſimplices, conſiderata eo-
rum ratione, & effectu, quoniam in ſta-
tutis eo caſu ſub ſimplicibus continetur
mixtum, quod exemplo declarat Alba
dicto Conſ. 20. nume. 4. verſ. Fateor hu-
iuſmodi caſus, & quod magis eſt, dicit
vtroque caſu ſub ſimplicibus contineri
mixtum, etiam diſponente ſtatuto, vt
77 ſtatuta ad † litteram intelligantur poſt
Alciat. ibi allegat.

Quod certè notandū eſt, cùm ſtatuta
78 ad litterā intelligenda, non † extendan-
tur, Bald. in l. precibus, num. 18. verſ. Et
nota, C. de Impuber. Iaſ. in l. quamuis,
nu. 1. uerſ. Quartò ſingulariter fallit, C.
eo. Alex. in l. poſt aditam, num. 4. C. eo.
79 qm̄ illud † ſcriptum dicitur, quod ocu-
lis corporis legi poteſt, non quod oculis
mentis poteſt intelligi, Bart. in l. qui li-
beris, §. hæc uerba, num. 7. ff. de uulg. &
in terminis, quòd ubi uerba ad litteram
80 ſunt intelligenda ſub ſimplicibus † non
continebitur mixtum, voluit Ange. in l. ſi
ita ſcriptum, in princ. ff. de lib. & poſth.
D. meus Præſ. Menoch. de adipiſc. poſſ.
remed. 4. nu. 225. uerſ. Accedit doctrina.
Niſi dicamus, & benè, quòd ſtatutū uo-
lens aliquid ad litteram intelligendum
81 reijcit gloſſationem † friuolā, & extra-
neum intellectum, nō autem legitimam

BIBLIOTECA NAZ. ... MA ... EMANUELE

interpretationem, Bart.in l. omnes po-
puli,nùm.65. verſ.Vltimò quæritur, ff.
de iuſt. & iu.per textum in l.1. §.fin. &
in l.2.§.pen.C.de veter. Iur.enucleand.
in l.1.C.de legib.& in l. ſi de interpreta
tione,ff.eod.

Sed an in ſtatuto ſub ſimplici com-
82 prehendatur mixtum eſſe caſum † di-
ſputabilem ſcripſit Alba conſi.371.Quã
uis materia, num.4 verſ.Quo verò,qui
ideo in ſuo caſu concordiam partibus
perſuaſit.

83 Nona inſpectio eſt in † Cõſuetudine,
An ſub ſimplicibus contineatur mixtũ,
& idem omnino dicendum eſt prout in
ſtatutis dictum eſt, Tiraqu.de ll. Cõnu-
bial.glo.5.nu.71.verſ.Sed & hæc.

84 Decima inſpectio eſt in Vſibus † feu-
dorum, & idem dicendum eſt, quod in
ſtatutis,& conſuetudine fuit determina
85 tum, vſus enim feudorum,ſtatuta,vel †
conſuetudines appellantur,ita poſt Bal.
in §.omnium poſt princ. Inſt.de action.
& cõſ.237. Quidam magnificus, paullò
ante fin.lib.3.ſcripſit Tiraquel.d.glo.5.
num.70. verſ. Et idem Baldus, atq; etiã
negatiuam in vſibus feudorum voluit
Alc.in l.2.nu.26.ff.de uerb. oblig. Aſin.
in ſua praxi in princ. cap.4. nu.10. verſ.
Tertiò infertur.

Vndecima inſpectio eſt in Beneficijs,
Reſcriptis, & Priuilegijs, An in ijs ſub
ſimplicib.contineatur mixtum.Et Bart.
in l.2.in princ. num.2. ff.de verb. oblig.
86 voluit,quòd † ſic,quia ſumus in fauora-
bilibus, & quia in fauorabilibus latiſſi-
ma facienda eſt interpretatio l.fin. ff.de
cõſt.Principum,ſequutus eſt Iaſon in §.
omnium,num.30.verſ.Aliquis habet,&
num.31.verſ.Item quia ſumus. Inſtit.de
action. vbi poſt plura concludit hanc eſ
ſe magis * communem doctorum opi-
nionem, Barto.in d.l.2.in princip. ff.de
verb.oblig.Barth.Bertaz.conſ.182.Plu-
ra dubia,num.12.vbi plures allegat lib.
1.in crimin.maximè ſi ſubſit eadem ra-
tio ibid.num.13.poſt D.meum Præſ.Me
noc.conſ.11.num.20.

Quare infertur, & per Bar.& per Ia-
87 ſonẽ locis cit.quòd ſi quis† Comes Pa-
latinus priuilegiũ ab Imperatore ſit cõ
ſecutus,ad legitimã dos ſpurios, itẽ &
inceſtuoſos:& ſpurius ſimul,ſimulq; in
ceſtuoſus idem ab eiuſmodi Comite le-
gitimari poterit,ita etiam Bald.qui po-
ſtea aliquid in contrarium adducit,in d.
§.omnium, Inſt.de action. num.3. verſ.
Et ideo ſi ſtatuto.

Hæc autem locum habẽt, ſiue ſimus
88 in † diſpenſatione, ſiue in legitimatio-
ne; quamuis enim communis ſit Docto
rum ſententia quod diſpẽſatio ſit odio-
ſa, & legitimatio fauorabilis, atta-
89 men † facultas diſpenſandi tam fauo-
rabilis eſt,q̃ facultas legitimandi,ita in
puncto Felin.in cap.Mandato, nume.7.
verſ.Quarta,& vltima,de Simon.Rom.
in l.2. in princ.num.59. verſ.Vltimò eſt
videndum.ff.de verb.oblig.

Sed * communis Doctorum † reſolu-
90 tio illa eſt, qꝫ ſi legitimatio in nullius
tendat præiudicium,ſed ſolum reſpiciat
fauorem legitimandi, ſub ſimplicib.cõ-
tineatur mixtum, ſi verò tertij præiudi-
ciũ intermiſceatur, nequaquã, ita Are-
tin.in d.§.omnium,nu.6.Inſt.de action.
Alex.in l.2.in prin.nu.5. ff.de verb.obl.
plures recitantur ibi in apoſtilla à Fran-
ciſco Curtio,in verbo.Sed D.Antonius
ſub littera D.& hanc eſſe ſatis * æquam
opinionem, & rationabilẽ dixit Caſtr.
in l.2.in princ.num.3.verſ.Et inducitur
iſta gloſ.ff.de verb obli.quòdq; ſit * tu-
tius fortaſſis hanc tenere concordiã ſcri
pſit Iaſ.in §.omnium,nu.31.verſ.Et huic
concordiæ,Inſt.de action.

Et re vera neſcirem aliud ego, aut cre
dere ſtudendo, aut docere interpretan-
do,aut pronũtiare * iudicando,aut per-
ſuadere conſulendo; ipſa enim priuile-
gia,ac beneficia licet dum ſolius conce-
91 dentis ius tangunt † latè ſint interpre-
tanda, vbi tamen de iure tertij agitur,
ſtricto more intelliguntur, ita Caſtrẽ.in
d.l.2.in princ.nu.3.ff.de verb.obli.Iaſ.
in l.ſi ita ſcriptũ,nu.6. ff.de lib. & poſt.
Bald.in l.fi.nume.2.ff.de conſtit.princi-
pum, & ita * communiter limitari tex.
in l.beneficium, ff.de conſtit.Principũ,
& tex.in c.cùm dilectus,extra de donat.
dixit Tiraquel.de Iure Primigen. quæſt.
40.nu.212.verſ.Si huiuſmodi cõſtitutio.

Eadem

Digitized by Google

Eadem omninò locum habent in Principum Proclamatibus, Barthol. Bertaz. conſ. 122. Dubitatur aduerſus, nu. 8. verſ. Tertiò, licet locus, vol. 1.

Duodecima inſpectio eſt in Fauorabilibus, An ſub ſimplicib. contineatur
92 mixtum, & dicendum, quòd † ſic, Roman. in l. 2. in princ. num. 20. verſ. Secundò ex prædictis ibid. omnes ff. de verb. oblig. Iaſon in l. Titiæ textores, numer. 19. verſ. Quintò nota ff. de leg. 1. Corneus conſ. 66. Dominus, num. 5. verſ. Contra,
* lib. 1. de * communi Bertaz. ad conſ. patris ſui, conſ. 336. D. Zaccarias, in fin. lib. 2. Ruin conſ. 145. Quamuis, num. 14. lib. 3. Cephal. conſ. 69. Sigiſmundus, nu. 14. omnes ferè, de quibus in ſequenti inſpectione. Niſi fortè hoc fauorabile,
93 etiam † immixtum haberet odium, quoniam neglecto fauore, ratione odij ſub ſimplicibus mixtum non contineretur, Oſaſch. deciſ. 126. Andreas, num. 14. verſ. Et maximè cum fauorabilis, per notata à Dec. in l. venia, num. 5. C. de in ius vocando.

Quod verum magis arbitror quoties
94 materia † indiuidua eſt, atq; inſeparabilis, quoniam eo caſu, ſi duæ concurrant
95 cauſſæ, quarum alia † noceat, proſit aũt alia, ea attenditur cauſſa, quę nocet, non autẽ illa, quæ prodeſt, Iaſ. in l. ſi mater, nu. 9. verſ. Secundò ex iſta C. de inoffic. teſtament. per tex. & ibid. Bart. in l. 3. §. fin. ff. ad Sillania. Quanquam quod pertinet ad hoc poſtremum, res maximã ha
96 bet † difficultatem; neq; .n. deſunt inſtantiæ ad conuincendam contrariã veriorem, quòd imo attẽdatur cauſſa, quæ podeſt, ſic voluit Bald. quòd ſi ſint complicatæ duę cauſſæ, quarum altera ſit appellabilis, altera nõ ſit, ab vtraq; lata ſen
97 tentia † poſſit appellari, Bald. conſ. 141. Præmiſſis verbis, nu. 7. verſ. Illud etiam non omitto, vol. 1. Cotta in ſuis Memoralibus, in verbo Mixtum, D. meus Pręſ. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 9. nu. 321. ver. Quod vbi duæ, ſic à ſententia la
98 ta ſuper † poſſeſſorio, nõ datur appella-
* tio l. vn. C. ſi de moment. poſſ. de * communi Bald, in l. 2. num. 22. verſ. Vltimò quæritur, C. de Epiſcop. aud. Pract. Papien. in tit. Forma libelli in ca. ſpol. poſſeſſ. §. Et amplius, num. 2. Idem in eodẽ ti. §. Per veſtram defi nitiuam, nu. 3. verſ. Breuiter communis ſententia, Bal. in l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. nu. 6. verſ. Quæro nos dicimus, pract. Papien. iterũ in tit. forma appellationis ab interlocutoria, §. in his ſcriptis, nu. 8. ver. Ideoque ſi in iudicio, Bar. in l. 2. num. 4. ff. de appellat. recipien. Caſtren. conſ. 39. Quod a ſententia lata per totum, lib. 1. Franciſcus Monald. conſ. 75. In cauſſa cleri Vrbenici, nu. 10. lib. 1. ſi tamen cauſſa
99 ſit † mixta datur appellatio, Cotta in d. verb. Mixtum, qui allegat Bald. d. conſ. 141. num. 1. vol. 1. Benintend. deciſ. 79. D. meus Præſ. Menoch. de recuper. remed. 9. nume. 320. verſ. Secus in poſſeſ-
100 ſorio, niſi fortè mixtura fiat † incidenter, Caſtren. conſ. 39. Quod a ſententia lata, lib. 1. vbi plures allegat. Eo-
101 dem pacto quoties mixti ſunt † priuilegiati, & non priuilegiati attenditur cauſſa, quæ prodeſt, & omnes cenſentur
102 priuilegiati, vt in caſu † immunitatis ſcripſit Natta inter conſilia Laurentij Syluani conſ. 20. Doctores collegij, nu. 12. vbi latè, Felin. ca. 1. nu. 6. ad fin. ver. Ex quo dubito de gloſſ. ex. de præſcript. Ang. in l. ſi de communi ad ſi. ff. quẽad. ſeruit. amitt. Roman. conſ. 195. In caſu præmiſſo, num. 5. Georg. Natta in tract. ſuper ſtatutis, fœminas, &c. queſt. 3. nu. 76. verſ. Decimo quartò facit, glo. fin. in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. latè Tiraquel. de Retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. num. 34. verſ. Et hanc quoq;, niſi conſtaret de fraude, Ioſeph Ludou. conclu.
103 53. verſ. Hinc etiã 7. infertur. In caſu † exhumationis voluit tex. in ca. ſacris de ſepult. quòd vbi oſſa excommunicatorũ in eccleſiaſtico cimiterio ſepulta ab oſſibus fidelium ſecerni non poſſunt, neu-
104 tra debent exhumari. In caſu † præſcriptionis, Io. And. in cap. viri, de iurepatronatus in 6. Abb. in cap. de quarta col. pen. de pręſcript. Innocen. in cap. ad audientiam eo. tit. Alex. cõſ. 122. Viſo pũcto, nu. 17. lib. 4. voluerunt, quòd laicus communem fundum habens cum eccleſia, contra eum minori tempore nõ pręſcriba-

Digitized by Google

ſcribatur, quàm contra eccleſiam, idem
voluit Franc. Aretin. conſ.25. Viſo the-
105 mate, num.3. In reſtitutione in † inte-
grũ voluit D. meus Sfort. Odd. de Reſt.
in integr. par.1. quæſt. 46. articul.2. & 3.
quòd vbi res communis eſt, reſtitutio
competens minori prodeſt etiam maio-
ri, & poſt plures ibi allegatos teſtatur
de * communi. Et in terminis voluit D.
meus Præſ. Menoc. in tract. de retin. poſſ.
remed.3. num.678. verſ. Accedit 2. quòd
106 quando mixtum participat de † extremo
fauorabiliori, & de alio minus fauora-
bili, ſemper præferatur qualitas fauo-
rabilior, ita etiam Bero. cap. in litteris,
num.57. verſ. Quartò, quando de reſtit.
ſpoliat.

Quid de re ratione poſtremi illius di-
ſtinctionis membri valde dubito de di-
107 ſtinctione † Romani in l.2. in prin. nu.
50. verſ. ſequitur 4. ff. de verb. oblig. Aut
qualitas, inquit Roman. proficua eſt tan
tæ potentia, quod offuſcat qualitate no-
108 ciuam. & tunc attenditur † proficua l.
ſi vir vxori, ff. pro donato l. non intelligi
tur, §. ſi quis palã, ff. de iure fiſci; aut am-
bę ſunt paris potentiæ, & tunc, aut ſunt
ſeparabiles, & fit ſeparatio, l. relegatorũ
§. fi. ff. de interdictis, aut non cadit ſepa-
ratio, & attenditur qualitas nocens. Du
bito inquam de poſtrema hac particula,
ſaltem in terminis generalibus per ea,
quæ ſuperius adnotaui.

Hanc autem conſiderationem mirum
in modum coadiuuat id, quod ſcripſit
Proſper Farinac. quæſtion. criminal. li.2.
quæſt.39. Torturam regulariter, nume.
150. verſ. Sublimita tertiò poſt Iaſ. in l.
2. nu.5. verſ. Vltra ſcribentes, ff. de verb.
oblig. D. meus Præſ. Menoch. de retin.
poſſ. remed. 3. nu. 678. Conrad. in l. uni.
C. ſi de moment. poſſ. in 2. limitat. nu.25.
& 27. Lambert. & alij ibi allegati, quòd
ſcilicet, in mixtis ſemper attendi debet
id, quod eſt magis fauorabile, & ſemper
a fauorabiliori regulatur, maximè ſi
quod eſt magis fauorabile, eſt etiam ma-
gis conforme iuri communi ibid. plures
allegantur.

Decimatertia inſpectio in pęnalibus,
109 & Odioſis, & in ijs ſub ſimplicib. † nõ
continetur mixtum, l. vim paſſam, §. pręſ-
ſcriptione, ff. de adult. vbi gloſ. in verbo
Coniunctam, glo. in l. Mariti, §. hoc quin
quennium, ff. eod. de adult. Aretin. in §.
omnium, num.6. Inſt. de action. Crauet.
conſ.276. Subtilius in fin. Socin. iun. cõſ.
131. Iam annus eſt, num.20. lib.3. Oſaſ-
chus allegata deciſ. 120. nume.13. & 14.
Ruin. conſ.167. Perſpectis, nu.20. lib.1.
& hoc eſſe * vulgatiſſimum ſcripſit Ber
taz. conſ. crimin. 77. Macellarij, nume.8.
ver. Quia in odioſis, lib.1. Rom. cõſ. 294.
Hæc confeſſio, nu.4. verſ. Certum eſt au-
tem, Idem Roma. conſ.259. In caſu pro-
poſito, nu.5. verſ. Hęc exceptio, vbi ideo
110 infert, quòd in odioſis appellatione †
monachi non venit Abbas, qui mixtum
quoddam dici poteſt ex monachatione,
& dignitate Abbatiali. Atque in odio-
ſis, quòd ſub ſimplicibus non continea-
tur mixtum, poſt ſexcentos ibi allega-
tos, de * communi teſtatus eſt Tiraquel.
de ll. Connubial. glo.5. num.71. ver. Sed
& hæc potiſſimum, atque ij omnes, quos
in octaua obſeruauimus inſpectione. Et
eſſe iuris * regulam, teſtatur Frãcus de-
ciſ.169. Conditis per illuſtrem, num.23.
verſ. Quia regula eſt. Idem voluit Cra-
uet. conſ. 959. num. 17. Surd. deciſ. 174.
Inſpecto verborum ſono, num.14. ver-
ſic. At in materia ſtricta, Ideo voluit
Corn. conſ.63. Licet ex pluribus, nume.
111 9. lib.2. quòd in † compromiſſo pęnali
ſub ſimplicibus non contineatur mix-
tum, de quo inferius, videndus omni-
no ad plura inferens Aſin. in ſua praxi,
in princ. capit.4.2 nume.7. in fin. verſic.
Ex hac communi doctorum. Idem vo-
luit Alba conſ.360. In præſenti caſu,
num.9. verſic. Et in pęnalibus, D. meus
Præſ. Menoch. conſ.112. Propoſitæ con-
ſultationis, num.48. verſic. Ergo hęc re-
gula, Idem voluit Abb. & Felin. in cap.
mandato num.6. verſ.3. concl. de Simon.
Abb. in proœm. de vita & honeſt. cleric.
num.4. verſ. Sed in materia odioſa, Ca-
gnol. in l. ſi emancipati, num.144. verſ.
Quia diſpoſitio, C. de collat. Roman. in
l.2. in princ. num.11. ver. Primò igitur, ff.
de verb. oblig.

Hinc videtur iuſtificata illorũ opinio,
qui

Digitized by Google

qui voluerũt crepuſcula eſſe caſum a ſta
112 tuto † omiſſum, dum de nocturno agit
tempore, quoniam eo caſu ſub ſimplici-
bus non contineatur mixtum, vt voluit
Abb. in ca. ſi perfodiens, nu. 2. ver. Poſ-
ſet etiam argui, de homicid. Natta conſ.
469. Extat decretum, num. 10. verſ. Item
quia ſub ſimplici, vbi alij, Alex. in l. Ti-
tius, §. Lucius, nu. 9. ff. de li. & poſth. vbi
de * communi.

Sed certe ſtatutum eiuſmodi non vi-
113 detur odioſum, ſed potius † fauorabile
reſpiciens principaliter fauorem reipu-
bli. licet in conſequentiam odium de-
linquentis, Bart. conſ. 188. Statuto Ca-
ſtri. num. 3. verſ. pro cuius euidentia. Io.
And. in addit. ad Specul. in tit. de con-
ſtit. per tex. in l. 2. C. quando. lic. ſi. iu. ſe.
vin. ad lo tex. in l. congruit, ff. de offic.
præſid. text. in l. ita vulneratus, ff. ad l.
Aquiliam, Bartol. in l. quemadmodum
circa med. C. de agricol. & cenſit. li. 11.
plures adducit teſtans hanc eſſe doctri-
nam * ineuitabilem, Iaſ. l. ſi is, qui pro
emptore, num. 367. verſ. Sexto pro iſta
parte ff. de vſucapion. vbi ideo vult fa-
114 ciendam † extenſionem de caſu ad ca-
ſum. Boſſ. in ſua praxi, in tit. de pęn. nu.
12. uerſ. Statuta pœnalia, maxime, ſi per
115 ſtatutum procedi poſſet per † inquiſi-
tionem: eo enim caſu in dubitatẽ dicen-
da eſſet diſpoſitio fauorabilis, licet pę-
nalis, Bald. in cap. Quoniam apoſtolica,
num. 5. verſ. Ex hoc nota de offic. deleg
116 neque. n. inquiſitio permittitur ad † pri-
uatam utilitatem, Natta conſ. 138. Ma-
gnifici, nu. 15. verſ. reſp. Ideo videtur re
currendum ad ſuperiorẽ regulam, quòd
in fauorabilibus ſub ſimplicibus conti-
netur mixtum.

Attamen non eſt recedendum a *
communis, in pœnalibus enim appel-
117 latione † noctis non venit vere mixtus
caſus, ſed tantum caſus poſterioris cre-
puſculi, & prioris diluculi, tempus ſci-
licet, quo quis cognoſci non poteſt, vt
alias diximus, quoniam hoc caſu eadem
militat ratio, idemque ſubeſt fauor rei-
publ. quia ſcilicet tenebræ ad delinquẽ-
dum inuitant.

Præterea aliud eſt dicere, quòd ſub ſim-
plicibus contineatur mixtum, aliud quòd
appellatione noctis, & ſic unius ſimpli-
cis contineatur mixtum, quia ſub vnico
118 ſimplici in quauis materia † non venit
mixtũ, vt alias diximus ex l. commodiſſi
mè, ff. de lib. & poſth. Iaſ. in l. Titiæ tex-
tores, in prin. nu. 23. ff. de leg. 1. ver. Item
intellige prædictum notabile, text. in l.
legatis vxori ff. de leg. 2. l. hoc legatum,
ff. de leg. 3. Alex. in l. 2. in prin. nu. 1. ff. de
verb. oblig. Ruin. conſ. 41. De iure com-
119 muni, nu. 5. volu. 3. Niſi eſſet ſimplex †
inſeparabile, vt additur ad Iaſ. in l. 2. in
princ. num. 5. in verbo Secundo loco, ff.
de verb. oblig.

Si tamen, vt aliquod temperamẽtum
120 huic adhibeamus inſpectioni, propter †
identitatem rationis ad caſum mixtum
veriſimiliter poteſt adaptari mẽs ſtatuẽ
tis, etiam in odioſis ſub ſimplicibus cõ-
tinebitur mixtum, Alex. conſ. 144. Viſo
themate, nu. 9. verſ. Quinimò etiam, lib.
6. Idem in l. ſi extraneus, in fin. ff. de con-
dict. ob ca. Surd. deciſ. 174. Inſpecto, nu.
121 15. ver. Et quamuis, multoq; magis ſit †
maior militet ratio, Surd. loco cit. poſt
Dec. conſ. 333. num. 2.

Adde quòd in odioſis ſub ſimplicibus
continetur etiam mixtum, quando pro-
122 miſſio facta eſt in † vtroq; ſimplici, Dec.
in l. In teſtamentis, num. 4. verſ. Vide ta-
men ff. de reg. iur. Amplius quando pœ-
123 na tenderet ad † ſalutẽ animæ, ſub ſim
plicibus contineretur mixtum, Butr. in
cap. omnis, de pęni. & remiſſ. quẽ refert,
& ſequitur Felin. in cap. mandato, nu. 6.
verſ. Limita iſtam concluſionẽ, de ſimo.
124 Decimaquarta inſpectio ſit igitur in †
Pęnalibus, an in pęnalibus ſub ſimplici-
bus contineatur mixtum. Et dicamus,
quòd aut procedi poteſt per inquiſitio-
nem, aut per ſolam accuſationem; ſi per
inquiſitionem, quoniam caſus eſt fauo-
rabilis, vt diximus in ſuperiori inſpe-
ctione, ſub ſimplicib. cõtinetur mixtum.
Si per accuſationẽ, attẽdenda erit prin-
cipalis ſtatuti ratio, & ex ea, vel odioſa
125 lex, vel fauorabilis † denominãda erit,
Roman. conſ. 4. Sententiam præfati, nu.
7. verſ. Non obſtat ſecundum, Idem cõſ.
328. Preſẽs cõſultatio, nu. 2. ver. Primò,
quia

quia ad cognoſcendum, idem conſi. 32. Viſa municipali, num. 5. uerſ. Ad conſiderandum autem, Cuman. conſi. 2. Proponitur, propè principium, Caſtren. cōſi. 92. Notandum eſt, in fin. lib. 1. Goza-
* din. conſ. 5. An in quęſtione, nu. 6. de * cōmuni poſt plures ibi allegatos teſtatur Tiraq. de Retract. lignag. §. 30. glo. 1. nu. 5. uerſ. Et ex hoc inferunt; quo caſu ſi ſtatutum reputetur fauorabile iudicandum erit, ut in 8. inſpectione, ſi odioſum, ut in 9.

126 Decimaquinta inſpectio eſt in † Correctorijs & Exorbitantibus, & dicendū, ꝙ in his ſub ſimplicibus non continetur mixtum, ut plures adduximus in quarta inſpectione, uer. Ratio eſt manifeſta, ubi
* etiam de * communi.

Decimaſexta inſpectio, In reſpicien-
127 tibus † præiudicium tertij, quo caſu, quælibet diſpoſitio loquens de ſimplicibus nunquā complectitur mixtū, Ruin. conſ. 167. num. 20. uolu. 1. Gabriel. conſ. 197. num. 6. uol. 1. Crauet. conſ. 941. num. 31. quos refert, & ſequitur Surd. deciſ. 174. Inſpecto uerborum ſono, nume. 16. uerſ. Et quando diſpoſitio; faciunt, quæ
* ſcripſimus de * communi teſtantes ſuperius in inſpectione, de Beneficijs, Reſcriptis, & Priuilegijs.

DE CAMPANA
Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Nox in ordine ad delicta poteſt per ſtatuta augeri, & minui ad ſigna Campanę.*

2 *Nocturnum tempus in delictis puniendis ſecundum communem conſideratur à ſono Campanę.*

Declarat Author, num. 3.

4 *Campanę ſonus multiplex interpretatio ex Baldo.*

Suppletur ab Authore, num. 6.

5 *Stramita, Mediolani quid ſignificet.*

7 *Campanę interpretationes vocantur ſigna muta à Baldo.*

8 *Campanę duę regulariter noctem intercludunt.*

9 *Campana noctis regulariter dicitur tertia Campana,* *Ideſt tertium Campanę ſignum, num. 10.*

11 *Campana, vbi non auditur, ibi non obligat ex Alber. & alijs.*

Contrarium ſentit Salycet. nu. 14.

Diſtinguitur, nu. 15.

12 *Populus conuocandus eſt, vel ſono tubę, vel voce praconis, vel ſono Campanę.*

Modò ea ſit Campana, quę ab omnibus poſſit audiri, num 13.

16 *Scientes, non ignorantes ad conſtitutionum pœnas obligantur.*

Niſi ſcire potuerint, num. 18.

17 *Romani in l. oratione, num. 5. ff. de ferijs, mendoſus locus reſtitutus.*

19 *Fictio, & veritas, vbi concurrunt circa idē, veritas pręualet fictioni.*

20 *Surdus à natiuitate excuſatur, ſi poſt ſonum campanę cum armis reperiatur.*

Declarat Author, num. 21.

22 *Veneris, & Iouis Sancti noctibus, quibus non pulſatur Campana, non poſſunt impune arma deferri.*

Contrarium voluerunt alij, num. 23.

Conciliat Author, num. 28.

24 *Campanę ſignum nō admittit ęquipollens, ſed in forma ſpecifica ſeruandum eſt.*

25 *Communitas conuocanda ad ſonum campanę, non poteſt die Veneris Sancti conuocari ad ſonum tabellę.*

Contrarium voluit Author, num. 26.

27 *Campanarum vſus, & ſubrogatio.*

29 *Campana ſi non pulſatur, excuſat arma nocturno deferentem tempore.*

Temperat Author, nu 30.

31 *Interdicti tempore, non poteſt pulſari campana ad diuina.*

Poſt tamen ad concionem, nu 32.

Et ad ſignum prohibitę delationis armorum, num. 33.

Et ad communitates congregandas, ibid.

34 *Campana diurna non pulſata excuſatur, qui credebat eam pulſatam.*

Declarat Author, num. 35.

36 *Iuſta cauſſa credēdi licuiſſe excuſat à pœna.*

37 *Campanę ſigno dato, ſi quis per vrbem incedat aduerſus ſtatuta, poteſt accuſari, & per accuſationē, & per denunciationē.*

38 *Denunciatio non requirit libellum.*

Niſi poſt denunciationem denunciatus maleficium neget, num. 39.

40 *Campanę poſt ſonum, aliquem cum armis inceſſiſſe*

inceſſiſſe inquirens iudex, nihil agit, niſi dicat poſt ſonum finitum.

Reprobatur in dubium à num. 41.

42 *A prima hora Noctis. i. prima hora Noctis finita.*

43 *Campanam circa. i. ante Campanam.*

44 *Dictio Circa ad excluſionem maioris delicti in meliorem partem interpretatur.*

45 *A pulſu Campanæ. i. poſt finitã Campanã.*

Multò magis ſi dicat ſtatutũ poſt ſonũ, n. 46

47 *Statutum Mediolani 124. in Criminalibus illuſtratur.*

48 *Campana diurna pulſata ante præſtitutã horam non excuſat arma deferentem ex Bonifacio Vitalino.*

Contrarium ſentit Author, num. 50.

49 *Campana diurna pulſata ante ſolitum tẽpus, ſi ideo condemnetur arma deferens, non habet actionẽ aduerſus Campanariũ.*

Contrarium voluit Author num. 51.

52 *Tympaniſta incongruo loco, & tempore, ad arma tympanizans, capite punitus.*

53 *Campana nocturna ante ſtabilitam horam pulſata, quãdo arma deferentem excuſet ex Authore.*

54 *Arma licitè deferens in acceſſu, impunè etiam defert in receſſu.*

55 *Nox quando dicatur tempore Campanæ, vel Cymbali remiſſimè.*

ARGVMENTVM.

❡ Campana noctutna, & diurna, vbi non exauditur, an ibi obliget; quid iuris in Noctibus dierum Iouis, & Veneris in Paraſceue ſit conſtituendum, quibus non datur Campanæ ſignum; quid tẽpore interdicti; quid ſi vel ante conſtitutã horã, vel poſt eam ſonet Cãpana; An tabella, tyntinabulũ, tuba, vel aliud ſimile quippiã ſatis Cãpanæ poſsit ſubrogari; Contrariæ vbiq; opiniones obſeruatæ, nouiſq; Authoris diſtinctionib. vel omninò cõciliatę, vel certè maxima ex parte temperatę.

NOCTEM in ordine ad
delicta poſſe per ſtatuta
1 † augeri, minuiq; ad ſigna
Campanæ ſcripſit Abbas,
& alij in cap. ſi perfodiens
de homicidio, Alber. in l.
More ad finem, ff. de ferijs, Salycet. in l.
non minorem, numer. 5. verſ. Quæro
tunc, quando dicemus, C. de Tranſact.
Angel. de Vbald. conſ. 194. Viſis proceſ-
ſibus, numer. 3. verſ. Nam ſtatutum vult,
quinimo in delictis nocturno tempo-
* re puniendis ſecundum * communem
2 opinionem noctem conſiderari à † ſo-
no campanæ, dicit Franciſc. Burſat. conſ.
319. Diplomate Pij V. nu. 8. verſ. Quam-
uis. n. libr. 3. Quod tamen dum reijcit
ibid. Burſat. & optimè, vide ea, quæ
ſcripſimus in cap. 3. Arbitror tamen ego
interim communem opinionem eſſe
3 † intelligendam non reſpectu delicto-
rum, ſed reſpectu delationis armo-
rum.
Atq; vt id obiter dixerim, patet tũ Io.
And. & Hoſtien. in cap. 1. de offic. cuſtod.
tum Bald. in rubr. C. dedit. libert. tol-
lend. num. 2. verſ. Quot autem repreſen-
tationes, & Marant. in ſuo Specu. par. 6.
in verbo Rectè cõcipiatur citatio, à nu.
113. verſ. Fit etiam citatio, patet inquam
aliqua ex parte defeciſſe in aſſignandis
exactis, quas ipſi videntur profiteri, Cã-
panæ ſonus interpretationibus. Aliquã-
4 do. n. † campanæ ſonus eſt ſignum con-
gregãdi capituli, aliquãdo eſt ſignũ eũdi
ad bellũ; aliquando eſt ſignũ horarum;
aliquando electionis factæ; aliquando ſi-
gnum obitus; aliquando gaudij; aliquã-
do extinguendi ignem, & Mediolani di-
citur in 2. par. ſtat. cap. 72. Ille, vel illi,
5 hoc caſu pulſatio campanarum ad † Stra-
mitam, quam pulſationem vulgò appel-
lant Campana Martello teſte Carpano
ibid. aliquando eſt ſignum intrandi par-
lamentum; aliquando leuandi Corpus
6 D. N. I. Chriſti. Adde † tu, quòd aliquan-
do eſt ſignum prohibitionis delationis
armorum. Niſi quis velit contineri ſub
mẽbro illo diſtinctionis, quòd ſit inter-
dum ſignum horarum. Hæc autem om-
7 nia vocantur ſigna † muta, Bald. loco cit.
in fin.

in fin.ex Veget.de Remilit.ibi allegat.
Regulariter autẽ, ut ad nos ipſos re-
8 deamus, nox intercluditur inter duas †
campanas quarum alia appellatur cam
pana noctis, alia campana diei; Cam-
9 pana noctis dicitur regulariter † tertia
10 campana, ideſt tertium † campanæ ſi-
gnum, Bart.conſ.42. Quidam capita-
nens,num.3.par.2.

Et quod pertinet ad campanam vtrã-
que noctis.ſ.& diei ſcripſit Alber.in l.
More ad fi.ff.de ferijs, quòd ſi campana
11 † non poſſit, vbique exaudiri, vbi non
exauditur,ibi non obligat, ideoque non
poterit aliquis eo prætextu cum armis
capi, quod datum fuerit tertium campa
næ ſignum,ſi eo cãpana non fuerit exau
ditæ loco. Idem uoluit Bal.in l.fin.nu.1.
C.de his quib. ut indign. Bertaz.conſi.
crimin.308. Antonius Morẽſecus, num.
8.uerſ.Quibus concinit.lib.2.

Facit quod ſcribunt Doctores, dum
quærunt quomodo in condendis ſtatu-
tis fiat populi conuocatio, & Bart.in l.
omnes populi, num.16.ff.de iuſt.& iur.
& glo.in l.obſeruare, in uerbo ſolem-
niter, C.de Decurion.lib.10. dicunt,
12 quòd erit conuocandus † populus uel
ſono tubæ, uel uoce præconis,uel ſono
campanæ; Atque Abbas in cap.in cauſ-
ſis,nu.5.de elect.hoc uerum opinatur,ſi
13 ea ſit campana, cuius ſonus ad † omnes
de populo facile poſſit peruenire. Saly-
cet.contra, quòd à uerbis ſtatuti non ſit
14 recedendum, ita in † terminis Salycet.
in l.non minorem,ad fi. C.de Tranſact.
argumento l.ſi extraneus, ff.de condict.
ob cau.

Placet diſtinctio Bartoli in l.1. §.hoc
autem Senatuſconſultum, num.3.uerſ.
Iſtud ſtatutum, ff.ad Syllan. Aut enim
15 cãpana datur de nocte † uera,aut de die
& ſic cãpana efficit noctem fictam; ſi de
die,locum habet quod dicitur,ut illi nõ
obligentur, atq; ideo pro delatis armis
capi non poſſint, qui campanæ ſonũ ex
regionis ſpacio non exaudierint, & ita
* fuiſſe * determinatum ſcribit Roman.
in l.oratione, num.5. verſ.Poſtea aliud
16 ſtatutum, ff.de ferijs, quia ſcilicet † ſcien
tes & ignorantes ad pœnã cõſtitutionis
volumus obligari l.fi. C.de decr. ab or-
dine faciendis l.generale, C.de tab. lib.
17 10. cap.2. de conſt.ſed certè eſt † men-
doſus text.legendũ eſt itaque quia ſciẽ-
tes, non ignorantes volumus ad pœnã
18 obligari; niſi † ſcire potuerit. ſequitur
Romanus, quia tunc ſibi etiam ignorã-
ti imputatur gloſ.d.l.fin.ff.de decret.ab
ord.fac. ſi vero ſimus in nocte vera, qui
detulit arma non excuſatur, quia cam-
panam non exaudiuit,ex eo, quòd cam
pana ficte noctem denotat, hora verò,
& tenebræ demonſtrant verè; vbi au-
19 tem concurrunt circa † idem fictio, &
veritas, veritas præſtat fictioni, Barto.
in loco cita.quod etiam uoluit Angel.
Aretin.de Malef. in verbo, De nocte, vt
mandatum exequi, num.2. niſi fortè eſ-
20 ſemus in † ſurdo à natiuitate, qui nec
etiam ex conſuetudine antiqua nouit
ſtylum ciuitatis, quia excuſaretur,etiam
poſt ſonum campanæ Ange.loco cit.vel
etiã datum fuiſſet campanæ ſignum an-
tè conſtitutum tempus: excuſatur enim
hoc caſu delinquens, vel arma deferẽs,
quia non fuit animus nocturno delin-
quere tempore, & iurib.mũnicipalibus
21 aduerſari, Ang.loco cit.quod † conce-
do ſi repertus fuerit ad horam poſt cam
panæ ſignum,aliàs non,niſi hunc fatuo,
ac ſtolido cuidam velimus aſſimilare;vi
de etiam omnino ad hæc Rom.in l.quę-
ſtionem,§.hoc autem, num.5.verſ.Item
idem,ff.de acquir.hæred.

Hinc inferri poteſt ad quæſtionem il-
lam; Stante ſtatuto,vt poſt ſonum cam-
panæ arma nocturno tempore impunè
deferri non poſſint, ac noctib.dierũ Io-
uis, & Veneris in Paraſceue poſſit quis
ex cauſſa armorum poſt ſecũdam noctis
horam capi,cùm non detur aliquod cã-
22 panæ ſignum, & concludo, ꝙ † ſic,per
ſuperius adducta, quod etiã voluit Bal.
in l.libellorum,§.1.ff.de his, qui notan.
infa.& Ang.de Malef.in verbo, De no-
cte,vt mandatum exequi, nu.2. verſ.Se-
cundum autem membrum, Roma.ad l.
quæſtionem,§.hoc autẽ,nu.5. verſ.Mo-
ueor per legem,ff.de acquir.hæred.Con
23 trarium tamen voluit † Alber.in 2.par.
ſtat. quæſt.7. verſ.Item quæro retentis,
dicens

Digitized by Google

dicens, ita * doctores tenere, & Clar. li.
5. recep. ſent. §. fin. queſt. 82. uer. Statutū
el 6. num. 5. uer. Pone in ſtatutis, Burſat.
conſ. 141. Legi ſeriosum, nume. 33. uerſ.
Tertiò edicta prohibentia, uol. 2. Quod
non placet per ſupradicta.

Si cuipiam autem placeret magis hęc
poſterior Alberici, & clari opinio, ut
ſcilicet die ueneris Sancti nō poſſit quis
nocturno tempore deprehendi etiam
poſt tempus ex conſuetudine præſtitu-
tum ad pulſandam campanam, eam o-
pinionem confirmaret mirum in mo-
dum id, quod notant aliqui ex Alexan-
dro ad Bart. in l. non poteſt 160. in uer-
bo Quod uniuerſitas ff. de reg. Iur. re-
miſſiue, Marant. in ſuo ſpecu. par. 6. in
uerbo Recte concipiatur citatio, num.
112. uerſ. An autem, ut ſcilicet, quot caſu
a ſtatuto, uel etiam ab alio actu de cam-
24 panæ ſigno agatur, ſit adeò † neceſſaria
ſolemnitas, & ſcrupuloſo atque indiui-
duo quodam modo obſeruanda, ut nul
lum aliud ſufficiat æquipollens, quo-
niam uelit Alex. loco cit. quòd ſtante ſta
tuto, uel alia quauis diſpoſitione, ut
25 Syndicus uocetur, uel † communitas cō
gregetur ad ſonum Campanę, die Vene
ris Sancti non poſſit congregari ad ſo-
num tabellæ, quæ tamen ex ſubaudita
ratione idem importabat.

Sed certè hoc non dicit Ale. loco cit.
proponit. n. ſimpliciter thema, utrū poſ-
ſit quis uocari in die veneris Sancti ad
ſonum tabellæ, & ſe remittit ad Bart. in
l. Curiales, C. de prædijs decurio. li. 10.
qui eo loco, num. 3. uerſ. Sed recordor,
26 non † negat poſſe conuocari uniuerſita-
tem ad ſonum tabellæ die veneris Sācti,
quinimo caſum æquiparat, ſed addit u-
troque caſu ſaltem duas ex cōmunitate
partes negocijs peragēdis debere inter-
eſſe. Et certè poſſe conuocari ad tabulæ
ſonum quis dubitet? modò in uim tinti-
nabuli, & commonitorij cuiuſpiam de-
ſeruiat, ſiue tabulæ ſit ſonus, ſiue tuba-
rum clangor, ſiue eiuſmodi aliud, ut ui-
27 dere eſt de campanę † ſubrogatione, il-
liuſque uſu apud Alciat. lib. 8. Parerg.
Iur. cap. 11. Vulgaris eſt quęſtio.

Addo, quòd congregatio communi-
tatis, citatio ſyndici, &c. nō habent de-
terminatam horam ex natura rei, non
mirum igitur, ſi fortè plus ſit uirtutis in
uiuo campanæ ſonitu, quàm in muto
quodam tabellæ ſtrepitu, ac rumore;
Campana autem in ordine ad arma, &
alia delicta, certam ſemper habet horā,
eique omni procul errore perpetuis in-
ſeruit temporibus.

Arbitror tandem modicum tempo-
28 ris † interuallum hoc caſu nocte Veneris
Sancti arma deferenti nō imputandum,
ſed mitius ac liberalius ratione tempo-
ris cum eo agendum, & ita procedat cō
traria opinio ſi conciliari poteſt.

Aliud profectò eſt, ſi quo tempore cō
ſueuit pulſari campana, campanarij de-
29 fectu nocte aliqua, non pulſetur, qm̄ †
non erit eunti de nocte cum armis poſt
ſolitam horam imputandum: fuit. n. iu-
ſtus error, nec factum alienum, ſ. campa
narij huic nocere debuit, ut hoc eſſe *
uerius ſcripſit Bonifacius de Vitalin. in
ſuo tract. de Malef. in tit. Forma libelli,
nu. 80. uerſ. Sed pone ordinatum eſt; ego
30 tamen † dicerem hunc excuſandum tan-
tùm ad tertiam noctis horam, ſeu ad ho
ram poſt ſolitum campanæ ſignum, non
ulterius, efficitur enim tunc ingnorantia
craſſa, quæ neminem excuſat, l. nec ſupi
na, ff. de iur. & fact. ignor. cum ſimil.

Tempore autem interdicti non eſt,
ꝙ maiorem adhibeamus diligentiam:
31 eo. n. tempore licet ad alia † diuina non
pulſentur campanæ, Cardi. in Clement.
2. in prin. in 6. notab. de ſenten. excōmu.
32 cùm tamen ad † prædicationes pulſari
poſſint, Cardinal. ibid. in 6. quæſt. non
arbitror in dubium reuocandum, an
poſſint dari ſigna, & ad communitates
33 congregandas, & ad † prohibendam
armorum delationem.

Aliud ſcribit de Campana, quam in-
telligo diurnam, Bertazz. conſ. crimin.
46. Aduerſus, nume. 10. lib. 1. & Gand. in
tract. de reb. non portan. contra, col. 2
34 uerſ. Item pone contineri, ꝙ. ſ. † excuſa-
tur a pœna armorum, qui credebat pul-
ſatā campanam. Sed & hoc intelligo ue-
35 rum, ſi cāpana diei ſonabat † aduenīete
die, & erat indubitatus, atq; benè natus

dies

Digitized by Google

dies, & nondum pulſata fuerat campa-
na, quia habuit iuſtam cauſſam creden-
* di pulſatam fuiſſe campanam; & * re-
36 gula eſt, quòd, is, qui habet † iuſtam
cauſſam credendi ſibi aliquid licuiſſe,
excuſatur à pœna, Iaſ. conſ. 46. num. 3.
& 4. lib. 3. Deciſ. Pedemon. 71. num. 16.
& Bertazz. d. conſ. 46. num. 9. verſ. Po-
ſtremò addo, lib. 1.

Speculator quoq; in tit. de conſtitut.
in princ. voluit, quòd ſtāte ſtatuto, vt q̄s
nocturno tempore poſt ſonum cāpanæ
37 non † incedat per vrbem, ſi quis incedat
poterit accuſari, & per accuſationem, &
per denunciationē; ſi per accuſationem,
req̄ritur libellus, ſi à cuſtode per denun
ciationem non requiritur libellus. Nec
38 n. in † denūciatione requiritur libellus.
Specul. loco cit. Idem Specul. in titu. de
denunciat. §. fin. in fin. Idem in tit. de ac-
cuſat. §. . nume. 4. per text. in cap. nouit
ad fin. de Iud.

Fallit ſi poſt datam denunciationem
39 denunciatus † neget maleficium, quia
ei dandus erit libellus, Specul. d. §. fi. in
tit. de Denunciat. Idem in tit. de libell.
concept. §. 9. Nunc dicendum, nume. 2.
verſ. Si verò aliquis.

Aliquid tangit, & aliud de campana
Angel. Aretin. de Maleſ. in verbo De no
cte, vt mādatum exequi, nu. 2. in fi. verſ.
Et facit ad ſtatutum, quòd ſcilicet ſtante
40 ſtatuto, vt † poſt ſonum campanæ fini-
tum pęna duplicetur, ſi inquirat iudex,
& dicat poſt ſonū cāpanę, ſed nō dicat fi
nitum nō cōcludit, nec pęna duplicatur
per notata in l. 2. §. appellata ff. ſi cert.
pet. & in l. In inſulam 9. fructus ff. ſolut.
41 matrim. quod tamen in † dubium reuo
catur inferius in cap. de pœnis temperā
dis, quoniam ſimpliciter deponēs aliq̄d
42 geſtum fuiſſe † a prima hora noctis, intel
ligēdus eſt de prima noctis hora finita,
Fran. Aretin. conſ. 71. Diligenter, & ma-
turè, num. 5. ver. Item prædictus. Quan-
quam ibi euitata fuit difficultas, quoniā
prima noctis hora ſit quid inſtātaneum,
campana verò ſucceſſiuum; obſtat ta-
men fundamentum intentionis iudicis
hoc caſu. Vide quę dixerim tum ibi, tum
in cap. de Dictionibus.

43 In teſtibus autem † aliud abſolutè di-
cerem, vt ſcilicet in mitiorē partem in-
telligerentur, nec cenſerentur deponere
de campana finita, multò magis ſi dice-
44 rent circa campanam, quoniam dictio †
Circa ad excluſionem maioris delicti in
meliorem partem interpretatur, ſic in-
puncto campanę. Burſat. conſ. 141. Legi
ſerioſum, num. 28. ver. Tum rurſus, quòd
depoſitio vol. 2.

Amplius ſi dicat ſtatutū, quòd nemo
45 poſſit † a pulſu campanæ nocturno tem-
pore per vrbē incedere, intelligitur poſt
finitam campanam, Ioan. de Ferrar. in
ſua praxi in for. cap. quando Teſtes pro-
ducuntur ad æternam rei memoriam.
Sed de hoc latius in ca. de Dictionibus.
46 Multoque magis ſi dicat ſtatutum, †
poſt ſonum campanæ, quia a fortiori in-
telligetur ſtatutum de ſono campanæ
completo, & ita declarari poteſt ſtatu-
47 tum † Mediolani in Criminalib. c. 124.
in rubr. De pœna euntis de nocte ſine
lumine, vbi prohibetur quilibet de no-
cte poſt tertium ſonum campanę cum
armis ſine lumine per vrbem incedere.
Debet n. intelligi ſtatutum, ideſt, poſt
tertium ſonum campanę finitum, ita in
terminis ſtatuti Veronenſis conſuluit
Burſat. conſ. 141 Legi ſerioſum, num. 27.
verſ. Reſpondeo ad primum vol. 2.

Querit amplius Bonifac. de Vitalin.
in ſuo tract. de Maleſ. in tit. Forma li-
belli, nume. 81. verſ. Sed quid è contra.
Campanarius pulſauit campanam in
48 † matutino, cum deberet pulſare in
aurora diei, aliquis fuit inuentus poſt
ſonum Campanę, ante tamen horam
debitam, vel ſolitam an debeat con-
demnari, & tandem concludit, quòd
ſic, quia eſt ignorantia ſupina, & dicit
* ſe hanc opinionem putare * veriorem.
Et quod magis eſt ibid. num. 82. ver. Sed
nunquid poterit, voluit non poſſe con-
49 demnatum agere † aduerſus campana-
rium ad intereſſe, ſubijciens ſe hoc pu-
* tare * verius.

Ego neutrum verum exiſtimo. Qui. n.
50 † poſt ſonum campanę per vrbem ince-
dens geſtauit arma, habuit iuſtā cauſsā
credendi hoc ſibi licere, cum concedāt
ſtatuta,

Digitized by Google

ſtatuta, quòd poſt ſonum ire quilibet poſſit argu. l. conſtitutionibus ff. ad municip. vt etiam obſeruat Vitalin. loco cit. licet nullo reſpondens pacto, rationem eiuſmodi negligat. Et ſi tenetur,
51 cur non poteſt agere † contra campanarium ad intereſſe? argum. l. ne piſcatores ff. de incend. ruin. & naufr. Alias fędus ferire poſſent inter ſe campanarius, & familia, vt campana ante debitam horam pulſaretur, & maximas ciuibus parare ex eo inſidias.

Et ego vidi Ticini anno MDXCVIII. Tympaniſtam quendam in congruo lo-
52 co, & † tempore ad arma tympanizantem, cuius occaſione Nobiliſſimus Hiſpanus à militibus occiſus fuit, ipſum ſolum capite punitum fuiſſe, milites verò abſolutos.

Nemo, quem viderim, quærit quid dicendum de eo, qui ante ſolitam noctis horam per vrbem cum armis incedebat, & tamen pulſata erat campana, illam enim pulſauerat campanarius for-
53 te fortuna † ante conſuetam noctis horam. Et dico ex ſuperius examinatis, quod ſi erat in loco, in quo non potuerit exaudire, non obligatur, vbi verò potuerit exaudire, dico illum obligari, ſi domo exeat, ſecus ſi receptui canat; vbi enim quis cum armis licitè è domo
54 † migrat, licitè etiam cum armis, ſi non ſit in culpa, domum redit, Burſat. conſ. 141. Legi ſerioſum, num. 15. ver. Primò, quia vbi aliquis actus, vol. 2. poſt Nel. ibi allegat. faciunt, quæ ſcribit Farinac. in tit. de Carceribus, & Carcerat. quęſtio. 29. Regula ſit, nume. 53. verſ. Amplia decimò.

An autem, & quando dicatur nox à tē-
55 pore † campana, vel cymbali, videri poteſt remiſſiuè Franc. Marc. deciſ. 764. Quęritur quia, nu. 5. verſ. Et an dicitur, par. 2.

DE SEXTA NOCTIS Hora Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Sexta Noctis hora pro media nocte apud humaniores litteras profitentes.*
Prima ratio, num. 2.
Secunda ratio, nu. 4.
3 *Heſpanorum vſus in calculandis horis.*
5 *Nox qualibet, & dies ex 12. conſtat horis ex Gellio.*
6 *Meridies appellari poteſt ad ſextam horam diei priorem.*
Vel etiam ad ſextam poſteriorem attento Hiſpanorum vſu, num. 8.
7 *Nox media appellari poteſt ad ſextam noctis horam priorem.*
Vel etiam ad ſextam poſteriorem ex Hiſpanorum more, num. 8.
9 *Sexta noctis hora pro media nocte ex Iureconſultis.*
10 *Horę æſtiua longa, brumales breues apud antiquos, & quare.*
11 *Menſes tardi I..nius, & Iulius, & quare.*
12 *Noctes brumales tardę, & quare.*
13 *Hora 12. quæ perpetuò dies conueniunt, & noctis, dicuntur artificiales.*
14 *Horę naturales dies, & noctis modò plures, modò pauciores.*
15 *Noctes longiores & breuiores, &*
Dies item longiores, & breuiores quot horis commenſurentur.

ARGVMENTVM.

¶ Sextam Noctis horam, & humaniores literas profitentes, & Iureconſulti, dum pro media Nocte ponunt; illius rei ab Authore ratio duplex expenditur.

INdiſtinctè humaniorum litterarũ ſtudioſi confundunt, ſeu aliud pro alio
1 ponunt † ſextam noctis horam, & mediam noctem, vt uidere eſt apud Aul. Gel. lib. 3. Noct. Atti. c. 2. Quęri ſolitum eſt, per totum, qui locus integer videri pōt apud Cottã in ſuis Memoralib. in uerbo, Diē col. 2. uer. Aulus quoq; Gellius, & apud Macrob. Satur. li. 1. c. 2. quę autem ſit ratio, nec quiſquã inueſtigat, nec aperit quiſ-
2 piam. Ego † exiſtimo ſextam noctis ho-
3 ram, mediam importare noctē, attento †

Hiſpa-

Hiſpanorũ uſu, qui in media nocte duo-
decimam calculant horam, itidem & in
meridie; quoniam uerò attento breuio-
re horologio horarum ſumma diuiditur
in quatuor partes, ita ut ex 4. ſex hora-
rum quaternarijs integer conficiatur or
bis 24. horarum, & ſingulis ſex horis de-
nuo prima enumeratur hora ad ſextam
incluſiuè; Ideo in meridie opportunè di-
citur ſexta hora diei, in media nocte ſex
ta noctis hora.

4 Quid ſi dicamus † totam noctem, to-
tumuè diem, quantus ſit, lõgior, aut bre
uior, in duodecim hereditatis inſtar, nõ
dico diuidi uncias iuxta text. in §. here-
5 ditas, Inſt. de hered. inſtituend. ſed in †
duodecim horas, hoc eſt ſimilares, & ho
mogeneas partes diſtribui, ita ut quili-
bet ſemis prior expletus, & medium de-
ſignet diem, & mediam demonſtret no-
ctem? Quod magis placet, ita ut & me-
ridiem appellemus ad ſextam diei ho-
6 ram † priorem, & mediam noctem, ad
7 ſextam noctis horam † priorem, ut ſex
horę poſteriores, & in die ingraueſcen-
tes umbras, & in nocte luceſcentem tan
dem reſpiciant orbem. Quemadmodũ,
non ſemel Cicero biſſextili anno, ne
diem 24. Februarij, cum eiuſdem menſis
die 25. confunderet, qui ambo ad vj.
Kal. Mart. recenſentur, die 24. ſcripſit ad
vj. Kal. Martias priores, die 25. ad vj.
Kal. poſteriores.

Quòd ſi prior ſententia cuipiam arri-
8 deat magis, tunc & † mediam noctem di-
cat, & meridiem, ad ſextam, aut noctis,
aut diei, horam poſteriorem.

Eſt autem animaduertendum hãc di-
cẽdi rationem, ut. ſ. ſexta hora quolibet
tempore, & meridiem deſignet, & me-
9 diam innuat noctem, nec ipſis † Iurecõ-
ſultis ignotam fuiſſe: id. n. uoluit mani-
feſtè textus in l. 1. ff. de manumiſſ. gloſ. in
l. 2. in uerbo, Maior eſt pars horarum, ff.
de uerb. ſignif. Hoc eſt etiam, quod ha-
betur in Euangelio, Nonne duodecim
ſunt horæ diei? Eſt autem hoc, quod an-
10 tiqui † æſtiuas horas appellabant lõgas,
brumales autem breues, quoniã ſcilicet,
cum dies ſemper duodecim cõcludatur
horis, tam æſtate, quam hyeme, neceſſe
eſt horas cũ luce, & augeri, & minui, Al-
ciat. in d. l. 2. nu. 9. uerſ. Quapropter hu-
11 iuſmodi. ff. de uerb. ſign. Hinc Virg. † Iu
nium, & Iulium tardos menſes appella-
uit, quia tunc horæ ſunt longiſſimæ te-
ſte Alciat. loco cit. nu. 10. Sunt autẽ Vir-
gilij carmina, quæ non recenſet Alciat.
eiuſmodi in primo Georg.

Anne nouũ tardis ſydus te menſibus addas:
Qua locus Erigonen inter, chelasq; ſequentes
Panditur.

Eadem ratione præter Alciatum, bru
12 males † noctes tardæ appellantur à Vir-
gil. lib. 1. Georg.

Quid tãtùm Oceano properẽt ſe tingere ſoles
Hyberni, vel quę tardis mora noctibus obſtet

Quæ duo carmina eadem prorſus re-
petit idem Virgil. in fine primi Aeneid.

Has autem horas, quæ tã hyeme, quã
æſtate in duodecim diurnas diuiduntur,
13 & duodecim nocturnas, horas eſſe † arti
ficiales ſcripſit glo. in d. l. 2. in uerbo Ma
ior eſt pars horarũ ff. de uerb. ſignifi. Cę-
14 terum ſequitur glo. † naturales horę plu
res ſunt diei in æſtate, & plures item no
ctis in hyeme, pauciores rurſus noctis
in æſtate, & diei in hyeme. Sunt autem
15 plures diei horæ in æſtate, † quindecim:
in hyeme pauciores, nouem. Declarãdo
tamen, ut declarauimus in cap. de Mix-
to, Cherubin. Sandolinus in ſuo Thau-
malemmate, lib. 8. c. 22. Temporalium,
in fi. uerſ. Sit dies artificialis.

DE EVNTE DE NOCTE. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ire de nocte eſt delictum, ſed leue.*

Ideoq; non eſt fabricandus ea de re proceſſus, num. 2.

3 *Ire de nocte non eſt delictum attento iure communi.*

Fit tamen delictum ex ſtatutorum diſpoſitione, num. 4.

5 *Ire de nocte, vbi prohibetur, competit accuſatio cuilibet de populo. & quare.*

Non tamen alij competet, qui de nocte vadat, num. 6.

Fote-

Poterunt tamen inuicem fideiubere, nu. 7.
8 *Fideiubere poſſunt inuicem duo accuſati.*
Modò non ſint ſuſpecti, num 9.
10 *Ire de nocte inuẽti debẽt fideiuſſori relaxari.*
Vel de facto cogendi ad ſolutionẽ, vel pœna pecuniaria, num. 11.
Vel corporali ibid.
Attẽta tamẽ qualitate perſonarum, nu. 12.
13 *Ire de nocte prohibitus non incidit in pœnam, niſi etiam fuerit captus.*
14 *Ire de nocte ſimpliciter non licet per ciuitatem, temperatur.*
Multo minus per domos alienas, num. 15.
16 *Campana. Stãte ſtatuto, vt nullus incedat per vicos à pulſu campanæ, intelligitur poſt perfectè pulſatam campanam.*
17 *Stante eiuſmodi ſtatuto, vt nullus de nocte incedat per vrbem, comprehenduntur etiã mulieres.*
18 *Statutũ Mediolani in Criminalibus. 124. De pœna euntis de nocte, declaratur.*

ARGVMENTVM.

¶ Euntes de Nocte peccare, et quando, et quomodo; Quis eos poſsit accuſare, quis item pro illis fideiubere.

EVNTEM de Nocte pec-
1 care quidem, ſed † leuiter
peccare ſcripſit Bart. in l.
leuia, num. 9. verſ. Vel po-
nas exempla quotidiana,
ff. de accuſat. ideoq; in cauſa eiuſmodi
tanquam breuiori, non eſſe fabrican-
2 dum † proceſſum ex auth. niſi breuio-
res, C. de ſent. ex breuiloq. recitand.
ſcripſit idem Bart. loco cit. nu. 10. verſ.
Ego ſic practicabam, qui de propria te-
* ſtatur * praxi. Sed certe nullum eſſe de-
3 lictum attento † iure communi ſcripſit
Brunor. a Sol. quæſt. 35. num. 18. poſt Al
ciat. & Aretin. ibid. allegatos, vbi latiſſi
me de materia delationis armorum, ad-
do ego eundem Bart. in l. 1. nu. 11. verſ.
Quid dicemus, ff. de pub. Iud. vbi dicit,
ꝙ non eſt delictum ire de nocte, & per
ſtatutũ puniens nocturnas vagationes,
4 di † effici delictũ, quòd prius non erat
Bart. loco cit. Iaſ. in l. ſi is qui, num. 38r.
verſ. Aut ſtatutum, ff. de vſucap. Bart. in
l. lex Corn. §. ſi quis librum, in fi. ff. de in-
iur. vbi addit, ꝙ eo caſu, quia ire de no-
cte, non eſt crimen, quod committatur
in certam perſonam, accuſatio, ſtante
5 eiuſmodi ſtatuto prohibente, cõpetet †
cuilibet de populo.
Licet autem cuilibet competat, nõ
tñ poterit is euntem de nocte, aut ac-
cuſare, aut contra eum teſtificari, qui &
6 † ipſe nocturno inceſſerit tempore, Fe-
lin. in cap. prudentiam, in princ. verſ. Et
qui vadit de nocte, de mutuis petit. Be-
ne poſſunt euntes de nocte, & ea de re
7 reperti inuicem † fideiubere, Firman. in
verbo, Reperti de nocte poſt Bened. de
Barz. in tract. Diſcuſſion. in vlti. arti. &
8 hoc eſt regulare, ꝙ duo † accuſati poſsũt
9 inuicem fideiubere, modò non ſint † ſu-
ſpecti, Bald. in l. Romanus Appulus, ff.
de excuſat. tut. & omnino debent ſub
10 fideiuſſore † relaxari ij, qui de nocte re-
periuntur ire, Firman. loco cit. ꝙ ſi non
habeant fideiuſſorem, vel ad ſolutionẽ
11 pœnæ cogendi ſunt de † facto, ſine ſen-
tentia, Bar. in l. leuia, ad fin. ff. de accuſa.
Lanfranc. in Clem. ſæpe, in verbo, De
plano, de verbo. ſignific. vel fuſtigandi,
Barto. loco cit. Quod intelligo habita
12 † ratione perſonarum.
Et quoniam attento iure cõi non eſt
delictum ire de nocte, ideo in puncto
voluit Soci. ſen. ꝙ ſtãte ſtatuto, vt inuen
ti ire de nocte alicui pœnæ ſubijciãtur,
non ſubiacent in dictæ pœnæ inuenti,
13 ſed † non capti, Socin. ſen. in l. 3. §. Ne-
ratius, nu. 8. in fi. verſ. Aliqñ, & tertio,
* ff. de acq. poſſ. & ita eſſe, & * practicari
Peruſij poſt Angelum in §. Reuerendiſſ.
Auth. de Sãctiſſimis Epiſcopis teſtatur
Cæpol. in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit.
num. 7. verſ. Dicit ſtatutum.
Quãquam ipſe addit nõ licere ire de
14 nocte ſimpliciter per † ciuitatẽ, nec per
domos alienas ibi. nu. 79. verſ. Adde tu,
per text. iuncta glo. fin. in l. Iter nihil, ff.
communia prædiorum. Quod ego, qđ
15 pertinet † ad domos, admitto libẽter;
Sed quod pertinet ad eũtem per ciuita-
tem admitto in vim maioris grauami-

mis præſuppoſito delicto nocturno tpe,
ſecus, q̄ ſit delictū ſimpliciter, niſi atten
ta qualitate tpis, loci, & perſonarum.
Stante aūt ſtatuto, qm̄ ire de nocte di
ximus non eſſe delictum attento iure
cōi, ſed tm̄, ſi id diſpoſuerit ius munici-
16 pale, & ſtatutarium; ſtante inquā † ſta-
tuto, q̄ à pulſu campanæ nemo per vi-
cos vadat, intelligitur poſt perfectè pul
ſatam campanam; ideo ſi quis interim
vadat, donec realiter pulſatur campana
non incider hoc caſu in pęnā euntiū de
nocte, Io. de Ferrar. in ſua praxi in for.
cap. Qñ teſtes, pducunt ad eternā rei me
moriā. Sed de hoc latiꝰ i c. de Dictionib.
Stante item eiuſmodi ſtatuto prohi-
27 bente, ne quis incedat de nocte, nec †
mulieres per ciuitatē nocturno tpe po-
terunt vagari, Bar. in l. 1. in fi. ff. de pecul.
Bal. in l. quicunq;. ff. de ſeru. fugit. Dec.
conſ. 339. Conſului aliàs, nu. 2. verſ. Et
ideo ſtatutum dictans, Viuius cōm. opi.
808. Statutum, q̄ fieri debeat, nu. 7. ver.
Sed hoc utiq; Io. Bapt. Baiard. ad Clar.
quæſt. 82. nu. 56. ver. Et ſimiliter ſtatutū.
Ex his plurima arbitror declarata Ita
28 liæ ſtatuta, & in indiuiduo ſtatutū † Me-
diolani in Criminalibus 124. Nullus va-
dat, ſub rub. De pęna eūtis de nocte &c.

DE ARMIS Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Arma malum animum gerentis arguunt.*
2 *Armorum delatio facit indicium ad torturam.*
Contrarium ex veriori, nu. 3.
4 *Armorum delatio facit indiciū in genere.*
5 *Armorum vſus prohibitus de Iure communi.*
Præcipuè ruſticis, num. 6.
8 *Armorum delationem prohibente ſtatuto de nocte fieri, requiritur realis armati apprehenſio.*
Et ita ſeruari in practica teſtatur Brunorus, nu. 8.
Contrarium voluerunt alij, nu. 28.
Diſtinguitur, nu. 29.
9 *Arma geſtare nō eſt maleficiū de ſe ex Cſp.*
10 *Inuenire non ſufficit, vbi aliquid eſt delictum ex ſola ſtatuti diſpoſitione.*
11 *Lex ſi* Barſatoram, *C. de fideiuſſor. Declaratur primò.*
Reijcitur prima declaratio, n. 12.
Declaratur 2. n. 13.
Reijcitur ſecunda declaratio, n. 14.
Declarat 3. Author, n. 15.
Declarat, & 4. Author, n. 16.
17 *Satellites, milites appellantur ab Alciato.*
18 *Theſaurus non dicitur propriè inuentus, niſi realiter apprehendatur.*
Contrarium veriùs, n. 19
20 *Text. in l. 3. § Neratius. ff. de acq. poſſ. declaratur primò.*
Declaratur ſecundò, n. 21.
Declaratur tertiò, n. 23.
22 *Cuſtodia. Sub noſtra cuſtodia dicitur, quod eſt in conſpectu noſtro,*
24 *Mulier inuenta cum perlis punienda, non punitur, niſi realiter apprehendatur.*
Reuocatur in dubium, n. 25.
26 *Statuta ſunt cum effectu intelligenda, maximè ad pœnam minuendam.*
27 *Statuta punientia dicuntur fauorabilia.*
30 *Inuentus cū armis ſi poteſt accuſari, nō eſt neceſſariò realiter apprehendendus.*
31 *Mediolani Conſtitutiones ſub tit. de Meretricib. & Lenonib. declarantur.*
32 *Inuenio verbum relatum ad Iudicem non requirit realem apprehenſionem.*
33 *Arma deferentem poteſt Iudex punire abſq; alio proceſſu.*
34 *Inuenio verbum relatum ad Satellites requirit realem apprehenſionem.*
Et congruo loco factam, n. 35.
36 *Arma deferens à familia repertus, ſi in domum propriam confugerit, non poterit inde extrahi.*
37 *Inuenio verbum imperſonaliter poſitū, non requirit realem apprehenſionem.*
38 *Inuenio verbum imperſonaliter poſitum refertur ad Iudicem.*
39 *Armorū delator inuētus, ſed nō apprehēſus quomodo poſſit puniri, Angeli diſtinctio.*
40 *Arma nocturno tempore ante pedes alicuius inuenta, illius præſumuntur.*
Præſumptiuè tantùm, ideo maximè poteſt Iudicis arbitrium, n. 41.
42 *Inuenio verbum, vbi præmia offeruntur, requirit realem apprehenſionem.*

Lupum

Digitized by Google

43 *Lupum inuenienti ſi certum ſit conſtitutũ pramium, intelligitur ſi occiderit, vel aliter comprehenderit.*
44 *Deprehendo verbum deſiderat realem apprehenſionem etiam in ordine ad arma.*
Contrarium commune, num. 50.
Niſi ſint verba geminata, num. 51.
Sed & abſq; geminatione ex conſuetudine, num. 52.
Maximè ſi ſtatutum dicat, quòd poſſit procedi per inquiſitionem, nu. 53.
45 *Deprehendo verbum relatum ad iudicem non importat realem apprehenſionem.*
46 *Tex. in l. Palam queſtũ, §. quæ in adulterio, ff. de ritu nupt. declaratur.*
47 *Deprehenſa in adulterio, i. conuicta.*
48 *Inuenire, et deprehẽdere eſt unũ ex Natta.*
49 *Comprehendere, & capere eſt aliud ex eo.*
54 *Captus cum armis, i. realiter apprehẽſus.*
55 *Captus ſi aufugiat incurrit nihilominus pœnam.*
56 *Bannitum capienti ſi ſit pramium cõceſſum, requiritur realis apprehenſio.*
57 *Statutum, ſi diſponat ſuper eo, quod nõ eſt delictum, tunc verbum Inuenio requirit realem apprehenſionem.*
58 *Inuenio verbum relatum ad Iudicẽ cũ familia, requirit realem apprehenſionem.*
59 *Arma habens in proprio oſtio non punitur.*
60 *Arma deferens momento non punitur,*
Contrarium ſentit Author, nu. 61.
Temperatur, num. 62.
63 *Arma amittũtur ſtante edicto prohibitorio armorũ, et ſi nihil dicatur in edicto,*
Atque applicantur fiſco, num. 64.
Vel potius familia, num 65,
66 *Arma commodata non amittuntur, ſed commodanti reſtituuntur.*
Niſi actus illiciti ſit cõmodãs cõſcius, n. 67.
Quo caſu poterit pretium repetere a Commodatario, nu. 68.
Contrarium ſentit Author, nu. 71.
69 *Arma commodata, vbi commodanti reſtituuntur, commodatarius tenetur erga familiam ad pretium armorum.*
70 *Equus cõmodatus extrahenti bladum non publicatur domino ignoranti, illius autẽ pretium a cõmodatario fiſco applicatur.*
72 *Ludentes pecuniam mutuans non repetit.*
Cõtrariũ obſeruatur ex cõſuetudine, n. 73.
74 *Arma, vbi prohibentur nocturno tempore, nec poſſunt illa deferre mulieres.*
Nec alias priuilegiati, & quando, nu. 75.
76 *Armorum appellatione, quid veniat, remiſſiuè.*
Declarat Author in ordine ad nocturnum tempus, num. 77.
78 *Statutũ Mediolani in Criminalibus, 124. quòd Nullus vadat cum armis declaratur.*

ARGVMENTVM.

¶ Arma nocturno tẽpore deferens quibus vel tegatur ipſe, vel alios prouocet, an incidat in pęnã ſtatuti, ſi fuerit inuẽtus, ſed nõ realiter apprehẽſus; An arma ipſo iure amittat; q̃d de armis cõmodo ſuſceptis; diligens explanatio.

ARMORVM delationẽ preſto eſſe ad pcuſſiones, & homicidia, malumque
1 † animum illa gerẽtis arguere poſt Bart. & Alex. in l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica, Iaſonem in §. ex maleficijs, num. 81. Inſt. de action. Cepol. & alios ibi allegatos ſcripſit, D. meus Præſ. Menoch. li. 2. de arbit. iud. caſu 394. Publicam vim, nu. 26. Roland. a Valle conſ. 3. Quod nobilib. nu. 25. ver. Quia portatio, vol. 2. Brunorus à Sole q. 35. n. 14. ver. Et armorũ delatio, latè Gram. voto 24. nu. 6. de quo Bertazz. conſ. crimin. 494. Licet ſubtiliter, nu. 6. ver. Arma. n. deferens, vol. 2. &
* eſſe regulã * ſcripſit Farin. de Inditijs, & Tortura q. 52. n. 70. ver. Regula, par. 2. in tantum, vt armorum delatio pro in-
2 dicio ad † torturã ponat Blanc. in tract. de Indicijs, nu. 79. & 81. Iacob. de Beluiſ. loco allegato a Brunoro d. q. 35. nu.
3 15. verſ. Hinc dixit, quod tamen † non admittit Thob. Non cõſ. 99. nu. 25. ver. Non obſtat octauò, Marcabr. inter cõſ. crim. diuer. conſ. 62. nu. 12. vol. 2. & eſſe
* * communem dixit Far. de indicijs qu. 52. nu. 84. verſ. Limita quintò par. 2. qui
4 * addit hanc eſſe * veritatẽ, facit tamen † indicium in genere ibid. num. 69. verſ.

Digitized by Google

Quintum eſt, vbi plures allegantur, &
nume. 71. verſ. Amplia primò, vbi de
* * communi.

Quo fit vt merito iure ab Auguſtiſſi-
5 mis Cæſaribus fuerit Armorum† prohi-
bitus vſus, Theod. in tit. vt armorũ vſus
lib. 11. Iuſtinia. in Auth. de armis, Cotta
in ſuis Memoralibus, in verbo Armorũ,
Couar. lib. vn. quæſt. pract. cap. 33. nu. 7.
uerſ. Eſt & illud, Iaſ. §. ex maleficijs, nu.
80. Inſt. de act. Corn. conſ. 20. uidet in
præſenti col. pen. lib. 3. Bertaz. conſ. cri-
min. 46. Aduerſus ruſticum, nu. 1. uol. 1.
Farin. d. qõ. 52. nu. 70. uerſ. Et hoc quia
part. 2. Et ante eos Seruius Tullius, &
Cneus Põpeius teſte D. meo Præſ. Me-
6 noc. d. caſu 394. nu. 21. Præcipuè† ruſti-
cis cap. 1. §. ſi quis ruſticus de pace te-
nend. Rom. ſing. 267. Prohibitum, Cot.
loco cit. uerſ. Et notabis, Bertaz. d. conſ.
46. nu. 2. Atq; ſicubi armorum delatio
indulgetur, ut eſt ſub Potentiſſimo no-
ſtro Rege Philippo, nocturno tñ tem-
pore nullo pacto poſt certum campanæ
ſignum impunè deferri poſſunt.

Hic autem occurrit maxima difficul-
tas, an ſtante ſtatuto, uel proclamate, ut
ſi quis de nocte inuentus fuerit cum ar-
mis tali pœna pnniat; An inuentus, ſed
nõ captus, illius pœnæ reus efficiatur.

7 Negatiuam uoluerunt pleriq; ꝙ† nõ
ſufficiat inuenire, ſed requiratur realis
apprehenſio, ita Bart. in l. ſi Barſatorã,
nu. 1. uerſ. Et per hoc dicimus, C. de fi-
deiuſſ. Idem Bart. in l. 1. in princ. nu. 18.
uerſ. Sed hæc opinio, ff. de acqu. poſſeſſ.
Amed. in tract. de ſyndicatu, in procem.
nu. 90. uerſ. Aduertant, Alex. in l. 3. §. Ne-
ratius, nu. 4. uerſ. Sed in materia ſtricta
ff. de acq. poſſ. Bertaz. conſ. crimin. 461.
Abſoluendus nu. 11. uerſ. Quartò, uol.
* 2. hanc eſſe * communiter receptã poſt
plures ibi allegatos, teſtatur Brunorus a
Sole in ſuis queſtionib. queſt. 35. num. 2.
* Bellon. conſ. 49. nu. 4. de magis ** com-
muni, Aug. ad Angel. de Maleficijs in
uerbo, Fama publica, nu. 75. in fi. Viuius
in uerbo, Statutum diſponens, Soci. ſen.
l. 3. §. Neratius, in fi. ff. de acq. poſſ. pluri-
mos allegat Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 82.
Statut. 6. num. 1. Bald. in l. Item lapilli,
num. 14. verſ. Et faciunt hæc, ff. de diuiſ.
8 rerum, & ita† ſeruari in *practica teſta-
* tur Bru. a Sole d. qõ. 35. in fi. & ita ſer-
* uari de * conſuetudine adducit teſtan-
tes Alex. conſ. 216. Ponderatis his, nu.
* 2. & 3. lib. 6. & ab hac non eſſe in * iudi
cando recedendum ſcripſit Clar. loco
cit. Socin. ſen. in d. §. Neratius, in fi. ff. de
acquir. poſſ.

Ratio adducitur a Cæpol. in l. ſi fu-
gitiui, C. de Seru. fugit. nume. 78. uerſ.
9 Dicit ſtatutum, quoniam † geſtare ar-
ma non eſt maleficium, aut delictum
de ſe, ſed inductum a ſtatuto, ideo nõ
10 ſufficit inuenire, ſed requiritur † realis
apprehenſio; ratio eſt vera in ſe, ſed
falſa in propoſito.

Primò igitur adducũt tex. in l. ſi Bar
ſatoram, C. de fideiuſſ. verba text. hæc
ſunt, ſi Barſatoram latronem Lyſanias
Decurio inuenturum ſe ſpopondiſſet,
aut exhibere compellendus eſt, aut
tranſmittendus ad Præfectum Præto-
rio, vel ad Præſidem Prouinciæ.

11 Reſpondet primò loco † Imola in l.
3. §. Neratius, ff. de acq. poſſ. ꝙ ibi ꝓmi-
ſerat Lyſanias inuenire Barſatoram la
tronem, & ſic veriſimililiter vr̃ intelle-
xiſſe de actuali, & reali apprehenſione,
ideo non ſufficit eo caſu docere vbi nã
12 ſit latro. Sed q̃ſo, † vnde deſumitur hoc
veriſimile, vt cenſeatur Lyſanias intel-
lexiſſe de actuali apprehenſione?

13 Reſpondet ſecundo loco† gl. in d. l. ſi
Barſatoram, C. de fideiuſ. ꝙ ille tex. ꝓ-
cedit, qm̃ verba ſunt cum effectu intel-
ligenda, l. 1. §. hæc aũt uerba, ff. quod
quiſq; iuris, & ſicut qui promittit con-
ſequens, vult ẽt omne neceſſariũ ante-
cedens l. ad rem mobilem, ff. de procur.
cum vulgatis, vnde qui hauſtum aquæ
promiſit, & iter ad eam hauriendã pro-
miſiſſe videtur l. Item, §. fin. ff. de ſeruit.
ruſti. prædior. ita & qui promittit ante-
cedẽs, videtur & velle omne cõſequẽs.
14 Sed † certè non omne, quod eſt inue-
niendum, idem capiẽdum eſt, atq; ideo
non eſt captura neceſſarium conſequẽs
inuentionis, vt pluribus comprobat,
etiam habita ratione d. l. Barſatoram,
C. de fideiuſ. Alex. conſ. 24. Animaduer-

ſis

Digitized by Google

ſis his,nu.30. verſ. Præterea verbum inuentum,vol.2.

25 Reſpondeo † ego tertiò,quòd ille tex. reſpicit odium latronum, quos cum iura ad vltimũ vſq; ſupplicium adeò proſequantur,vt Impp. Honorius,& Theodoſius in l.Prouinciarum Preſides,C.de ferijs,nullum excipiendum exiſtimauerint tempus, nec quidẽ venerabilem Paſcatis diem, quo latro inſignis ſuſpendi furcis non poſſet,ideo non mirum,ſi in caſu l.ſi Barſatoram, ſumatur uerbũ Inuenio cum effectu; alias per ſimplicem inuentionẽ,ſeu ſimplicem viſionem,non eſſet iuris deſiderio, aut magiſtratuũ voto veriſimiliter ſatisfactum,quod innuit etiam Amed. in tracta. de ſyndicat. in proœm.nu.90.verſ.Aduertant etiam,in uerbo,Nec obſtat.

16 Reſpondeo, & † quartò,quòd ille Lyſanias Decurio, de quo in l.Si Barſatoram,C.de fideiuſſ.fortè non erat ex illis Decurionibus habentibus tot honores, & dignitates,de quibus in tit. C.de Decurionibus,lib.10.quod mihi perſuadẽt duo; Alterum,quòd Lyſanias ille Decurio promiſerit ſe inuenturum Latronẽ. Alterum verò,quòd niſi repreſentet,tot ſubijciatur pęnis. Arbitror autem hunc Lyſaniam decurionem, eum fuiſſe, qui decem præeſſet militibus, ſicut & centurio,qui centum. Quare non eſſet mera diuinatio,ſi diceremus, quòd hic Lyſanias eſſet ſatellitum dux, & magiſter, quem vulgò Baricellũ appellamus, qui
17 & Decurio dici poteſt,cum & † Satellites, milites appellentur ab Alcia. li. 1. Prætermiſſorum, in verbo, Catholicianos. Cum igitur hic Decurio promiſiſſet ſe inuenturum, cum uerba debeant intelligi ſecundum ſubiectam materiã l. Inſulam,ff.de præſcrip. uerb.l.plenum, §.equitij,ff.de vſu,& habitatione,Alex. conſi.129.li.2.& conſ.179.Viſo proceſſu, nu.12.lib.5.& in indiuiduo inferius manifeſtè liquebit; Cur hoc loco verbũ, Inuenio non ſumatur pro reali apprehẽſione conſiderato Decurionis munere penes allatã Decurionis ſignificationẽ?

Secundò arguunt a ſimili de inuẽtio-
18 ne theſauri,qui nõ dicitur † propriè inuentus, niſi & realiter apprehẽdatur ex textu in l.3.§. Neratius, ff.de acq. poſſ. in fin.ubi hæc leguntur uerba. Quidam putant Sabini ſententiam ueriorem eſſe; nec aliàs eum qui ſcit poſſidere, niſi ſi loco motus ſit; quia non ſit ſub cuſtodia noſtra. Quibus conſentio.Hęc text. Ita etiam tenuit Iaſ.in l.1.in prin.num. 13.uer.Quinto,& ultimo,ff.de acq.poſſeſſ.Idem in l.3.§. Neratius nu.10.uerſ. Sexto nota ſecundum Paulum de Caſtro,ff.eo.

Sed certè quod pertinet ad Iaſonis,& aliorum authoritatem, non defuerunt * alij,& longè * plures,qui uoluerint the-
19 ſaurũ ex † ſolo aſpectu acquiri,& illius priorem eſſe dominum, qui illum prius inſpexerit,glo.in §.Item lapilli in uerb. Inuentoris Inſtit. de re. diuiſ.glo. in l. 1.in princ.in uerb. Qui primi, in fin.ff. de acq. poſſ. gloſ.in l. nunquam.§.Theſauros, ff. de acquir. rerum dom. & de * communi Portius in §. Theſauros numero 9.uerſic. Vos tenete, inſtit.de rer. diuiſ.

Non obſtat modo tex.in l.3.§.Neratius, ff.de acqu. poſſ. in fin.quoniam ex Portio in d.§.Theſauros,num. 9.reſpon-
20 detur,quod † ibi non interuenerat aſpectus oculorum, ſed ſolum ſcientia exiſtentiæ Theſauri. Nec obſtat, quod ibi requiratur amotio Theſauri, quoniam ſupplet Port. loco cit.uel æquipollens, ideſt oculorum aſpectus per eundẽ tex. in l.3.in princ.iuncta l.1.§.ſi iuſſerim, ff. eo. tit.

21 Reſpondeo præterea † ego ad d.l.3. §.Neratius, ff.de acq. poſſeſſ.quod non obſtãt illa uerba,Nec aliàs,qui ſcit Theſaurum poſſidet, niſi ſi loco motus ſit; quoniam regula eſt, quod dictũ regulatur,& a ratione declaratur,l.cum pater, §.dulciſſimis, ff de leg. 2. Atqui in caſu, §.Neratius non dicitur ſimpliciter, tunc demum noſtrũ eſſe Theſaurum,ſi is loco motus ſit, ſed redditur ratio,quia nõ
22 ſit ſub cuſtodia noſtra. Verum ſub † cuſtodia noſtra dicitur eſſe, quod eſt ſub oculis noſtris,& in cõſpectu noſtro,tex. in §.feræ igitur, uerſic. Cum uerò tuam euaſerit cuſtodiam,Inſt. de rerum diui-

 ſione,

Digitized by Google

ſione, ideo ſufficit oculorum aſpectus.
23 Reſpondeo & † 3. quòd termini non
ſunt pares, quoniam in uidente theſau-
rum uidetur neglectus, ſi nõ realiter ap-
prehendat, & apprehenſio nõ fit a negli
gente, ſed a uolente, l. 3. §. in amittenda,
ff. de acqu. poſſ. in fortioribus terminis
tex. in l. ſi is qui, ff. eo. in uidente armatũ
hominẽ non ſic; Quid enim ſi aufugiat?
Quid rurſum ſi immoderatè ſe defen-
dens, alijs negocium faceſſat, uitæque
periculum offerat?

Tertiò, quoniam ſtante ſtatuto, quòd
24 mulier inuenta cũ † perlis puniatur non
poterit puniri, niſi apprehendatur, Ale.
ad Bart. in l. ſi Barſatoram, C. de fideiuſ.
Bald. in l. Item lapilli, nume. 14. uerſic.
Idem ſi dicit ſtatutum, ff. de diuiſ. rerum
Alex. l. 3. §. Neratius, nume. 3. ff. de acqu.
poſſeſſ. Idem conſ. 216. Ponderatis his,
nume. 3. uerſic. Et ideo ibi dicit, uol. 6.
Angel. in l. qui ſeruum, ff. de uerb. oblig.
Cępol. in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit.
nume. 17. uerſ. Si ſtatutum dicit, quo
loco plura ſimilia adducuntur. Sed
25 certè hoc eſt, de quo nos † diſputamus,
& alterius ſolutio ex ſolutione alterius
pendet.
26 Quartò, quia ſtatuta ſunt cũ † effectu
intelligenda, maximè ad pęnam minuẽ-
dam. Sed certè intelliguntur cũ effectu
ratione inuentionis, & prӕterea eiuſmo
27 di ſtatuta ſunt † fauorabilia l. congruit,
ff. de off. præſ. Bart. con. 188. Statuto Ca
ſtri, nu. 3. uer. pro cuius euidentia. part.
1. Bald. cap. quoniam apoſtolica, nu. 50.
de offi. deleg. Iaſ. in l. ſi is qui pro empto
re, num. 367. ff. de uſucap. Boſſ. in tit. de
pęn. nu. 12.
28 Contrariũ ergo tenuit † Ang. & Imo-
la in l. 3. §. Neratius, ff. de acq. po. & alij,
de quibus Brunor. a Sole qõ. 35. num. 3.
uerſ. Contrariam ſententiam, quoniam
ſtatutum non conſiderauit apprehẽſio-
nem delinquentis, ſed ut manifeſtaretur
delictum, ita etiã D. meus Prӕſ. Menoc.
de arbitr. iud. lib. 2. caſu 394. Publicam
uim, num. 49. uerſ. Ego opinor, Amed. in
tract. de ſyndic. in proęm. num. 90. uerſ.
Aduertant etiam, Ripa in trac. de peſte,
tit. de remed. ad conſer. ubert. nu. 104. in
fin. & contrariam eſſe falſam, & hãc eſſe
* * ueritatem, niſi urgeat qualitas perſo-
narum, uel ſubiecta materia, additur ad
Alex. conſ. 216. Ponderatis, ſub litera B.
lib. 6.
29 Diſtinguit autem † Brunor. a Sole loco
cit. num. 17. uerſ. Modo ad propoſitũ, &
latius Socin. ſen. in l. 3. §. Neratius, nu. 8.
ff. de acq. poſſ. Alex. ibid. num. 3. uerſ. Sta
tuto cauetur, Alex. loco cit. dicit articu-
lum dubium, & diſputabilem pro utra-
que parte.

Ego uerò ampliſſimè pro ſubiecta ma-
teria rem nonnullis caſibus examino, at
que comprehendo.

Primus caſus, quoties uerba ſtatuti
non ſolum loquuntur de inuentione, ſed
etiam concedunt, quòd inuentus poſſit
30 † accuſari, quo caſu inuentio uerificatur
in ſola inuentione, nec de neceſſitate re-
quirit apprehenſionem, aliud enim eſt
capere, aliud accuſare, nec debet execu-
tio prӕcedere accuſationem, & multò
magis, ſi diceret ſtatutum, quòd inuen-
tus cum armis poſſit inquiri, quia cum
inquiſitio reſpiciat iudicis officium, &
uerbum Inuenire ad iudicem relatũ nõ
importet apprehenſionem, ut paullò in-
ferius dicemus, ſatis manifeſtè conſtat,
quòd non requiritur apprehenſio, D.
meus Præſ. Menoch. de arbit. iud. lib. 2.
caſu 394. Publicam uim, num. 52. uerſic.
Hoc etiam clarius. Et ſic intelligo Con-
31 ſtitut. † Mediolani, lib. 4. ſub tit. de Me-
retricibus, & lenonibus, ubi cauetur, ꝙ
Meretrices inuentæ ſine mantelletto ex
bombice albo ſuper humeris poſſint ac
cuſari a quolibet, nec enim eo caſu per
ſupradicta neceſſaria eſt realis meretri-
cum apprehenſio.

Secundus caſus, quando uerba ſtatuti
loquentia de inuentione referunt ad iu-
dicem, & tunc nemo diſſentit, quin ſuf-
32 ficiat ſcilicet † ſola inuẽtio, ſine reali ap-
prehenſione, Brunor. a Sole quæſt. 35.
num. 17. uerſ. Quod tamen intellige per
glo. in l. 2. C. de exhib. reis, idem ibid. n.
19. Alexan. in l. 3. §. Neratius, nume. 5.
uer. Hoc ſanè intelligatis, ff. de acq. poſſ.
per Bart. in l. 1. C. de pet. bo. ſubl. lib. 10.
& alios ibi allegatos, ibid. Socin. ſen. nu.
8. qui-

Digitized by Google

8.quinimo,ſi iudex videt aliquem arma deferentē, poteſt illum punire de dela-
33 tione armorũ abſq; † alio proceſſu,Bal. in l.officiũ.ff.fin. regund. Iaſ.in l.vn.nu. 28.ibid.Cagnol.nu.98.ff.ſi quis iuſ.d,nõ obt.Io.Bapt.Baiard. ad Clar. quæſt.82. nu.65.verſ.Item adde.

Tertius caſus, quando verba ſtatuti
34 diriguntur ad † officiales, ad curiam,ſ. Satellitum, & dico ꝙ requiritur realis apprehenſio, & ita intelligo nouiſſimè text.in l.ſi Barſatoram. C.de fideiuſſor. videri poteſt D.meus Præſ.Menoch.cõſil.74.nu.18. Et quod magis eſt,requiri-
35 tur realis apprehenſio in loco † cõgruo, quare poſt Iaſ.in l.plerique, nu.12.ff.de in ius vocand. ſcripſit Io.Bap.Baiard.ad Clarum, quæſt.82. nu.62.verſ.Item adde, ꝙ ſi familia repererit aliquem cum
36 armis, & inde aufugerit in † domum ſuam, non poterit inde extrahi, licet eum ſemper familia fuerit inſecuta, ſecus ſi captus aufugiſſet, vt dicemus inferius, nu.55.

Quartus caſus, qñ verba ſtatuti ſunt imperſonalia,puta,quia dicat ſtatutum, ſiquis fuerit inuentus cum armis de no-
37 cte,& tunc ſufficit † inuentio, nec realis requiritur apprehenſio,quoniam ver
38 ba imperſonalia diriguntur ad † iudicē, qui ex officio ad hoc tenetur, ita ſingulariter Socin.ſen.in l.3.§.Neratius, nu.8. ff.de acq.poſſ.

39 Ego tñ libentius † diſtinguerem cum Ange.ibid.nu.1.ibid.Alex.nu.3. Aut n. inuentus eſt puniendus pœna ordinaria, & ſufficiat inuentio ſine reali apprehenſione, aut eſt puniendus pœna extraordinaria, & exorbitanti,& requiratur realis apprehenſio.

Amplia, vt non ſolùm dicatur inuentus cum armis, qui re vera cum armis fuit inuentus,ſed ēt, qui ſine armis inuētus fuit, & nocturno tpe prope illum
40 ante † pedes arma inuenta ſunt, qñ dicitur captus cum armis, ſiquidē eſt præſumptio,ꝙ illius ſint arma, Bal.in l.nã
* ſalutem,§.1.ff.de offic. proconſ. & ita * deciſum fuiſſe Bononiæ teſtatur Alber. in tract.ſtat.par.2.quæſt.121.Item pone ſtatuto, ſimilibus comprobat D. meus Præſ.Menoch.lib.2. de Arbitr.iud. caſu 394.nu.53.verſ.Extenditur 8.cum ſeqq.

41 Sed hoc cùm inducat ſolam † præſumptionem,arbitrariũ erit iudici ex qualitate armorum,perſonæ, & aliorum, ne hoc pacto Satellitię cohorti ampliſſimę relaxentur habenę ad inſtruendas inſidias in maximā negociatorũ perniciē.

Quintus caſus, quando verba ſtatu-
42 ti † præmijs inuentores proſequuntur, & tunc non ſufficit inuentio,ſed requiritur realis apprehenſio, & ita intelligit tex.in l.ſi Barſatoram.C.de fideiuſſ.Ange.in l.3.§.Neratius,nu.2.uerſ.Sed ſi ſtatutum,& ita procedit,quod ſcripſit Bal. dicta in l.ſi Barſatoram, nu.1. ꝙ ſi ſtatu-
43 tum dicat, vt quicunque inuenerit † lupum habeat centum,intelligitur,ſi eundem interfecerit, vel aliàs comprehenderit.Idem in terminis armorum voluit Amed.in tract.de ſyndic.in procem.nu. 90. verſ.Aduertant etiam; quanquā ibi notatur contrarium ex Imol.in d.§.Neratius, & hanc dicit * veriorem Amed. in praxi tamen dicit * ſeruandam communem Bart.opinionem.

Sextus caſus, qñ ſtatutum non vti-
44 tur verbo inuenire, ſed verbo † deprehendere,& tunc * communis diſtinctio illa eſt, quod ſemper importet realem apprehenſionem, niſi ſit verbum illud
45 directum ad † iudicem, quo caſu deprehendere eſt per legitimas probationes conuincere, ita Alex.in l.3.§.Neratius,n.5.uerſ.Hoc ſanè intelligatis,ff.de acq.poſſ.ibid.Soc.ſen.nu.8. Ange.in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugit.

Adducitur text.in l.Palam quæſitũ,§. q in adulterio deprehenſa eſt, ff.de ritu
46 nupt. Sed certe ille tex.non † loquitur de reali apprehenſione,ſed de adeo manifeſta inuentione adulterij, ut mulier tergiuerſari nullo pacto poſſit,ſed dicat conuicta,colligitur ex gl.ibid.in uerbo, Si deprehenſa, Maſcard.de Probat.conclu.64 Adulterium, quinimo probatur,
47 nu.8. uerſ.Ab hoc diffidere, ubi dicit † deprehenſam in adulterio.i.conuicta, & bene,ita Maſcard.

Quare Natta ad Alex.conſ.216.Ponderatis his,ſub littera B, i uerbo Capti,

48 lib.6.dixit quòd † inuenire,& deprehen
49 dere eſt unum,comprehēdere,& † cape
re aliud,& quòd ſufficiat, quem hoc ca-
ſu eſſe conuictum, quòd arma detulerit,
50 licet non fuerit realiter B apprehenſus
* dixit * communem Ripa in trac.de Pe-
ſte,in tit.de conſeruanda ubertate, nu.
105.teſte etiam Claro lib.5.§.fin.quæſt.
82.in uerbo Statutum el 6.num.2.uerſ.
Sed quid ſi ſtatutum, quod ego uerum
51 etiam opinor, niſi † geminarentur hæc
uerba in ſtatutis,ſi quis inuentus fuerit,
& deprehenſus &c.quia ut aliqd opere-
tur ſecunda dictio importabit realem
apprehenſionem; quanquam abſq; ge-
minatione Didacus in pract.quæſt.cap.
* 33.in fin.uerſ.Præſertim dicit,quòd * fre
quentior conſuetudo in toto orbe Chri
ſtiano eſt, quòd arma prohibita defe-
52 rens, nunquam † ea amittit, niſi effe-
ctualiter fuerit captus, licet conſtet il-
lum arma detuliſſe. Et Clarus d.§.fin.
quæſt.82. in uerbo, Satutum el 6. nu.2.
* uerſ.Et ita ſeruarem,dicit,quòd ita * ſer
uaret, ſi caſus contingeret, niſi ſtatutū
53 uellet, ut poſſet procedi per † inquiſi-
tionem.

Septimus eſt caſus, qn̄ dicit ſtatutū.
54 Si quis fuerit † captus cum armis, &c.
& tunc ſunt clara nimis uerba ſtatuti,
nec ſufficit inuenire, ſed requiritur rea-
lis captura, aliud eſt.n.inuenire, aliud
capere,ut mox diximus ex Natta. Sed
difficultas eſt, an ſi fuit captus, nec po-
tuit detineri, ſed aufugit, an pro capto
55 habeatur.Et quod pertinet ad † pœnam
delinquentis, arbitror uerè dici captū,
ſed quod pertinet ad præmiū capiēti ꝓ-
poſitū optimè dixit Bald.in l ſi Barſato-
rā,nu.6.uerſ.Nota tranſmittendū C.de
fideiuſſ.poſt Guil. in l.1.§.hæc aūt uer-
ba,ff.qd̄ q.ſq; Iuris ibi allegatū, ꝙ præ-
56 miū cōceſſum capiēti † bānitū non dat
ei, qui cępit, ſi eum tenere non potuit.

Et hæc qn̄ ſtatutum diſponit ſuper
eo, quod eſt delictū de iure cōi, ſecus ſi
57 ſtatutum de † nō delicto faciat delictū,
puta, quia dicat, ꝙ inuentus ire de no-
cte puniatur, &c. quia eo caſu requirit
omnino, & qualitas inuentionis,& qua
litas apprehenſionis, alias nō diceretur
delictū,ita ex Aretin.in l.3.§.Neratius,
ff.de acq. poſſ.concludit Brun.à Sole q.
35.nu.17.uerſ.Tertio caſu, ita etiā Soc.
ſen.d.§.Neratius. num.8.& 9.Cæpol.in
l.ſi fugitiui C.de ſeru.fugitiuis num.17.
uerſ.Et pro hoc uidetur,cum ſeqq.

Sed certè non eſt delictum, quòd in-
ueniatur quis ire de nocte,eſt delictum,
quod eat ſtante ſtatuto;Ceterùm dicas,
ſi uerba ſtatuti referantur ad Iudicem,
nec hoc caſu requiri realem apprehen-
ſionem; quoniam non eſt hoc iudicis
munus aliquem apprehendere per ſu-
pradicta.Niſi forte uerba referrentur ad
58 iudicem cum † familia,hoc pacto, ſi Iu-
dex cum familia aliquem euntem de no
cte repererit.

Quò res cunq; cadat ſtantem in pro-
59 prio † oſtio eum armis animo ibi per-
manendi, uel etiam prope illud, ut ſe,
ſuaq; tueatur,non teneri edicto aliquo,
aut ſtatuto arma nocturno tēpore pro-
hibente poſt plures ibi allegatos ſcripſit
Franciſ.Burſat. conſ. 141.Legi ſerioſum
proceſſum num.35.uerſ.Secundò,quate
nus id conſtaret, lib.2.

60 Sed nec teneri eum,qui † mométo ar-
ma nocturno detulerit tempore,ſcripſit
idem Burſat.ibid.num.16.uerſ.Secundò
61 inquiſiti,quod † nō puto uerum,aliàs q-
libet dicere poſſet arma ſe ſolo detuliſſe
momento,quoniam quilibet per vrbem
ſolo reperitur momento cum armis,lon
gius licet, & per amplius temporis ſpa-
cium,quis cum armis nocturno exeat tē
62 pore. Niſi † fortè per momentum poſt
nocturnum tempus, ſeu aliam horam a
ſtatuto definitam,quis cum armis ad la-
res properè rediens, propè etiam dome
ſticos parietes reperiatur.

Quotieſcunque autem incidit quis in
edictum prohibitionis delationis armo
63 rum,illud ſcire debet,arma priori loco †
amitti, licet de eorū amiſſione nihil di-
ctum fuerit in edicto armorum prohibi
torio,ita poſt Alė.in l.1.ff.ad l.Iul.de ui
publ.Afflict.in conſtit. Intentionis, nu.
26.& Marſil.in pract.crimin.in §.pro cō
* plemento, num.12.ubi dicit ita * ſeruā-
ri de conſuetudine, & arma applicanda
64 eſſe † fiſco ſcripſit Ioan.Bapt.Baiard.ad

Clar.

Digitized by Google

Clar. queſt.82.num.63. verſ.Item adde,
quòd ſi in edicto. Ipſe tamen Baiardus
* cæteris comprobat's, arma dicit ex*
65 communi vſu applicanda † familiæ, vt
audacior fiat,& diligentior in ijs, & in-
quirendis,& detinendis,qui arma ferût,
& hoc dicit ipſis etiam Magiſtratuum
* * edictis caueri.
66 Niſi fuerint deferenti † commodata
arma ad actum licitum, quoniam eo
caſu ſunt arma reſtituenda commodan-
ti; Cœterum ſi nocturno tempore de-
ferantur arma, etiam commodo data,
67 & ſuſcepta † cum ſcientia commodan-
tis, ſuccedit pœna amiſſionis armorum,
quod & voluit Faber, in §.Illud,nume.
3.verſ.Sed in commodante,Inſt.de man
dato, poteſt tamen commodans, inquit
Ludouicus, a cômodatario armorû pre-
68 cium † vendicare, ita Ludouic.deciſ.
Peruſ.31.Capitaneus, num.8.& 9.verſ.
Prætcrea cum delatio, par.1.vbi nume.
* 11.verſ.Erat etiam, dicit ſe ita * ſenten-
tiam tuliſſe.

Sed ego primum ſuppleo,poſtremum
reijcio. Dum.n.dicitur, quòd arma ſunt
reſtituenda commodanti, qui ignorauit
commodatarium arma delaturû in pro-
69 hibitum vſum,ſuppleo, quòd eo caſo †
tenebitur commodatarius erga familiã
ad precium armorum, ſicuti ſcribit Saly
cet.quòd ſtante ſtatuto, quòd extrahens
ſal,vel bladum,puniatur, & equus pu-
blicetur, ſi equus erit alienus, domino
ignorante, erit quidem equus ſuo do-
70 mino † relaxandus,ſed illius precium a
malefactore erit fiſco perſoluendum,
Salyc. inquam in l.1.nu.2.verſ.in glo.ſu
per, C.ut nemo priuatus titulos. Quòd
uerò dicitur dominum armorum poſſe
repetere pretium illorum a commoda-
tario, ſi ſciebat arma prohibito uſui in
* ſeruitura, hoc falſum arbitror,dicoq; *
71 conſtanter, hunc † commodantem, &
arma, & eorum precium amiſſurum,ſi-
cut dicimus, quod mutuans pecuniam
72 † ludenti non poteſt illã repetere,Abb.
in cap.Clerici,nu.15.de uita, & honeſt.
cler.text.in l.Alearum vſus, C. de relig.
73 & ſumpt. fun. quanquam hoc de † ludo
* * communiter non ſeruatur, ut poſt
Arimin. ad Aretin.in tract.de Maleſ.in
uerbo, Metitor de mali dadi,a nu.15.&
Couar. ibi allegatum, quòd imo poſſit
repeti dixit Clar.lib.5. recept.ſent.§.Lu
dus,num.8.uerſ. Item mutuans in ludo.
Quod tamen non dicitur correctum per
conſuetudinem in arma commodante.

Amplius ſtante ſtatuto,ne certo tem-
pore,uel etiam ſimpliciter arma deferã-
74 tur,côprehenduntur etiam † mulieres,
quæ,ſi repertæ fuerint cum armis,pote-
runt puniri,ita poſt Soarez. in ſuo The-
ſaur.comm.opin. uer. Mulieres,nu.252.
& Gabriel.li.6. commun. opin.in tit.de
uerb.ſignif concluſ.6.nu.37.ſcripſit Ba-
iard.ad Clar.q.ue.82.num.55.uerſ.Item
75 adde,quinimo,& † continerentur priui
legiatę a principe perſonæ, eo ſaltem ca
ſu, quando in banno prohibitorio adeſ-
ſet dictio uniuerſalis,omnis,totus, qui-
cunque &c.Baiard. loco cit.nu.58.uerſ.
Item adde poſt Crauet.côſi.284. Et Her
culan.de Proband.negatiua, num.23.&
num.24.ibi allegatos.
76 Quid autem ueniat hoc caſu † appella
tione armorum ſtatuto prohibête illo-
rum delationem, au offenſibilia tãtum,
an defenſibilia etiam, an fuſtes,an lapi-
des,an ligones,an ſecuris,cęteraq; arma
ruſticalia, an ferramêta apta ad artes,an
cultellus ad panem incidendû, vide poſt
Alc.in l.armorum,ff.de uer.ſignifi.Cor-
ſe.in reper. Abb.in uerb. Armorû, Corn.
conſ.199.uol.4. Bertazz.conſ.crim.192.
Iſti carcerati,lib.1.D.meû Præſ.Menoc.
lib.2.de Arbitr. Iud.caſu 394.Publicam
uim, Deciſ.Delphinal.4.nu.13.Io.Bapt.
Baiardum ad Clarum,quæſ.82.num.66.
uerſ. Quæro nunquid,cû ſex ſeqq. Ludo
uicû deci.Peruſ.31.Capitaneus, uer.Itê
eſt præmittendum,num.4.Pract.Papiê.
in tit.forma inquiſitionis,in gloſ.Cû ar-
mis, Amed.in tract.de ſyndic.in proęm.
num.88.uerſ.Aduertat tamen, addit.ad
Hoſt.in ſua ſumm.in tit. de reſti. ſpol.in
§.quando facienda, Ang.conſ.397.Qui-
dam puer,nu.2.uer.Tres ergo Bald.in §.
recuperandę,nu.2.Inſt.de interdic. Bar.
in Auth.de armis,in §.denûciamus, nu.
3. Angel.in l.Idem eſt §. armis, nu.4.ff.
de ui,& ui armat.eûdê in l.ſi pignore, §.
furem,

furem,nu.2.ff.de furt. Alber.in l.nemo, nu.1.C.quæ res exportari non debeāt.

77 Sed ego † nocturno tp̃e omnia dicerẽ uenire appellatione armorum, niſi qualitas perſonæ, uel aliæ circunſtantiæ arbitrio Iudicis aliud perſuaderent.

78 Hinc declaratur † Statutum Mediolani in criminalibus 124. Nullus uadat cum armis,&c. & omnia præterea de armorũ delatione ſtatuentia municipalia iura,quę cũ ubiq; uigeāt,merito iure poſſunt ea oĩa unico comprehẽdi exemplo.

Alia de armis uide per te apud Corn. conſ.20.lib.3. Socin. reg. 30. Cottam in ſuis Memoralibus in uerbo, Armorũ, Couarr. lib.unico Pract. quæſt. cap.33. Solent non leues,Clar.lib.5.recep.ſent. §.fin.quæſt.36. Omnium autem exceptionum,& Vulpel.poſt.tract.de Prępo. Aduerbijs, & Coniunctionibus. Nec enim eſt animus rem præſentem ulterius examinare.

DE SOMNO, Et Somnijs. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Somnus, quod pertinet ad rei veritatem, quid ſit.*

2 *Somnus apud antiquos Deus fictus, & Deorum placidiſſimus.*

3 *Somnus nocturno tempore turbari non poteſt ex municipali Mediolani iure.*

Sed nec Ticini, num.4.

5 *Somnus à Poetis proles fingitur* Noctis, *& Erebi.*

6 *Somnia proles ficta Noctis, & Erebi apud Poetas.*

7 *Somnus ex* Heſiodo *in Theogonia frater Mortis.*

8 *Somnus, dum à Poetis filius Noctis, & frater Mortis dicitur, quid ex parte rei verè intelligant illi.*

9 *Somni alumnus, vir rudis, nullum videns lumen rationis.*

10 *Vigilare propriè dicitur ſolus ſapiens, & quę ſit ratio.*

11 *Somnia. Per ſomnia antiqui indicia deſumebant ad iudicandum.*

Amplius idipsũ non ſolùm ratione torturæ, ſed etiam ratione condemnationis, nu.12.

Quæ omnia ſtulta dicit, & Franciſcus Caſonus, & etiam Author, nu.15.

13 *Sophoclis ex ſomnio, quòd* Hercules *in ſomnis illi furẽ detegiſſet, Areopagita comprehenſus, & vltimo ſupplicio affectus.*

14 *Somnio Meſſalij mori iuſſus Appius à Claudio Cæſare.*

16 *Somnium eſt in triplici differẽtia, diuinum aliud, aliud naturale, aliud animale.*

17 *Somnium diuinum, ſiue Cœleſte, eſt diuinum monitum.*

18 *Somnium animale eſt, quod ex animi paſſionibus proficiſcitur.*

19 *Somnium naturale quid ſit.*

20 *Somniantes aquam, flegmatici à Phyſicis iudicantur.*

Humoris ſanguinei ſunt, qui rubeum colorem ſomniantur, ibid.

Colerici, qui ignes in ſomnis ſibi videre videntur, ibidem.

Melancholici verò terra in ſomnis videre conſueuerunt, ibidem.

21 *Somnia, ſeu in ſomnis viſa vera ſunt, quoties ſomnium eſt diuinum.*

22 *Somnia, quæ diuina non ſunt, ſi eueniant aliquando, id eſt prorſus contingenter, & quando.*

23 *Somnia, ſi habent cauſſas internas, tunc ſunt ſæpè vera ſomnia, & quomodo.*

24 *Vigilantibus magna magna videntur, dormientibus verò etiam parua.*

25 *Tonitrua fieri videntur dormientibus, cùm paruus ſonus fit in auribus, quod non contingit vigilantibus.*

26 *Somniantes maxima pituita defluente ſe dulcibus ſaporibus perfrui arbitrantur.*

Ambulareq; per ignem, cùm paruus calor fit circa partes quaſdam, ibidem.

27 *Somnia interdum morborum ſigna, & quādo, & quare, num.28.*

29 *Somnia non cauſſant morbos, ſed ab iiſdem parturiuntur.*

30 *Somniorum nonnulla, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Tumultuaria quædam non iniucunda de Somno, & Somnijs, ex Ariſtotele, & alijs Peripateticis obſeruata.

SOM-

SOMNVS, qđ ad rei veritatẽ† pertinet,nil aliud eſt,quã ſopor,& quies,q̃ fit ab humori bꝰ a corde,ad cerebrũ ſublatis,qui cũ ibi fue rint refrigerati, recidentes ad cor calorem eius refrigerant.

Verùm in fabulis † Deum finxit ſomnum antiquitas,& quidem Deorum placidiſſimum.

Somne quies rerũ,placidiſſime ſomne deorũ,
Pax animi, quẽ cura fugit, qui pectora lõgis
Feſſa miniſterijs,fulcis,reparaſq; labori.

Hinc factũ eſt, vt in publicæ quietis detrimentũ nocturno tpe prohibitũ ſit obſtrepere, pręcipueque ex particulari municipiorum, & ciuitatum iure; Atq; ſit illud omnium inſtar ſtatutũ Mediola
3 ni in † Criminalibus, cap.125. Nullus vadat,inquit ſtatutum, poſt tertium ſonum campanæ,vſq; ad campanã diei,cũ lumine,vel ſine lumine,cũ aliqua viola, vel lauto,vel alio inſtrumento ad ſonandũ, & qui repertus fuerit contrafeciſſe, cõdẽnetur in ſolid. centum tertiolorũ. Nec hanc quoq; rõnem negligit omni-
4 no ſtatutum † Papiæ in criminalibus, De pœna proijcientis lapides de nocte ſuper domum alicuius eſt rubr.55.
5 In ſomnus proles fingitur† Noctis,& Erebi, vt late de eo Genealogia Deorũ Gentilium,lib.1.cap.21. & tangemus in cap.de Nocte Satis, de quo Heſiodus in Theogonia.

Νὺξ δ' ἔτεκε, &c.
Καὶ θάνατον τέκε δ' ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον ὀνείρων.
Οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε νὺξ ἐρεβεννή.

Ideſt

Nox praterea peperit, &c.
Et mortem, peperit etiam ſomnum, peperit
6 *verò agmen † ſomniorum.*
Nõ vlli cõdormiens dea peperit Nox obſcura.

Proſequitur mox totam noctis prolẽ, de qua dicemus de Nocte ſatis.

Rurſum alibi Heſiodus in eadem Theogonia,

Ἡ δ' ὕπνον μετὰ χερσὶ, κασίγνητον θανάτοιο,
Νὺξ ὀλοὴ, νεφέλῃ κεκαλυμμένη ἠεροειδεῖ.
Ἔνθα δὲ νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν,
Ὕπνος καὶ θάνατος.

7 *Illa verò ſomnũ in manibus,fratrẽ † mortis,*
Nox noxia, nube tecta atra.
Ibi autẽ Noctis filij obſcura domos habent,
Somnus,& mors.

Eam rem opportunè declarat D.Hẽricus Farneſius in ſuo Simulachro Reipubl.lib.3.Panegyrico 4.cap.7.Somnũ.
8 Dicit is eo loco nõ temerè † ſomnũ noctis filiũ, & mortis fratrẽ a Poetis in fabulis factũ fuiſſet, quia vir rudis tanquã
9 † ſomni alumnus,ẽt in aperto ſole veritatis,nullũ lumen videt rõnis: quaſique mortuus nullũ guſtũ, ſenſumque habet
10 virtutis. Quare ſapiens ſolus cenſetur † vigilare,aut potius inuigilare reipubl.

Quod autem ad ſomnia pertinet ſcripſit ex noſtis Frãc.Caſon.in tract. de Indicijs, cap.11.in tit.particulari de Indi-
11 cijs ſomniorum,ꝙ antiqui, per†ſomnia indicia capiebant ad iudicandum,& demonſtrandum tam facta,q̃ futura. Subijcit hæc verba. Hoc amplius ſupra omnem ſtultitiam in iudicijs obſeruabant ſomnia,non ſolùm ad torquendum, ſed
12 etiam ad † condemnandum. Legitur.n. cùm ex Herculis æde aureum quippiã ſubreptum fuiſſet, Sophoclem in ſom-
13 nijs vidiſſe† ipſum Herculem dicentem eum, qui id feciſſet: vnde Areopagitam comprehendi iuſſerunt eum, qui a Sophocle nominatus fuit, eumq; vltimo ſupplicio affecerunt. Rurſum legitur
14 † Claudium Cæſarem mori iuſſiſſe Appium propter Meſſalij ſomniũ,quæ om-
15 nia ſtulta dicit† Caſonius,& optimè,atque ego eadem negligo prorſus.
16 Eſt verò ſomnium in † triplici differentia, ſiquidem aliud eſt diuinum,aliud naturale,aliud animale.

Diuinum,ſiue cęleſte ſomnium, eſt di
17 uinũ † monitũ de re aliqua, quale fuit ſomniũ Iacob,Danielis,Ioſeph,Et Magorum,ne ad Herodem redirent.

Animale eſt ſomnium,quod ex animi
18 paſſionibus † proficiſcitur.

Natu-

Digitized by Google

19 Naturale † tandem, per quod Phyſi-
ci, de humoribus iudicant. Etenim ſom-
20 niantibus † aquam flegmaticos humo-
res dicunt deſignari; per rubentem co-
lorem, ſanguineũ humorem; per ignes,
coleram, terra autem ſomniãs, is eſt me-
lancholicus.
An autem ea vera ſint, quæ in ſomnis
21 viſa ſunt. Quod pertinet † ad diuinum,
res nõ habet difficultatem, ꝙ vera ſunt.
Somnia aũt, quæ diuina nõ ſunt, ea aut
habent cauſſas internas, aut exterius re-
22 ſpiciunt. Si reſpiciunt, ꝙ † exterius eſt,
caſualiter, & contingenter eueniunt
aliqñ, in ſe tñ vera non ſunt ea ſomnia,
nec ſomnium euentus cauſſa eſt, ſed nec
ſignum, quale eſt ſomnium, ꝙ quis ſom-
nietur ſe theſaurum inueniſſe, magiſtra-
tum, aut aliam dignitatem adeptũ fuiſ-
ſe, & alia id genus. Si verò habeant ſom
23 nia craſſas † internas, tunc ſunt ſæpe ve-
ra ſomnia, non tanquam cauſſæ, ſed
quoad ſe tanquam effectus, quoad no-
ſtram cognitionem tanquam ſignifica-
tiones. Puta, ſomniatur quis ſe morbo
aliquo laborare, inde ad aliquot dies
febricitat ſenſibiliter, ſomnium illud
fuit verum, non tanquam cauſſa morbi,
ſed tanquam effectus morbi, quò ad ſe,
quò verò ad noſtram cognitionem, tan-
quam ſignificatio quædam.
Declaro manifeſtè ex Ariſto. de diui-
natione per ſomnum, qui dicit, ꝙ in die
motus, niſi magni valde fuerint, & for-
24 tes, latent; ſecus maiores, qui in † vigilã-
do ſunt motus. In dormiendo autem
contrarium, etenim parui magni viden-
tur eſſe. Manifeſtum aũt ex ijs, inquit
Ariſt. q̃ in ſomnis accidunt frequenter:
25 arbitrantur. n. fulmina cadere, ac † toni-
trua fieri, cùm paruus ſonus in auribus
fit; Et melle. & dulcibus ſaporibus per-
26 frui, minima † pituita defluente; Et am-
bulare per ignem, & calefieri vehemen
ter, cùm paruus calor circa quaſdã par-
tes fit, cùm autem expergiſcuntur, hæc
manifeſta hoc modo ſe habere. Quare,
27 qm̃ parua omnium † principia, manife-
ſtum, ꝙ, & ęgritudinum, & aliarum paſ-
ſionum, quæ in corporibus debent fieri.
Manifeſtum ergo, ꝙ neceſſarium hæc
in ſomnis eſſe euidentia magis, quàm
in vigilando.
Et inferius dicit, ꝙ res magis ſenſibi-
les noctu ſunt, eo ꝙ, qui in die defertur
diſſoluitur. Magis enim ſine turbatio-
ne aer noctis, eo, ꝙ ſilentiores ſint no-
ctes, & in corpore facere ſenſum ꝓpter
ſomnum, eo, ꝙ, & paruos motus, qui in-
trinſecus, ſentiunt dormientes magis,
quàm vigilantes.
28 Hinc fit igitur, vt exoriatur † morbus,
qui, vt cętera omnia, cùm exilis ſit in ſui
principio, diurno tempore ex tenui mo-
tu non exauditur, ſentitur de nocte ex
eo, ꝙ parua magna videntur, ideoq; ſen
ſationem faciens, non à ſomnis cauſſa-
29 tur, ſed ipſe † ſomnia parturit. Paulla-
tim autem excreſcẽs tandem maiori cũ
motu, etiã interdũ officit, naſcitur ideo
morbus, quò ad noſtram cognitionem,
ideſt, apparere incipit, vt inquit in ſuo
caſu gloſ. in §. inſula. Inſt. de rerum diui
ſion. morbiq; iſtius ſignum eſt ſomniũ,
vere tamen effectus morbi in ſua eſſen-
tia conſideratur.
Sed obdormiuimus ſatis, ſatiſq; ſu-
30 mus ſomniati. Alia q̃dã per † te videre
poteris in ſeq. cap. vide etiam Ariſto. de
ſomno, & vigil. & de ſomnijs.

DE CONSILIO, Et Præparatione, Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium in nocte, Paræmia.*
2 *Nox Euphrone nuncupata, & quare.*
3 *Diei principium cur de media nocte numeretur.*
4 *Meridies finis eſt actionum multarum.*
5 *Nox intempeſta actionum omnium initium.*
Contrarium ſentit Author, num. 6.
7 *Nox intempeſta quæ.*
8 *Nox præparationis tempus.*
9 *Conſilium ſub die naſci debet.*
10 *Somnia in aurora quomodo vaticinia dici poſſint.*
11 *Aurora tertiam operis ſortitur partem.*
12 *Conſilium ſub aie naſcens, nimis tardum.*

Conſi-

13 *Conſilium debet naſci ſub manu.*
Quale autem ſit eiuſmodi conſilium, declarat Author, num. 14.
15 *Vitia conſilij duo, feſtinatio, & ira.*

ARGVMENTVM.

¶ In nocte Conſilium; dum celebris ſemper fuit Parœmia, quænam Conſilio ſit aptior pars noctis, Plutarchi, Tiraquelli, & ſequacium opinio reijcitur: Senecæ, & Rhodigini ſententia comprobatur.

SCRIBIT Euſtadius teſte Rhodigino lib.11. lectionũ antiquarũ par.2.c. 9.cõſiliũ apud Platoné celebrẽ fuiſſe apud Græcos Parœmiã ἐν νυκτὶ βουλὴ
1 lucit, i. in nocte † conſilium, vnde & Noctem Euphrone nuncupatam, quòd be-
2 nè tunc † ſapere contingat. Propterea Euripides.

Νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ ἐφρόντισα.

Id eſt, longo noctis tempore cogitaui; quò & illud Homeri ſpectat. Non oportere conſulentem alijs virum, noctem dormire perpetem.

Vnde illud ſcitum proferri ſolitũ eſt. O nox, tu quidẽ ſapientiæ diuinæ obtines plurimũ, late Rodigin. lec. antiquarũ, par.2. li.20. c.11. Scopelianum Sophiſten. Res non habet difficultatem.

Difficultas eſt, quæ noctis pars conſilio, & præparationi ſit aptior.

Eſt locus Plutarchi Problematũ Romanorũ, ca.85. cuius meminit etiam Tiraquel. de Retract. lignag. §.1. glo.11. nu. 2. ver. Cuius rei, & Cotta in ſuis Memoralibus in verbo Diẽ, verſ. Plutarchus in primis; eſt autem Plutarchi locus in hęc
3 verba. Cur diei † principium de media nocte numerãt? An quò reſpubl. ab initio militari more, & inſtituto cõſtituta eſt? In re autẽ militari multa noctu vtiliter occupantur. An diei ortum agendi principium eſſe voluerũt, noctem verò conſilij, & apparitionis? Oportet autem præparatos rẽ aggredi, nõ agentes præparari, vt Myſon ad Chilonem, vnũ de ſeptem, dixiſſe fertur, dum per hyemem
4 vannum conficeret. An quemadmodum †
meridies finis eſt multis reipublicę ge-
5 rendę, ſic noctem † intempeſtam actionum omnium initium oportere ſtatuerunt? Hæc Plutarchus.

Sed certè non video, qui locus opportunus eſſe poſſit cogitãdi, quomodove
6 ex † turbata mente expurgatũ poſſit nocte intempeſta proficiſci conſilium; Noctem. n. intempeſtã vocat Cẽſorinus in libro de Natali die illam partis noctem,
7 quæ eſt † inter Concubium, & mediam noctem longius tamẽ a media nocte ſeparata, inter quã, & ipſam mediã noctẽ alia adhuc noctis pars intercedat, quę appellatur Ad mediam noctem, quo tẽpore homines, vel vino, vel curis, vel defatigatione, vel naturali ſomni quiete ſepulti ſunt, ita vt ea noctis tempeſtate mortui potius, quàm viuentes homines conſuli dicantur.

Placet potius dictum Senecæ in Epiſtolis ad Lucilium, de quo Cęlius Rhodiginus lectionum antiquarũ par.3. lib. 30. cap.32. Sub manu, & lib.11. par.2. c. 9. Conſilium apud Platonem, vt ſcilicet nocturnum quidem tempus conſilio, &
8 † præparationi conſecretur, ſed conſi-
9 lium ſub † die naſci debeat; eſt enim ea noctis pars, quę eſt ſub die, qua purgatus animus, & fęliciter, & facillimè cõijcit. Ideo voluerunt aliqui, quòd illius tem-
10 poris ſomnia, vaticinia † potius, quàm ſomnia ſint appellanda, vnde Horat. li. Sermonum, 1. Satyr. 10.

Atq; ego cũ Græcos facerẽ natus mare citra
Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus
Poſt mediam noctẽ viſus, cùm ſomnia vera.

Sed malè; niſi per ſõnia, cogitationes per vaticinia, optimas coniectiones declaremus. Vnde dici vulgò etiam cõſueuit. Aurora muſis gratiſſima. Et affabrè Heſiodus in opere, quod inſcribitur. *καὶ ἡμέραι*, lib.2.

Ἠὼς

Ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.

Ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου.

Ἠώς, ἥ τε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου

Ἀνθρώπους.

Ideſt

11 *Auroræ.n.operis † tertiam ſortitur partẽ.*

Aurora tibi promouet quidem viam, promouetq́; laborem.

Aurora, quę apparẽs multos ingredi fecit viã Homines.

Seneca tñ, & Rhodiginus loc.cit. hoc conſilium, quod ſub die naſcitur, nimis
12 † tardum appellarunt, volentes, ut ſub
13 † manu naſcatur conſilium. Verùm hoc
14 arbitror † ego, vel ex longa rerũ experientia in habitum quendam comparatum, vel muliebri a caſu; quam ob rem optime D. Henricus Farnel. in ſuo Simulachro, lib. 1. Panegyrico 3. c. 1. Iure, col.
15 3. ſcripſit, q͡ duo ſunt conſilij † vitia, feſtinatio, & ira.

DE CONSILIO Malo. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium de nocte datum non punitur duplici pœna, ſtante ſtatuto, &c.*

2 *Conſilium datum ad maleficium nocturnum punitur duplici pœna.*

3 *Conſilium, licet in ciuilibus nõ obliget, obligat tamen in delictis.*

Et quidem inſolidum, num. 4.

5 *Statutum imponens pœnam facienti, non habet locum in conſulente.*

6 *Statutum imponens pœnam facienti, non includit mandantem.*

7 *Conſulens non punitur duplici pœna, vbi venit duplicanda.*

8 *Statutum ſcriptum in perſonam non obligat mandantem, ſecus ſi in rem.*

Vel etiam, ſi ſtatutum ſit conceptum impersonaliter, nu. 9.

10 *Mandans, & conſulens, licet non dicantur occidere, dicuntur tamen committere homicidium, & propriè.*

11 *Statutum, ẽt ſcriptum in perſonã, obligat mandantem, ex communi, & veriori.*

12 *Conſulens mitius punitur, vbi conſultus erat aliàs facturus.*

Interdum etiã nulla punitur pœna, n. 13.

Fallit in atrociſsimis, nu. 14.

Quãquam adhuc diſtinguunt alij, nu. 15.

Quod non probat Author, nu. 16.

17 *Conſulẽs aliàs facturo, eadem tenetur pœna, ſi aliquid adijcit.*

Vel etiam conſultus nomine conſulentis committit, nu. 18.

Cõtrarium ſuſtinet Author in conſulẽte, nu. 19.

20 *Conſilio motus præſumitur in dubio, qui delinquit.*

Niſi repugnet conſulentis conditio, nu. 22.

21 *Nobilis, ſi alloquatur ad aurẽ, indeq; ſtatim maleficium cõmittatur, præſumitur commiſſum mãdato illius nobilis.*

23 *Conſilium malum in dubio non præſumit.*

24 *Conſulẽtes, & perſuadẽtes, quomodo puniãtur, praxis Mediolani.*

25 *Conſilium reuocatum non obligat.*

Modo, & conſulto intimetur, & ei, in cuius præiudicium fuerat conſultum, nu. 27.

Non nominãdo tamẽ perſonam, num. 29.

26 *Mãdatum reuocatum intimatum ſoli mãdatario excuſat mand. item.*

28 *Conſilium etiam tacitè reuocatum excuſat ex Carer.*

De quo tamen dubitat Author, ibid.

30 *Conſultus, ſi non delinquat de nocte, non punitur conſulens.*

Niſi conſilium per ſe conſideratum, ſit titulus criminis, nu. 31.

32 *Conſulens de die, tenetur duplici pœna ſi maleficium committatur de nocte.*

33 *Conſulens, vel mãdãs id, quod eſt delictum ex ſola ſtatuti diſpoſitione, non punitur.*

34 *Mãdãs, vel conſulens, vt aliquis nocturno incedat tempore, non punitur mãdãs.*

Intellige pœna ſtatuti, punitur tamen extraordinariè, num. 35.

36 *Conſulere, facere, mãdare, hortari, perſuadere, inſtigare, quid differant remiſsiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Delictum nocturno tempore committendum mandantes, vel conſulentes; Noctu malè perſuadentes; Quando pœnis eiuſmodi perſonæ ſubiaceant, & quibus.

QVAE-

QVAERIT Bartol. in l.
Aut facta, in fin. princi-
pij, ver. Quid de illo, ff. de
pœn. An ſtante ſtatuto,
quòd maleficia commiſſa
de nocte duplici pœna puniantur, qui
nocturno tempore conſilium dedit ma- *
lum, duplici huic ſtatutariæ ſubijciatur
1 pœnæ, & reſpondet, quòd † non duplica
tur pœna ideo, quia de nocte principa-
2 liter, ſed ideo, quia debet † puniri ea pę-
na, qua principalis delinquens, ſiquidē
pro conſilio, licet in ciuilibus quis non
3 obligetur, obligatur tamen in † delictis,
Natta conſ. 595. Ex duobus capitibus,
nu. 16. verſ. Nam pro conſilio, idē conſ.
597. Prætermiſſo multiloquio, nume. 5.
ver. Nam nullus ex conſilio, Port. Inſt.
de mandat. in princip. num. 11. ver. Gloſ.
ſuper verb. & obligari conſulentes in
4 † ſolidum ſcribit Boſſ. in tit. de Pęnis,
num. 4. verſ. Vides igitur.

Verum hoc dictum Bartoli maximam
habet difficultatem, quoniam, quicquid
5 ſit in iure communi, quoties † ſtatutum
imponit pęnam facienti, non habet lo-
cum in conſulente; Idem Bar. in l. 1. ff. de
Sicar. Felin. in cap. 1. num. 9. verſ. Limita
ſecundò, de offic. deleg. ibid. Dec. nume.
59. verſ. Vndecimò fallit, poſt Bart. Alex.
& alios ibi allegatos, Dec. in l. conſilij,
num. 15. verſ. Sextò ſtatutum, ff. de reg.
iur. & a fortiori Bald. in l. non ideo mi-
nus, col. 6. verſic. Ego reuertor, C. de ac-
cuſat. latè Vincēt. de Paleotis inter cōſ.
Alex. conſ. 65. Viſa quadam conſtitutio-
ne, per totum, vol. 4. Dec. loco cit. dum
volunt, quòd ſtatutum imponens pęnā
6 facienti, non includat † mandantem, de
qua re tamen latè Oſaſch. deciſ. 66. De-
* creto ducali, & ita fuiſſe * concluſum,
& determinatum Bononiæ, poſt Alber.
in 3. par. ſtat. quę. 55. ſcripſit Iaſ. in l. ſi is,
qui pro emptore, num. 379. verſ. Et iſtā *
partem, ff. de vſucap. Tantò magis no-
ſtro caſu, quo ex accidenti temporis, ma
7 leficium † duplici punitur pęna; quoniā
tantæ pęnæ non ſubijcitur conſulens,
Salycet. in l. vnica, num. 16. verſ. Fallunt
prædicta, C. de rapt. Virgin. Felin. in d.
capitu. 1. nume. 9. verſicul. Limita ter-
tiò, de offic. deleg.

Sed certè poſſumus ſaluare Barto. &
equidem multiplici ratione. Primò, quo
niam dum quærimus, an ſtatutum pu-
niens delinquentem, comprehendat ēt
conſulentem, & perſuadentem, ſeu etiā
mandantem, * communis eſt illa diſtin-
ctio, quòd, aut ſtatutum eſt ſcriptum in
8 † rem, aut eſt ſcriptum in perſonam, ſi eſt
ſcriptum in perſonam, non equidem,
obligat conſulentem, ſi verò eſt ſcriptū
in rem, obligat etiam conſulentem, idē
Bar. in l. aut, qui aliter, §. fi. ff. quòd vi
aut clam, & in l. hæc verba, ff. de adult.
Vincent. de Paleotis inter conſil. Alex.
conſ. 65. Viſa quadam, num. 14. verſic. Et
ſic concludit, lib. 4. Iaſ. in l. ſi is, qui pro
emptore, num. 372. uerſ. Tenendo iſtam,
ff. de vſucap. vbi addit idem eſſe, ſi ver-
9 ba ſint concepta † imperſonaliter, quia
cenſentur in rem concepta. Habebit er-
go locum Bartoli dictum, tunc ſaltem,
quando uerba ſtatuti in rē ſcripta erunt,
idem omnino, ſi ſtatutum loquatur per
10 verbum † committo, quoniam non ſolū
occidēs dicitur committere homicidiū,
ſed etiam conſulens, vel mandans, ideo
eadem punitur pęna, Caſt. in l. ſi per
alium, ff. ne quis eum, Iaſ. in d. l. ſi is, qui
pro emptore, nume. 380. verſic. Quarta
fuit, ff. de vſucap. Secundò quia in con-
trarium eſt cōmunis, vt ſcilicet ſtatutū
11 eiuſmodi etiam † perſonam reſpiciens
comprehendat, & facientem, & man-
dantem, & perſuadentem, vt eſſe doctri
* nam Bar. * communiter approbatam in
l. quemadmodum, nu. 4. poſt gloſ. in ver-
bo, Vendi, C. de agricol. & cenſit. li. 11.
ſcripſit Oſaſch. deciſ. 66. Decreto duca-
li, nu. 6. verſ. In cōtrarium, Iaſ. in l. ſiquis
id, quod nu. 36. verſ. Quintò eſt ad lit-
teram, ff. de iuriſd. omn. iud. Idem in l. 1.
nu. 14. in princ. ff. de verb. oblig. & hanc
* eſſe * veriorem de iure ſcripſit, tum Oſa
ſch. d. deciſ. 66. nu. 6. verſ. Vbi octo fun-
damentis, tum etiam Iaſ. in l. ſi is, qui pro
emptore, nu. 382. verſ. Tene ſecundam,
ff. de vſucap.

Non ideò tamen eſt indiſtinctè admit
tēdum Bartoli dictum in d. l. Aut facta,
in fi. principij, ff. de pœn. quoniam non
ſemper

Digitized by Google

ſemper eadem plectitur pęna conſulés,
& committens.
12 Quid enim ſi is, cui conſulitur, erat †
nihilominus facturus? eo.n.caſu non ea
dem ſumitur pęna de committente, &
conſulente, mitius enim punitur conſu-
lens, ca.ſicut dignum, §.qui verò, de ho-
micid.l.non ſolum, §.ſi mãdato in verb.
Attilicinus, ff.de iniur.gloſ.in l.1.§.per-
ſuadere, in verbo, facturus, ff.de ſeru.cor
rupt.gloſ.in l.ſępe verſ.etiam, vbi Bart.
ff.de verb.ſigni. Decius in l.conſilij, nu.
4.verſic. Tertiò regula, vbi teſtatur de
* *communi, ff.de reg.iur. Salycet.in l.
vn.nu.17.verſ.quæro, an perſuadens, C.
de rapt.Virg.Matheſ.notab.97. Nota,
ꝙ is, Bertaz. conſ.crim. 62. Multa ſunt,
num.6.verſ.Nam cõſulens, vol.1.Idem
conſ.158.Vltra, nu.7.verſ.Reſpectu ve-
* rò, eo.vol.& ita fuiſſe * iudicatum ſcri-
bit idem Bertaz. cõſ.186. Licet Cęſar,
nu. 5.verſ.Quod verò, eod.vol.Carer.in
ſua praxi, §.circa num.159.verſ. Vltimò
excuſatur.Bal.in.§.ope, nu.2.verſi.Item
tenet Inſtit. de obl. quæ ex delict.idem
Bald.in l.ob hæc verba, num.4.verſ.Nã
in conſilio, ff.de his, qui not.infam.de
* *Communi Boſſ. in ſua praxi in titu.de
Mandato, nu.59.verſ.Et cõmunis, Bald.
conſ.382. In quæſtione M.nu.3.ver.Sed
* contrarium tenet, vol.5.de * communi
etiam, Couarr.latè de irregul.par.2.§.2.
* Quintò col.1. & de * communi legiſta-
rum, & canoniſtarum poſt innumeros
propè ibi allegatos teſtatur Clar. lib.5.
recept.ſent.§.fin.quæſt.83.nu.1.Et licet
legiſtæ teneant, quòd quodlibet in caſu
conſulens pari ſubiaceat pœnæ, inquit
Felin.& male in ca.1.nu.8.uerſ. Et legi-
ſtæ, de off.deleg.Contrariam tamen opi
nionem communẽ dicit Felin.ibid.ver.
Sed communis, quòd imò hoc caſu non
puniantur pari pęna.Idem ibid.num.11.
13 verſ.limita; & fortè aliquando † nulla
pęna, puta, ſi erat oĩno facturus, quia nõ
dicitur conſulens tunc laudãdo malitiã
augere, Bald.d.conſ.382. nume.4.vol.5.
Idem conſ.250.In quæſtione, nu.2.verſ.
Secundò eſt videndum, vol.1.ubi dicit
* hoc uideri * verum de æquitate.
14 Niſi conſulens in † atrociſſimis cõſu-
lat delictis; Carer.in ſua praxi in §.cir-
ca, nu.159.verſ.Vltimò excuſatur, Felin.
in d.cap.1.num.9.verſ.Limita, vt de of-
fic.deleg. Bald.in l.1.col.2.C.de ſeru.fu-
git.Idem, in §.ope, nu.3.verſ.Aut præſta
tur inſt.de obl.quæ ex delict.Dec.in d.l.
conſilij, nu.5.verſ.Prędicta, ff.de reg.iur.
& licet tam Decius, quàm Felin.velint
15 adhuc eandem militare † diſtinctionem
etiam in caſu atrocioris delicti, vt ſcili-
cet, non eadem puniatur pęna, qui con-
ſuluit aliàs facturo, etiam in atrociori-
bus, & Couar.de irregul.p.2.§.2. Quin-
tò colligitur, nu.1.verſ.Quamobrẽ, non
16 tamen † placet, in conſulente.n.& per-
ſuadente adeſt aliquis animi conatus,
qui quidem ad actum facti venit.quo-
ties conſultus atrox illud operatur, non
ergo mirum ſi eidem ſubijciatur pœnæ,
vulgat.l.ſi quis non dicam rapere, C.de
Epiſc.& cler.
17 Vel etiam aliquid † adijciat, dum aliàs
facturo conſuluit, gloſ.in cap.vnico, in
verbo, conſiliarios, de foro compe.gloſ.
in cap.Felicis.§.illud aũt, in verbo, Sim-
plici, de pęn. in 6.Dec.in l.cõſilij, nu.5.
verſ.Non obſtat, ff.de reg.iur.Couar.de
irregul.par.2.§.2.nu.1.verſ.Eſt igitur.
18 Siue etiam conſultus, nomine † cõſu-
lẽtis delinquat, quia eo caſu tenetur in-
diſtinctè conſulens, Dec.loco cit.nu.8.
ver.Quartò non procedit, citat ad hoc
Bald.in l.Metum in fi. ff.quòd met.ca.℘
tex.in ca.cum quis, de reſtitut. ſpoliat.
Idem Dec. in cap.1. num.55.verſ.Sextò
fallit, de offic. deleg. Sed certè loquun-
tur in mandatario; & licet Dec.loco cit.
19 dicat idẽ videri in conſulente, hoc eſt †
falſum, ni fallor ego, quoniã, qui ex mã-
dato committit, neceſſariò, nomine cõ-
mittit alieno non aliàs facturus, vt infe-
rius dicemus; Qui verò ex cõſilio, is pro
prio facit nomine, pluries & aliàs, ſine
conſilio facturus.
In dubio tamen, vt ad principale tẽ-
peramentum redeamus, præſumitur de-
20 linquens † motus ex conſilio, tanquam
aliàs non facturus, niſi contrarię extent
coniecturæ, Baiard.ad Clar.quæſt.88.n.
4.verſ.Item adde, quòd in, Couarr.de ir
regu.par.2.§.2.Quintò colligitur, nu.1.
verſ.

Digitized by Google

uerſ. In eo uerò. Dec. in cap. 1. num. 60. uerſ. Et notandum eſt, de offic. delegat. Bertaz. conſ. crim. 187. Adhuc non obſtã tibus, nu. 8. uerſ. Ex his, uolu. 1. Dec. d. l. Conſilij, nu. 9. uerſ. Et ad prædicta, ff. de reg. iur. Felin. in d. cap. 1. nume. 13. verſ. Vtrum autem, de offic. deleg. ubi authoritate Barto. & Angel. in l. ſi uentri, ff. de priuileg. creditorum, & Bart. rurſum in l. 1. ff. de ſeru. fugiti. dictum hoc eo com-
21 probat ſimili, quòd ſi † nobilis, quiſpiã aliquem ad aurem fuerit allocutus, ſi in continenti commiſſum fuerit ab eo homicidium, cum quo nobilis locutus fuerit, præſumitur peccans delictum de illius mandato commiſiſſe, contra D. M. Raud. c. 31. analog. nu. 39. ex quo obiter intelligi poteſt hoc poſtremum dictũ, vt in dubio præſumatur delinquẽs
22 ex cõſilio motus, ſi id perſuadeat† qualitas conſulentis, & conditio conſulti, ita etiam Bal. conſi. 250. In quæſtione, nu. 1. uerſ. Itẽ quod ille, uol. 1. Maſcard. de probat. conclu. 418. & 419. per tot. Idem uoluit Dec. in d. cap. 1. nume. 60. uerſ. Et notandum eſt, vbi poſt Bald. dicit non præſumi conſilium; ita ut dicen-
23 dum ſit, conſilium malum non † præſumi, ubi autem conſtet de cõſilio, in dubio quem motum dictum iri ex cõſilio; Idem uoluit Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. quem refert, & ſequitur Grat. conſ. 52. In cauſſa huius, num. 39. uerſ. Imo conſilium, uol. 2.
24 Mediolani aũt ea † ſeruatur praxis, ut perſuaſores delictorum prius torqueantur ſuper mandato, & ubi negent ſe mãdatũ dediſſe, extra ordinem puniantur,
* & ita* ſolere excellentiſſimum Mediolani Senatum teſtatur Clar. lib. 5. §. fi. q. 88. nu. 2. uerſ. Senatus tamen.

Quid rurſum, ſi conſulẽs conſiliũ reuocauit? Nulli etenim ſubijcietur pęnę,
25 etiamſi pòſt conſilium† reuocatum tũ, facinoroſum aliquid patretur, plures adducuntur, qui ibi uideri poſſunt apud Dec. d. l. cõſilij, nu. 14. uerſ. Quintò conſulens. Idem in cap. 1. nu. 58. uerſ. Decimò conſulens, de offi. deleg. Verùm Salycet. in l. unica. C. de rapt. Virgin. nu. 18. uerſ. Quęro 4. maximã hoc in caſu conſtituit differẽtiam inter reuocationem mandati, & reuocationem conſilij, ut
26 reuocatum † mandatum, mandatario tñ intimatum excuſet mandantem, reuocatum autem conſilium non excuſet conſulentem, qm̃ cùm mandatum fiat gratia ſolius mandantis, præſumitur mandatarius illud reuocatum ſciens, non executurus mandatum; conſilium uerò, cùm illius gratia tantùm, fiat cui conſulitur, l. 2. in fi. ff. mand. etiam reuocato conſilio haud difficile erit iam deſtinatum proſequi maleficium. Quam ob rem Feli. in cap. 1. de offic. deleg. nu. 10. uerſ. Limita quintò, declarans dictũ Innoc. in cap. ad audientiam, de homici. uoluit reuocationem mandati uni poſſe notificari mandatario, ad hoc, ne mandans in poſterum teneatur; reuocatum uerò conſilium, & conſulenti, & ei, in
27 cuius † præiudicium fuerat conſultum, notificandum eſſe. Idem Feli. in cap. ſicut dignum, in ultima conclu. de homicid. Saly. in l. 1. 10. quæſt. C. de rapt. Virg. Bar. in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur. Specul. in tit. de leg. §. Iuxta, uerſ. Sed quærit, quomodo occaſione, Boer. deciſ. 262. Et dico q Ioannes, num. 11. uerſ. Et ſic potius, & num. 12. uerſ. Secus eſt in mandante. Boſſ. in Tit. de Mandato, num. 59. uerſ. Et communis conclu-
* ſio, & hoc eſſe * notandum ſcripſit Bal. in §. ope, nu. 5. uerſ. Reſpondeo in mandante, Inſt. de obl. quæ ex delict. Carer. in ſua praxi crimin. §. circa, num. 157. & 158. uerſ. Idem excuſatur. quo fit ut nõnihil dubitem de eo, quod ſcripſit ibid. nu. 156. uerſ. Et limita, ubi uult ſuffi cere
28 † conſilium fuiſſe reuocatum, uel expreſſe, uel etiam tacite, non tamen de-
29 bet nominare † perſonam, ne ſcandala exoriantur, ſed tantùm commonere eum, ut ſibi caueat Baiard. ad Clar. q̃ſt. 88. uerſ. Item adde, quod volens.

Vbi aũt fuit conſilium ſpretũ uel nõ acceptatum, tunc profectò conſiliũ non obligat conſulentem, Carer. in d. §. circa, a nu. 156. uerſ. Facit dictum.

Suppoſita autẽ doctrina Bartoli in l. Aut facta, in fi. princip. ff. de pœn. quòd ſcilicet, qui conſilium malum de nocte

Digitized by Google

dedit,duplici puniatur pœna,non quia
de nocte principaliter,ſed q̃a debet cõ-
ſulens ea puniri pœna,qua principalis,
apparet man feſtè,quòd ſi perſuaſus,vel
30 conſultus non † delinquat nocturno tẽ-
pore, non duplicabitur pœna ex conſi-
lio conſulenti, quinimo eo caſu non te-
neri abſolutè conſulentẽ, niſi conſilium
31 per ſe conſideratum eſſet† titulus crimi
nis,quia puniretut etiam nõ ſecuto ma-
leficio , ſimplici tñ pœna , ita intelligo
Salyc.in l.1.C.de rapt.virg.Bart.in l.nõ
ſolum §.ſi mandato in fi.ff.de iniur.Are-
rin.de Maleficijs in verbo Mandatorem
in fin.Decium,vbi alij recenſentur,& in
l.cõſilij,nu.10.verſ.Et vlterius ff.de reg.
iur.& in cap.1.nume.5.verſ. Quartò ad
hoc,cum duob.ſeqq.de offic.deleg.

Detegitur etiã veritas illius quæſtio-
nis, quam decidit idem Bart.in l.is , qui
opem,in fin.verſ.Quędam ſunt qualita-
tes ff.de fur.quòd ſi quis cõſulat de die,
& maleficium cõmittatur de nocte,quo
32 niam cõſulens† tunc obligatur,cùm de-
lictum perficitur,de nocte incipiet obli
gari, & tenebiť de nocturno maleficio.

Falluut hæc omnia in cõſulente, per-
ſuadente,vel etiã mãdante id, quod de
33 iure communi † non eſt delictum , qm̃
mandans , vel conſulens non tenebitur;
quare ſcripſit Iaſ.in l.ſi is,qui ꝑ empto-
re,nu.381. verſ. Aut ſtatutum ff.de vſu-
cap.quòd ſtante ſtatuto, vt ſi quis inue-
niatur de nocte puniatur in centum , ſi
34 ſcholaris† mittat famulum de nocte,nõ
pnnietur ſcholaris, quoniã ſtatutum in-
ducens de nouo delictum,qđ nõ erat, li
mitatè materiæ dat pœnam , terminos
35 ſuos non egreditur,extraordinariè † tñ
punietur,Iaſ.loco cit.poſt Salyc.in l.nõ
ideo minus. C.de accuſa.ne in id incida
mus abſurdum , principalẽ videlicet in
aliquo nõ puniri contra tex.in l.Ita vul-
neratur ff.ad l.Aquil.

36 Quid autem† differant,conſulere, fa-
cere,pſuadere,hortari,inſtigare,manda
re,vide Bald.in l.data opera,num.79.C.
de his, qui accuſ.nõ poſſ.eũdem in l.ob
hæc verba,nu.2.ff.de his,qui not.infam.
Bertaz.cõſ.crim.341.Prima itaq; facie,
num.34.verſ.Nam minus, vol.2.Bart.in
l.non ſolùm §.ſi mandato ff.de iniur.Io.
Bapt.Baiard.ad l.Clar.quęſt.88.num.7.
verſ.Item adde,quòd inter.

DE CVLPA Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Culpa non præſumitur,niſi probetur.*
Culpa præſumitur interdum ex natura actus.
3 *Prouocans præſumitur eſſe in culpa .*
4 *Culpa præſumitur interdũ ex natura loci.*
5 *Nauta, ſi rectam nauigationem contem-nant,dicuntur eſſe in culpa.*
Niſi iuſta ſubſit cauſſa.nu.6.
7 *Piſcatorum culpa adſcribitur naufragiũ,ſi lumen nocturno oſtenderint tempore .*
8 *Culpa eſt facere contra pacta .*
9 *Commodata re ad vſum non deſtinatum vtens committit furtum.*
10 *Conductor ad vſum non conuentũ re conducta vtens,incidit in pœnam legis Aquiliæ.*
11 *Locans equum perſona ſuſpectæ,quid facere debeat, cautela .*
12 *Aeſtimatio rei conductæ non inducit venditionem .*
13 *Aeſtimatio in commodato ; & locato , non transfert caſus fortuitos.*
Sed tantùm releuat dominum ab onere probandi iuſtum pretium,nu. 14.
15 *Culpa præſumitur ex natura temporis .*
16 *Oſtium benè firmatum,nocturno tẽpore fractum,non conſtituit incolam in culpa.*
17 *Oſtium media nocte relinquens apertum dicitur in culpa.*
18 *Paſcua. In paſcuis relinquens bouem , vel equum , quando teneatur,ſi rapiatur.*
19 *Culpa non tenetur,qui facit, quod communiter agi ſolet .*
Maximè ſi trãſierit in vim conſuetudinis , num.20.
Niſi noua ſuperueniat cauſſa, nu.22.
21 *Culpa tenetur,qui non facit, quod alij facere conſueuerunt.*
23 *Cuſtos tenetur nocturno tempore cuſtodiã geminare.*
24 *Cuſtodi imputatur carcerati fuga,ſi nocturno tempore abſit cuſtos .*
Vel carceratũ nocturno tẽpore in ſtrictio-
res

ves non iniecerit carceres, num.25.
26 *Cuſtodi adſcribitur, ſi nocturno tempore*
carceratos vagari permittat.
Niſi ita ſe habeat regionis cõſuetudo.n.27.
Fallit,& alijs modis, remiſſiuè,nu.28.

ARGVMENTVM.

¶ In cõmiſsis, vel omiſsis nocturno tempore, quando fortuiti caſus in Culpam conuertantur.

CVLPAM, cũ ea
ſit delicti ſpecies,
1 non† præſumi,niſi
probetur, ſcripſit
D.meus Præſ.Menoch.de
prẹſump.
lib.5.præſum.3.n.
126.verſ. Et huius
quidem ſententiæ, eſt text.in l.fin.ff.de
cuſtodia reorum, Crauet.conſ.151.nu.
11.Syluan.conſ.46.Vidi celeberrimè,n.
4.Capra, Alex.Bal.Bolognin.Ang.Barbat.de
quibus Maſcard. de probat.concluſ.468.
Culpam non præſumi,in prin.
Præſumitur tamen.
2 Interdum ex natura† actus;quare furtum,
& incendium ſemper culpã includunt,
Bald.in l.ſi creditor,nu.4.C.de pignor.act.
D.meus Prẹſ.Menoch.loco ci.
nu.128.verſ.Declaratur primò, Alex.&
Bart.l.ſi quis ex argentarijs, §.prætor
ait,ff.de edend.Syluan.conſ.46.Vidi celeberrimè,
nu.8.Maſcard.laté loco cit.a
nu.7.verſ.Hinc inferri poteſt, text.in l.
nam ſalutẽ,ff.de offi. præfect.Vigil.Bellon.
in §.item is,num.11.verſ.Ideo dicebat,
Bar.inſt.quib.mo.re cõtr.obl. Affli.
deciſ.57.Illo die,nu.3.verſ.Aliàs ceſſantibus
coniecturis,late Aretin.in trac.de
Malef.in verbo Incendiario,Ioſeph Ludouic.
deci.Peruſ.25.Magiſter vicus,D.
meus Menoc. de arbitr.lib.2. caſu 390.
Incendiarij, Angel. in conſ.197.Incendium,
num.3.verſ. Et præſumitur in dubio,
Viuius com.opin.493.Iaſ.in l.prætor
ait, §.prætor ait,num 30.ff.de eded.
3 Eadem ratione, qui† prouocat cenſetur
ipſe eſſe in culpa, Alex.in conſ.119.nu.
4.lib.1.Bart.in l.ſi ex plagis,§.tabernarius,
ibid.Bal.ff.ad l. Aquil. D.Menoch.
loco cit.num.131.ver.Declaratur,2.Maſcard.
loco cit.nu.19.verſ.Quarto loco.
Natta conſ.6.Viſo proceſſu, nu.6.verſ.
Et videtur,vol.1.plures adducit Rolan.
a Valle conſ.63.Viſa inquiſitione, nu.5.
verſ.Quia in culpa,vol.2.
4 Interdum ex natura † loci.Ea de re,
culpæ naturarum, mercium adſcribitur
5 iactura,qui recta nauigatione† contempta,
littora deuia ſectantur, Cor.conſ.
273.Viſis proceſſu, & ſtatuto per totũ,
vol.1.Boer.deciſ.178.Et primò, nu.32.
Crauet. conſ.115. Nobilis Gulielmus,
num.5.Iaſ.Bart.Ang.& alij, de quibus
Benuenu. Straccha in tract. de Nautis,
par.3.num.6.verſ. Culpæ etiam nautæ,
Alber.in l. cum proponas, num.1.C.de
6 Naut.fœnor.niſi† iuſta ſubſit cauſſa,neceſſitas
ſcilicet, incontinenti nauis reficiendæ,
vis ventorum, tempeſtatum impetus,
metus piratarum, vectigal illicitum,
& alia huiuſmodi, vt poſt plures
ibi allegatos Straccha loco cit.verſ.Niſi
iuſta cauſſa.
Fallit, ſi piſcatores nocturno tẽpore
expiſcẽtur cum lumine,quoniam ſi viſo
lumine,nautę ad lumẽ properarint exiſtimãtes
ſe ad portum appellere, occurrant
autem ſcopulis, atq; naufragentur,
7 id nõ nautarum, ſed† piſcatorum culpæ
erit adſcribẽdum,tex.in l.ne piſcatores
ff.de Incen.ruin.& naufrag. Straccha de
Nautis par.3.num.34.verſ. Illud tamen
declarationis.
Interdum ex accidente cõuentionis,
8 qui.n.† contra pactionem facit,in culpa
eſſe dicitur, gloſſ.in l.videamus in prin.
in verbo,Suo nomine,ff.locati,Straccha
loco cit.nu.52.ver.In ſumma; quare dicere
conſueuimus,quòd qui re commo-
9 data ad† alium vtitur uſum,quàm ad deſtinatum,
furtum dicitur cõmittere, §.
furtum autem,Inſt.de oblig.quæ ex delicto,
ibid.Areti.& omnes. Idem omnino
in locatione,& conductione, qui.n.
10 equo vtitur† aliter, quam fuerit conuẽtum,
ſi damnũ aliquod ſuſtineat equus,
incidit conductor in pœnã legis Aquiliæ
l.qui inſulam,§.qui mulas, ff.locati,

Digitized by Google

quare dant cautelam Iaſ.& Bar.ꝙ quã-
11 do equus locatur perſonæ † ſuſpectæ,
putà ſcholari, detur illi æſtimatus, qm̃
omne periculum, ipſi etiam fortuiti ca-
ſus indiſtinctè conductorem afficient,
Iaſ.in l.vn.nu.5.ff.de æſtimat.actio. nec
12 ideo erit † venditio, Bar.in l.ſi vt certo,
§.nunc videndum, in fin. ff.commodat.
13 Quãquam in † commodato, & locato,
noluit hoc caſu Abb. ex æſtimatione
transferri caſus fortuitos, ſed id tãtùm
14 operari, vt † releuetur dñs ab onere ꝓ-
bandi iuſtum, & verum pretium, conce-
dens cautelam quoties in ijs eſſemus cõ
tractib. de quorum natura eſt, vt tran-
ſeat dominium, & æſtimatio arguat vẽ-
ditionem, Abb.in cap.vnico, nume.23.
verſ.Vltimò poteſt hic quæri, de com-
modato. Sed non eſt hic locus.
15 Interdum ex natura † tẽpis; quam ob
16 rem, licet, qui media nocte † oſtium fir-
mauit bene, ſi vel frangatur, uel perfo-
retur, non dicatur ea de re eſſe in culpa,
ut poſt ... ſcripſit Iaſ.in §.ſed iſtæ,
nu.47.verſ.Item ſi oſtia. Inſt.de act.qui
17 tñ media nocte oſtium dimittit † aper-
tum dicitur eſſe in culpa lata, ſi quippiã
contingat Bald.in l.ſolam, nu.13. verſ.
Item ſi uolo probare, C.de teſtib. Niſi
fortè ita omnes illius regionis facere cõ
ſueuiſſent. Quare dicere conſueuimus,
18 quòd † bouem alienum in paſcuis no-
cturno tempore dimittens, ſi eum lupus
deuoret, uel rapiant fures, tenetur, cùm
ſit in culpa, niſi omnes, ita facere conſue
uiſſent, præſertim dominus bouis, ita
gloſ.in l.ſi negocia, in uerbo, ſit ſolitus,
ff.de nego.geſt.ibid.Barto.nume.1.verſ.
Vlt.glo.Specul.in tit.de Locato.§.Poſt-
quam, nume.12. verſ.Quid ſi locaui tibi
boues meos, Bald.in l.nemo deinceps,
nume.7.uerſ.Doctores inducunt, C.de
Epiſcop.audient. qui licet non loquan-
tur in ſpecie de nocte, de eo tñ præci-
puum tẽpe ſunt intelligendi, prout eos
intelligit Firman.in verbo, Famulus, nu
me.20. & generaliter dicere conſueui-
19 mus, ꝙ † non eſt in culpa, qui illud agit,
quod communiter agi ſolet l.quis ſit fu-
gitiuus, §.apud Labeonem, ff.de ædil.
ed.Rom.conſ.369.Circa primum num.
34.uerſ.Igitur non eſt culpa, Iaſ.in l.de
quibus, ff.de legibus, Barto.in l.ſi nego-
cia, ff.de nego.geſt.Gratus conſ.94. Vi-
ſis facti ſpecie, num.40. verſ.Tertiò fa-
cit, lib.2. per text.in l.3.ff.ad Macedon.
in l.pignus, C.de pignor.act. maximè ſi
20 tranſierit in vim † moris, & conſuetudi
nis, Gozadin.conſ.63. Videtur prima fa
cie, num.18.verſ.Ergo talis conſuetudo,
Rota Genuenſ. deciſ.56. Hieronymum
Bazurrum, num.7.uerſ.Ita in terminis,
latè Cotta in ſuis Memoralibus, in ver-
bo, Conſuetudo facit, Bald.in l.pignus,
* in princ C.de pigno.act.de * communi
Barthol. Bertaz. conſ.crimin. 70. Dubia
ſubtiliter, nu.12.uerſ.Tertiò, ſi eſſet ue-
rum, vol.1.idem conſ.crim.387. Magni-
ficus, num.17.uerſ.Non poteſt dici, uol.
21 2. Sicut uerſa uice, is dicitur in † culpa
eſſe, qui non facit, quod alij facere con-
ſueuerunt, Craue.alios citans conſ.79.
num.6.Surd.deciſ.198. Cõtentioſè, nu.
16. uerſ.Culpa autem, idem deciſ.87.
Ad impediendum, num.4.verſ.Eſt enim
culpa, Bald.conſ.463.Statuto Commu-
nis Papiæ, num.1. vol.3.

Licet aũt non ſit ei in culpam adſcri-
bendum, qui fecit quod alij facere con-
22 ſueuerunt, fallit tñ rõne † nouæ cauſę,
quia noua etiam adhibenda eſſet cuſto-
dia, aliàs incideret non adhibens in cul
pam, puta in caſu bouum, ſi lupi nadũt
per contratam, placet Baldi uerbis uti,
qui non ſunt ſoliti ire, & in caſu noſtro
inſurgunt fures, qui aliàs non aderant,
nec furari conſueuerant, Bald.in d.l.ne-
mo deinceps, iu fi.uerſ.Iſtud eſt uerum,
C.de Epiſcop.audient.

Attenta etiam nocturni temporis, ra-
23 tione, tenetur cuſtos cuſtodiam † gemi-
nare, ꝙ ſi ſecus faciat, carceratiq; aufu-
giant, fuga cuſtodi imputabitur, text.in
l.1.C.de cuſtod.reorum, ibid.Ange.nu.
3.uerſ.Vltimò not.Bal.in l.More Roma
no, in ultimis uerbis, ff.de ferijs. Eodem
pacto cuſtodi imputatur, ſi nocturno tẽ
24 pore † abſit cuſtos, & carceratus aufu-
giat, Franc.Becc.conſ.44.num.12.in fin.
& nu.19. uol.1. de quo etiam in propo-
ſito Farinac.q.31.num.40. uerſ.Amplia
decimò, lib.1. idẽ omnino, ſi cuſtos no-

cturno

Digitized by Google

25 cturno tpe carceratum in † ſtrictiorem
non iniecerit carcerem, ideoq; aufuge-
rit, adſcribitur.n.fuga eiuſmodi cuſtodi
ipſi, Farin.d.q.31.num.38. verſ. Amplia
nonò, lib. 1. Multoq; magis erit in culpa
26 cuſtos, ſi nocturno tpe carceratos † exte
rius vagari permiſerit, Bald.in l.1. nu.4.
verſ. Nota φ oēs carcerati, C.de cuſtod.
reor. Paris de Put.de ſynd.in verbo, Car
cer.c.3. An ſi plures, nu.15. verſ. Quint-
27 mo ēt ſi carcerarius. Niſi ita ſe habeat †
regionis cõſuetudo, ut eadem cuſtodia
adhibeatur de nocte, quæ diurnis horis
adhiberi conſueuit, qm omnis pena erit
cuſtodi condonanda, Paris de Put. loco
cit. Bal. cõſ.32. Primus qõnis articulus,
nu.2. verſ. Secundus articulus, vol.3. D.
meus Præſ. Menoch. lib.2. de arbitr.iud.
caſu 302. Cuſtos carceris, nu.6. verſ. De-
clarat primò, Boer. deciſ.217. Et vr dicē
dum.num.5. verſ. Quā limitat, qui dicit
* ita * concluſum fuiſſe, Farin.d.q.31.nu.
42. verſ. Limita hanc, lib.1. & diximus
28 in cap.de Cuſtodia. Fallit, & † alijs mo-
dis in d.cap. notatis, vide ibi.

DE PISCATORE Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Piſcandi ius, vt quis ſolus expiſcetur, poteſt introduci, ex conſuetudine.*
Modo non ſolùm ſolus expiſcetur, ſed etiā alios reijciat, nu.2.
3 *Piſcandi ius poteſt in flumine certo per ſententiam prohiberi.*
4 *Piſcandi ius ex conſuetudine feudali eſt inter regalia.*
5 *Piſcandi ius attento iure communi omnibus competit.*
6 *Piſcatores nõ debent tenere lumē de nocte.*
In loco ſcilicet periculoſo, nu.7.
Temperat Author, nu.8.
9 *Piſcatores lumen nocturno tēpore oſtendentes, tenentur naufragis tanquā raptores.*
Fallit ſi acclamantibus nautis piſcatores lumen offerant, nu.11.
10 *Furtū non cõmittit, qui fugitiuo iter monſtrauit, quomodo intelligendum, & ſic.*
Text. in l. furtum, ff. de furt. declaratur, ibid.

ARGVMENTVM.

¶ Piſcatores, nocturno tempore, in publico lumen habentes, quas pœnas ſuſtineant; Nouum Authoris temperamentum.

POſtquam de culpa actum eſt, atq; aliquid de Piſcatorū culpa diſſeruimus, qui nocturno tpe oſtendant lumina, operæ eſt pretium culpam illam ex profeſſo magis examinare.

Licet igitur ex lõgiſſimi tpis, vel præ-
1 ſcriptione, vel conſuetudine † nõ examino
no modò, poſſit quis ſibi ius vendicare,
vt ſolus alijs reiectis ius habeat expiſcā
di, vt eſt gl. in §. flumina, in verbo, omni
bus. Inſt. de rerum diuiſ. gl. in l. ſi qſquā,
& ibi tex. ff. de diuerſ. tēp. præſcrip. Are-
tin. in d. §. flumina, nu.2. verſ. vnde ſi plu
rib. annis, idem in §. & quidē, nu.2. verſ.
In gl. & mare, Inſt. eod. ibid. oēs, modò
non ſolùm ſolus fuerit in flumine, uel
mari expiſcatus, verùm ēt alios volētes
2 expiſcari † phibuerit, latè Crauet. de
antiq. tēp. par.4. ſect. Materia iſta, nu.81.
verſ. Aduerte pro intelligentia, Cæp. de
ſeru. ruſt. præd. in c.26. de Mari cū ſeqq.
3 Item per † ſententiā poſſit phiberi po-
pulus, ne certo in flumine poſſit piſcari,
quo caſu, & ſucceſſores prohibiti cēſen
tur, Gui. Papæ conſ.171. nu.4. verſ. Et li-
cet, D. meus Præſ. Menoch. cont.39.
Controuerſa, & grauis, nu.10. verſ. Illa
minor propoſitio. Attenta aūt cõſuetu-
dine feudali, ius expiſcandi dicat inter
4 † regalia c.1. in tit. q̄ ſint regaliæ eſt tit.
56. in vſib. feudorū; Põt ſiqdē princeps
ſibi venationes, & piſcationes reſerua-
* re, ut tādē poſt longā diſputationē de**
magis cõi teſtat Couar. de reſt. in 2. par.
§.8. nu.1. verſ. Nec dubito hāc poſterio-
5 rē. Attū attento iure cõi ius piſcandi †
omnibus cõe eſt non ſolùm in mari, ſed
etiam in fluminibus text. in §. & quidē,
& in §. flumina, Inſt. de rerum diuiſ.

Digitized by Google

Cauere tamen omninò debent piſca-
6 tores, ne oſtenſo † lumine, nocturno
tempore nauigantes fallant, quaſi in
portum aliquem delaturi, eoque modo
in periculum naues, & qui in eis ſunt
deducant: illorum enim adſcribetur cul
pæ ſi naufragium ea de re contigerit,
tex. in l. ne piſcatores. ff. de Incend. ruin.
& naufrag. Benuenut. Straccha de Nau-
tis par. 3. num. 34. uerſ. Illud tamen de-
clarationis, qui dicit notandum aduer-
ſus Anconitanos ciues, qui nocturno
tempore piſcatores cum luminibus ad
ſcopulos D. Clementis ſinunt expiſca-
ri, Bonif. Vitalin. de Malef. in Rub. Si
quid raptum eſt occaſione incendij, nu.
15. uerſ. Item nota, Cępol. de ſeruit. ruſt.
præd. cap. 44. ſub rubr. De igne, incipit,
Vltimò loco num. 7. uerſ. Quartò quæri-
tur, Sebaſtian. Medic. in tract. de Venat.
par. 1. q. 14. qui tamen hoc intelligit qñ
7 piſcatoris lumẽ ponunt in † loco pericu
loſo littoris maris, ut decipi, ac falli poſ
ſint nauigantes, ſecus ſi alibi, poſt gloſ.
1. in d. l. ne piſcatores. ff. de incend. ruin.
& naufrag.

Quod admitto ego libenter ne teneã
tur tanquam raptores, quia nõ eſt factũ
8 naufragium, dixerim tamen teneri ad †
damna, & intereſſe, ſi quod interceſſit,
ratione longioris uiæ, uel ea de re peri-
culi alicuius incidentis.

Tenẽtur aũt hi piſcatores ſecuro nau
9 fragio, ac ſi ipſi † rapuiſſent, doctores al
legati, gloſ. in d. l. ne piſcatores nocte in
uerbo, efficiant per tex. in l. 1. in prin. C.
de famoſ. libel. in l. 1. §. fi. ff. de ſeruo cor
rup. & alia iura ibi allegata. Et text. in l.
furtum, ff. de furt. qui uidetur contra-
10 rium innuere, furtum † non committit,
inquit text. qui fugitiuo iter mõſtrauit,
euitatur, quoniam ibi monſtrauit iter,
ut ſeruus iram domini euaderet, gl. in d.
l. furtum, per text. in l. qui uas, §. qui ex
uoluntate, ff. eo. de furt. Quo fit, ut no-
11 ſtro caſu, ſi deſperantibus, & † acclamã
tibus nautis piſcatores lumen offerrẽt,
vt nautæ tempeſtatum iram euadere
poſſent, ſi inde contingeret naufragiũ,
non ideo exiſtimarem ego id nautis ad
ſcribendum per ſupradicta.

DE VENATIONE
Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Venationis materia, remiſſiuè.*
2 *Leporis venatio.*
3 *Venatio cur nocturno tempore felicior.*
4 *Venationes quædam nocturnæ olim Præfecto vigilum vrbis Romæ commiſſæ, & quæ.*

ARGVMENTVM.

¶ Venationes nocturnæ, cur felicio-
tes, plenus ad id Bargęi locus Ve
nationes quædam nocturnæ Pręfecto Vigilum vrbis Romæ olim
commiſſæ, quæ, remiſsiuè.

PIſcatoriæ arti ꝓximam eſſe Venationem nemo eſt, qui non intelligat, ita ut uix ſit reperire interpretem ex ꝓfeſſo alterum caput pertractantẽ, qui & prætereа alterum caput, vel non prorſus examinet, uel certè ex maxima parte declaret.

Non ſum autem is ego, qui hic ex ꝓ-
feſſo de Venatione agere velim: nec.n.
id ſuſcepta expoſtulat materia, nec mei
eſſe video ſtudij, vt ſi id experiri velim,
1 aliqua ex parte poſſim conſequi. De re †
hac uideri poterũt Cęlius Rhodiginus
lectionum antiquarum cap. 20. lib. 14.
Vuecherius, Io. Thomas Phrygius, Pe-
trus Victorius, Xenophõ, & alij de qui-
bus Thomas Garzonius in ſuo Theatro
cap. 59. & ex noſtratibus, qui innumeros
recenſet, & latiſſime negocium pertra-
ctat Tiraq. in tract. de Nobilitate ca. 37.
a nu. 138. verſ. Galliæ Nobiles, & Io. Pe
trus Molignat. in 1. & 2. parte tractatus
de Venatione ferarum, Couarr. de reſt.
in 2. part. §. 8. Decimò, per totum, Cæp.
de ſeruit. ruſt. prædior. cap. 26. de Mari

cum

eum ſequen. Sebaſt. Med. in tract. de Venat. per totum.

Quod tñ ad nocturnum ſpectat tempus, nequid intentatum relinquamus, ſi id poſſit fieri, non eſt animus eas ſigillatim referre venationes, quę noctu fiant, conſulantur ij, quorum hoc ſit ſtudium.

a Sed nec poſſum reticere † leporis venationem, de qua Erud. tiſs. Petr. Angelius Bargæus, cui dum Piſis publicè iura ciuilia profiteretur, ego maximè fui familiaris, ſi id ſine ambitionis nota poſſit referri, quem tandem ſenio confectiſſimum acerbiſſima ſubreptū morte deplorauit tum vniuerſa litteratorum reſpub. tum maximè, qui Piſis eo degebamus tempore, eum in funere laudante nūquam ſatis laudato viro, meiq; mirū in modum amantiſſimo Iacobo Mazonio Cæſenate.

Locus Bargæi is eſt Libro Cynegeticorum ſexto.

Quod ſi fortè piger ſtratis ſurrexeris alto
Iā mane, & libeat venatum exire per arua:
b *Ipſe ſine ante calor primo ſe† veſpere frāgat,*
Et ruat Oceani iam Sol decliuis in vndas.
Nanq; die, cùm rura æſtum ſenſere furentē,
Omnia conſumpto pereunt veſtigia odore.
Ergo age ſolue canes, lati quà ſepibus agri
Horreſcunt, ſegetemq; rubis fructicantibus vmbrant:
Quaq; adeo rauco labuntur murmure riui:
Roſidaq; humectant gelidi violaria fontes.
Atq; illic leporē paſcentem in gramine lato,
Ni fortè, & noctis captātem frigus opacum,
Inuenias, reuocare gradus ad limina villæ
Iam poteris, raraſue plagas, & retia tecum,
Quæ tuleris prudens, circundare callibus, & mox
Certus in inſidias catulis vrgere latentem.
Ille ruet, tenebriſq; adeò confiſus opacis
Occultos cadet in laqueos, mæſtoq; vlulatu
Accuſetq; homines, & fata aduerſa, Deoſq;
Atq; hæc cùm longis procedit menſib. annus
Verùm bruma madens, rapidas vbi contrahet horas,
Aſperaq; hyberna ſuperabāt tēpora noctis,
Venatu indulge aſſiduo, dū Phœbus ab ortu
Surgit, & obſcuris circūtegit arua tenebris,
Tū tellus impreſſa ſemel, quē cœperat ante
Seruat, & hac illac notum diffundit odorem.

Eſt & ad id locus Baptiſtæ Fonteij Primionis in lib. 1. Plumbicaui.

Venimus huc ipſi per deuia, perq; latentes
Venatum ſaltus, rabida mouere ſagaci
Nare canes timidas ſub ſero veſpere damas.

4 Sed & quaſdā uenationes † nocturnas præfecto vigilum urbis Romę, & cōmiſſas & concreditas aduerſus fures, & deteſtabiles raptores poſt Caſſiodor. lib. 7. Variar. cap. 7. recenſet Petrus Greg. Toloſan. par. 3. Syntag. iur. uniuer. in tit. de Action. lib. 47. cap. 35. in tit. particul. de Præfecto urbi, nume. 11. uerſ. Caſſiodorus in forma.

DE AVIBVS.
Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Noctua fabella.*
2 *Nyctimene Epopeï Lesbiorum Regis filia ex C. Iulio Higino.*
3 *Nictimene Nyctei filia ex Farneſio.*
4 *Noctua falſitatis eſt argumentum.*
5 *Noctua Mineruæ ſacra, & quare*
6 *Veſpertilionis fabula.*
7 *Veſpertilio potius appellanda cum latinis, quam* Νυκτερὶς *cum græcis ex Authore, & quare*
8 *Veſpertiliones, Mineides nuncupatę ex Fonteio.*
9 *Nycticorax coruus nocturnus.*
10 *Nycticorax alio nomine Cicuma.*
11. *Aſcalaphus in bubonem commutatus.*
12 *Bubo inter aues nocturnas,*
13 *Bubo cur nocturno tātū appareat tempore.*
14 *Nocturna animalia, in uniuerſum capitata & timida.*
15 *Falcones magnum caput habentes condemnantur, & quare.*

ARGVMENTVM.

¶ Aues nocturnæ recenſentur. Noctuæ vera ſignificatio obſeruatur. Falcones magnum caput habentes condemnantur.

Digitized by Google

AVES nocturnæ, licet eæ
plereque ſint, que ſcilicet
nocturno peruolant tem
pore, non tamen adhuc
plures, quàm quæ ſubij-
ciuntur, apud græcos potui reperire.
1 Νυκτιμένη Noctua† ſcilicet, quæ tum
Latino, tũ Greco idiomate a nocte de-
nominatur. Cuius fabellam perpulchrè
proſequitur Sulmonenſis Poeta li. Me-
tamorphoſ. 2. hoc carmine.

Quid tamẽ hoc prodeſt, ſi diro facta volucris
Crimine Nyctimene, noſtro ſucceſſit honori?
An quę per totam res eſt notiſsima Lesbon,
Nõ audita tibi eſt, patrium temeraſſe cubile
Nyctimenẽ? auis illa quidẽ, ſed cõſcia culpę,
Conſpectum, lucẽq; fugit, tenebriſq; pudorẽ
Celat, & a cunctis expellitur æthere toto.

Hanc eandem comprobat fabellã ea
2 dem ratione, quoniam ab† Epopeio Le-
sbiorum rege patre compreſſa filia Ny-
ctimene, Mineruę cõmiſeratione in no-
ctuam transformata in lucem pudoris
gratia non procedit, ſed noctu patet tã-
tum, comprobat inquam, C. Iulius Hy-
ginus fabula 204. Nyctimene.
Sed pulchre certè de more; Nyctime-
nẽ, poſt fabellã, fallaciã, ſi verè, ſerioq;
loquamur, dicit, D. Henric. Farneſius
Eburo, de ſimulacro Reipub. li. 2. Pane-
gyr. 4. cap. 5. Nõ eſt nyctimene in prin-
cipio, dum dixit Nictimenen non illam
3 † Nyctei filiam, quam. n. Epopeij filiam
dicit Hyginus loco ſuperius citato, hãc
Nyctei filiã ſcribit Eburo; non inquam
Nyctimenen illam Nictei filiã ab ipſo
4 patre conſtupratam, ſed† falſitatem ve-
ritatis pellicem, græcè a Nocte dictam,
q noctem amet fallacia, nec quicquam
adeo metuat, q̃ videri; Quanquã alibi
idem Farneſ. in eod. ſimulacro, ſ. lib. 3.
Panegyr. 5. cap. 3. Cum bono viro. No-
5 ctuam, ſacram † Mineruæ eam ob rem
dicit, quoniam ſignificationẽ habet hęc
auis ſtudij, & prudentiæ. Vide eum.
6 Νυκτερίς. Veſpertilio, quæ ex Aeſopi†
fabulis nocte apparet dũtaxat, quia cre-
ditores, a quibus argentum olim ſuſce-
perat, inita ſocietate cũ Rubo, & Mer-
go, decoctis oib. valdè ptimeſcat. Quã-
7 quam eã† libentius Veſpertilionẽ appel-
larim ego cum Latinis, q̃ cum Græcis
Νυκτερίδα. Nec. n. interiore peruolant
nocte, ſed potius ijs deij, noctiſue in-
terſtitijs, quæ crepuſcula appellamus.
8 Has in puncto† Mineides appellat
Baptiſta Fonteius Primio in ſuo Plum-
bicano in lib. 1.

Quin etiam tenebris, ſoloq; foramine, cęcis,
Nomina, quæ a ſera ducunt Mineides hora
Innumera, denſę latitant ſub tẽpore noctis.

9 Νυκτικόραξ. Coruus† nocturnus, q &
Nycticorax a Dauide Regio Propheta
appellatur in Pſalmo, 101. Dñe exaudi
orationem meam. Ex ritu Ambroſiano.
Lectio autem Romani ritus eod. Pſal-
mo 101. habet, Vigilaui, & factus ſum,
ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Quem. n.
Nycticoracẽ Ambroſiana litterra, hunc
Paſſere ſolitariũ dicit Romana. Hũc &
10 † cicumã appellat Rhodig. lib. 17. Lec
antiquarum cap. 11. Solent in fin. par. 2.
Apud Latinos eſt & Bubo, hũc βύας ap
11 pellant græci, auis, in † quã Aſcalaphus
fuit cõmutatus apud Ouidiũ; Bubones
12 inter aues nocturnas† ſcribit Io. Bapti-
ſta Porta, lib. 2. de Humana Phyſiogno-
monia, c. 1. in tit. de Capite, in Rub. Ma
13 ximam caput, dicens, Bubones† noctur
no tempore, nõ autem de die apparere,
ne a cæteris auib. præ ſua ignauia deplu
ment. Idẽ Rhodigin. Lectionum anti-
quarum par. 2. lib. 17. c. 11. ſolent in fin.
14 Hæc nocturna† animalia in vniuerſũ
capitata, & timida, appellat Porta loco
15 citato, in † Falcones magnum caput ha-
bentes condemnat, quod ad auium no-
cturarum ſpeciẽ accedãt, quæ omnes, in
quit Porta, capitatæ ſunt, & timidæ.

D E D O L O

Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

1 *Dolus non præſumitur.*
Nec voluntas dolosè agendi, nu. 2.
3 *Dolus coniecturis probatur,*
4 *Fraus cõiecturis probatur, & præſũptionib,*
5 *Dolus cõiecturis probatur, ſi ſint perſpicuę.*
Seu

Seu clara, num.6.
Seu vrgentes, num.7.
Seu valdè euidentes, num.8.
Seu magna, num.9.
Seu efficaces, num.10.
Seu manifeſta, num.11.
Seu vehementes, num.12.

13 Doli coniecturæ debent plenè probari.

14 Coniecturæ perſpicuæ, & efficaces, inducũt potius dolum verum, quàm præſumptũ.

15 Dolus verus eſt, qui claris, & manifeſtis probationibus detegitur.

16 Coniecturæ in occultis, pro plenis probationibus habentur.

17 Coniecturis, quando detegatur dolus, Iudicis ſtandum arbitrio.

18 Cõiecturæ perſpicuæ ſemper requirũtur ad probandum dolũ in delictis in omittendo.

19 Coniecturæ 119. ad dolum arguendum, remiſſiuè.

20 Dolus conijcitur ratione facti.

21 Dolus præſumitur in committente aliquid repugnans diuinæ legi, ac naturali.

22 Homicida dicens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem debet probare.

23 Illicitus vbi eſt actus, excuſatio debet eſſe liquida.

24 Homicidium, &
Delictum quodlibet, quod altera temporis parte permittitur, prohibetur altera, cenſetur in dubio commiſſum tempore non prohibito.

25 Accuſatio debet eſſe clara, ſpecifica, & certa, alias reijcitur.

26 Accuſatio requirit expreſſionem loci, & temporis.
Saltem quo ad annum, & mẽſem, nu.27.
Vel etiam diei ad inſtantiam accuſati, vel inquiſiti, num.28.
Quæ inſtantia duplex eſt, expreſſa, & tacita, num.29.

30 Bartol. in l. non ſolum, §. ſed vt probari, nu. 2 ff. de op. no. nunc. declaratur.

31 Accuſatio requirit expreſſionem temporis, quoties delictum eſt certa temporis parte punibile, & certa non.

32 Mendacium arguit dolum.
Et quidem verum dolum, num.33.

34 Mendacium aliud eſt, aliud eſſe mendacẽ.

35 Mendacium eſt veritatis immutatio ex parte rei.

36 Mẽdax conſideratur ex parte voluntatis.

37 Veritas, quid ſit.

38 Mendacium non includit dolum, vbi ex eo non eſt cõmodum reportaturus mendax.
Contrarium eſt commune, num.39.
Maximè, ſi cum mendacio perſuadeat mendax, num.40.
Tanto magis; ſi commodum ſentiret imaginarium mendax, num.41.

42 Imaginarium commodum ſatis in lucro dicitur:

43 Mendacium nõ includit in dubio dolũ, quoties mendax ex mendacio dãno afficitur.

44 Mendacium non præſumitur in conſtituto in mortis articulo.

45 Mendacium non præſumitur in honeſtiore, & digniore perſona.
Saltem doloſum, num.46.

47 Mendaciũ licet in quolibet nõ præſumatur probato tamen mendacio, facilius in viliori præſumitur dolus, quam in honeſtiori.

48 Dolus in eo præſumitur, qui recta non incedit via.
Niſi iuſta ſubſit cauſſa, num 49.

50 Vectigalib. obnoxia in commiſſum cadunt recta non ſeruata via per itinerantes.
Niſi iuſta ſubſit cauſſa, num.51.

52 Tex. in l. Cum proponas, C. de naut. fœnore ceſſat ceſſante itinerantium audacia.
Audacia ceſſante, ceſſat commiſſum in itinerantibus, ibid.

53 Equus effrenus, ſine domini conſenſu rectã egrediens viã, non nocet domino, nec merces ideo cadunt in commiſſum.

54 Mulus, vel
Equus inuentus eſt, ergo dominus duxit, non eſt bona conſequentia.

55 Dolus præſumitur in contrahente in domo aliena.
Declarat Author, num.56.

57 Contractus celebratus in domo aliena facilius ex quibuſuis coniecturis doloſus præſumitur.

58 Clericus permutãs beneficium in ædib. alienis, quando præſumatur dolo ductus.

59 Quitatio facta in domo aliena ad fauorẽ perſonæ domeſticæ præſumitũ dolo extorta.

60 Priuignæ quietans vitricum, quando præſumatur dolo inducta.

61 Donatio facta in ędibus donatarij, quando præſumatur dolo extorta.

62 Dolus præſumitur ratione loci occulti.

63 Clam, & occultò facere, & eſſe in mala fide,

Digitized by Google

fide paria ſunt.

64 *Sexus nõ excuſatur in occultè celebratis. Maximè de iure canonico, nu.65.*

66 *Priuilegiatę perſonę non gaudent priuilegio in actibus clam celebratis.*

67 *Minores excuſantur, ſi clam agant.*

68 *Priuilegiatæ perſonę dũ occultè agunt non excuſantur ẽt, ſi agant de damno vitãdo.*

Etiam ſi actus, ſit de ſe licitus, nu.69.

Contrarium ſoluit Surdus, nu.71.

Prior opinio placet, num.72.

Niſi actus damnum contineat contrahentis, num.73.

70 *Emptor, ſi clam emat, fur preſumitur.*

74 *Dolus in eo præſumitur, qui nocturno facit tempore.*

75 *Lucem odit, qui malè agit.*

76 *Dolus maximè præſumit̃ in eo, qui aliquid agit de genere ſuſpectorũ nocturno tẽpore.*

Vel etiã aliquid facit ex ijs, quę licent modò, modò etiam prohibentur, nu.77.

78 *Priuilegiata perſona, miles, minor, mulier, ruſticus, eximũtur a fraudis ſuſpicione.*

Niſi aliquid nocturno peragant tempore, num.79.

Etiam, ſi certent de dãno vitando, nu.80.

Præcipuè, ſi actus celebret̃ inter perſonas prohibitas, prohibito etiã tempore, nu.81.

82 *Minor potius ex ſimplicitate præſumitur aliquid egiſſe prohibito tempore.*

83 *Mulier potius præſumitur ſimplicitate ducta, quàm acta dolo.*

Modo non agatur de re familiari, nu.84.

85 *Mulierum genus auariſſimum.*

86 *Dolus non præſumitur, nec ẽt nocturno tẽpore, quoties iudicis decretum interceſſit.*

Magisq; ſi interueniat plena cauſſa cognitio, num.87.

88 *Dolus excluditur per præſentiã Principis.*

89 *Priuilegiatis perſonis ſuccurritur in dolo præſumpto.*

90 *Dolus præſumptus dicitur culpa latior.*

ARGVMENTVM.

¶ Dolus, dum non præſumitur regulariter, conijcitur tamen, interdum ex facto, interdum ex dicto, interdum ex loco, interdum etiam ex tempore, quale eſt nocturnum. Priuilegiatæ Perſonæ, dum ratione nocturni temporis a doli ſuſpicione non eximuntur, quid de mulierib. & minoribus affirmandum, aut negandũ. Principis tamen, vel ẽt Iudicis præſentiam, omnem excludere dolum etiam nocturno tempore.

1 DOLVM nõ prȩſumi, nec quẽpiam † doloſè quicquã facere exiſtimari, eſt vulgata ſatis regula iuris, in qua cõueniũt oẽs, tex. eſt in l. meritò, ff. pro ſocio l. quotiẽs, §. qui dolo, ff. de probat. Maſcard. concl. 531. nu. 1. & 9. Crauet. cõſ. 319. Proponitur in facto, nu. 1. & hanc eſſe iuris * regulã teſtatur, D. meus Prȩſ. Menoch. de præſump. li. 5. præſumpt. 3. Differamus nunc, nu. 14. verſ. His ſic explicatis, D. Mant. de coniect. vlt. volũt. lib. 2. tit. 7. Teſtator, nu. 1. Alba cõſ. 291. Tranſactio, num. 2. verſ. Et dolus, Idem conſ. 458. In præſenti, nu. 3. verſ. Et qui dolum. Spec. in tit. de Pignor. in rub. num. 13. verſ. Sed quis probat, Iaſ. in l. non amplius, §. ſi certum, nu. 4. & 5. ff. de leg. 1. Viuius opin. 500. nu. 1. & opin. 676. nu. 6. Angel. de Vbald. cõſ. 405. In cauſſa, nu. 2. verſ. Sed eſt petita, Rolãd. a Vall. cõſ. 11. Omiſſo multiloquio, nu. 7. uerſ. Regula enim eſt trita, uol. 3.

2 Sed nec † uoluntas doloſè agendi prȩſumitur; Gozadin. conſ. 78. In hac cauſſa, nu. 2. uerſ. Secundò, quia.

2 Fallit quoties extant † coniecturȩ doli commiſſi: poſſunt. n. doloſi actus coniecturis detegi, & probari, Capra conſ. 140. Pro prȩfati, nu. 5. uerſ. De ipſa, l. dolum, C. de dolo, Ruin. conſ. 4. nu. 10. lib. 1. Crauet. conſ. 8. nu. 1. Barbat. Pariſ. Socin. iun. & alij, de quib. & D. meus Præſ. Menoch. d. lib. 5. præſump. 3. nu. 42. uer. Declaratur nũc hæc regula, & Maſcard. in concl. 530. nu. 2. Franciſc. Aretin. cõſ. 146. Viſa conſultatione, nu. 7. uer. Præterea Vincent. Franciſc. deciſ. 206. In

cauſſa,

cauſſa, nu.23.uerſ. Et quia dolus Boer. deciſ.101.Et ſic difficile,nu.4.ubi plures allegat, Rota Rom.in 3.lib.partis 3.in nouiſs. deciſ.1163. Teſtator legauerat, nu.3.uerſ.Neq. quicquam, Grat.conſ. 135.De duobus uidendum eſt,num.41. uerſ.His ſic pſuppoſitis,uol.1.Sicut, &
4 † fraudē coniecturis, & præſumptionibus pbari uoluit Anchar.conſ.388.In caſu præmiſſo, nu.4.uerſ. Conſtat.n.q̄ fraus Rota,Genuen.deciſ.3.Iacob. Gētilis.nu. 27.uerſ.Conſtat.n.Crauet.cōſ. 100.Titius,Seius,& Sempronius,nu.3. uerſ.Et quia probari nō poteſt, gloſ.in l.apud Celſum in prin.ff.de excep.doli Decian.cōſ.32.nu.4.lib.3. D.Menoc.lo
5 co cit.nu.43.modò coniecturæ ſint † pſpicuæ, ut poſt ibi allegatos tradit D. Mātic.de coniect.ult.uol.lib.2.tit.7.Teſtator, nu.1.D.meus Alexander Raud. conſ.56.Clariſſimus, nu.13.uer.Sicque adeſt, lib.1. plures allegat Bertaz.in repetit.l.ſi quis maior, C.de tranſact.nu. 848.uerſ.Sed tñ,Curt.iun.conſ.14 .nu. 8.Sebaſt.Medices in tract.de fort.caſib. par.1.quæſ.10.Poſtquam de negligētia, num.18.verſ.Quintò nota,Io.de Imola conſ.78.Viſis ac ponderatis,nu.2.uerſ. Quia dolus,Surd.deciſ.222.Nullitas in uentarij,nu.10.in fi.uerſ.At in pręſenti, Crauet.conſ.8.nu.1. Dec.conſ.106.nu. 26. Ancharan.conſ.281. In auxiliū, nu. 10.uerſ.Dolus autem, Benedictus Capra conſ. 161. Circa primum dubium, num.21.uerſ.Pro quo etiam, Abb.conſ. 109.num.3.par.2. Seraph.de Seraph.de Priuileg.Iuram.Priuileg.10.nu.2.ibi,& perſpicuis coniecturis,& hoc eſſe* uulgare,ut ſcilicet,qui dolum dicit, illum
6 probare debeat perſpicuo,& † claro modò ſcripſit Alba conſ.451. Et ſi præſens cauſſa,n.33.uerſ.Et uulgare eſt. Alij,qđ idem eſt, dixerunt dolū probādum per
7 *indicia † urgentia,de *cōi poſt alios ibi allegatos Rot. Genuenſ. deciſ. 76. In cauſſa Stephani, nu.7.uerſ.Et ita dicit gloſ. uel etiam per coniecturas ualde
8 † euidentes,Caſtrenſ.in l.dolum, C.de dolo,Rota Genuē.deciſ.168.In pręſenti.nu.12.uer.Et propterea,Io.de Imola conſ.78.Viſis,nu.2.uer. In caſu,uel etiā
9 per † magnas coniecturas, Vinc.de Frāchis deciſ.180.Maritum poſſe,n.6.uerſ. Etiam,quia dolus.Siue etiam eas dic
10 mus requiri coniecturas, † efficaces cū Decio cōſ.245.In cauſſa, nu.7.uerſ.Nō
11 obſtat;uel per claras,& † manifeſtas Rolād.a Valle cōſ.11.Omiſſo multiloquio num.9.uerſ.Et quidem indicijs,uolu.3.
12 ſeu etiam per † uehementes,Grat.conſ. 132.Etſi præſens, num.9.uerſ.Vnde iſta coniectura, uol.1.confundunt enim ſeu aliud pro alio ſumunt interpretes,dum his nituntur terminis.

Quę quidem coniecturæ,quæue præ
13 ſumptiones omni caſu † plenè probari debent,ita poſt Marſ.in pract.crim.in uerbo Diligenter,reſpondit Grat.conſ. 30.Viſis conſilijs, nu.10.uerſ. Nam etſi dolus,uol.2.

Quanquam hæ cōiecturæ perſpicuæ,
14 & efficaces inducunt † potius dolū uerum,quā m præſumptum, Mātua in ſuo Dialogiſ.claſ.4.ca.4. Quando quis, nu. 1.uer.Et hoc idem,D.meus Odd.de reſtit.in integr. par.2.quæſt.83. art.1.nu. 2.uer.Quòd dolus uerus,Alex.cōſ.103. Videtur, num.13.uerſ.Nam differentia eſt,lib.1.

Sed D.meus Præſ.Menoch.li.2.de arbitr.iu.caſu 194.Quoniā ſuperiore,nu. 35.uerſ.Eſſe autem ſolum, noluit,q̄ dolus uerus eſſet,qui claris, & manifeſtis
15 † probationib.detegeretur. Quod idē arbitror importare, quoniā in occultis
16 indicia,& coniecturæ pro † plenis probationib.habentur. Alex.cōſ.24. animaduerſis his, n.9.uer.Sed ita eſt,uol.2.poſt Bal.in l.ſi quis ex argētarijs, §.pen.ff.de edend.de * cōi Ioſeph Ludouic.cōcluſ. 45.uerſ.Ampliatur 6.Farin.in tit.de Indicijs,& Tortura,q.50.nu.38.uer.Quare,uel ſublimitationē, par. 1.poſt Boer. deciſ.164.nu.4.Crauet.conſ.73. nu.19. Pariſ.conſ.75.nu.18.lib.1. Oſaſch.deci. 72.nu.1.Eugen. cōſ.27. nu.12.& alios, de quibus in cap.de Probat.
17 Nos autem hæc oīa † iudicis arbitrio relinquamus, cum Cumano conſ.68.In præſenti,nu.3.uerſ.Quæ autem ſint.
18 Niſi ſimus in delictis in † omittendo; in quib. ſemper requiruntur perſpicuæ conie-

coniecturæ ad probandum dolũ, Alex.
in l.dolo.nu.2.verſ.In glo.ff.ad leg Fal-
cid. & aliqui ex ſuperioribus doctorib.
allegatis.

Coniecturas autem tot affert, & D.
meus Menoch. d.lib.5. præſumpt. 3. &
19 Maſcard.de probat.concluſ 531. ut iu-
ſtum conficere poſſint volumen, hic
enim poſterior Maſcardus centum. &
decem nouem recenſet declarationes,
quibus oſtendit dolum præſumi. Ego
verò inſtituti mei nunquam immemor,
eas tantùm recenſebo coniecturas, vel
quæ à nullis fuerint animaduerſę, vel
quæ aliquam patiantur difficultatem,
vel quæ neceſſaria egeant declaratione,
vel quibus ego aliquid de meo poſſim
addere.

Prima ergo eſt coniectura commiſſi
30 doli, ratione † facti, Dec.in ca.ſi aũt,nu.
12.verſ.Et adde,de reſcriptis,quãdo ſci-
licet quis graue commiſit delictum,pu-
ta,quia aliquem occiderit,vel grauẽ in-
iuriam alicui intulerit, quæ omnia cùm
21 repugnent † diuinæ legi, ac naturali, do-
losè facta præſumũtur in dubio,donec,
vel homicida,vel iniurians, ſe ipſum ex-
purgarit, dolumq; abeſſe demonſtrarit,
l.1.C.ad l.Cornel.de ſicarijs l.ſi non con
uicij,C.de Iniurijs, Angel.in l.plagij C.
ad l.flau.de Plagiar.Dec.cap.in præſen-
tia,nu.14.verſ.Difficilè videtur,de pro-
bat.Alciat.de præſump.reg.3.præſump.
1.ñu.10.uerſ.Vnde tu aliter dicas,& plu
res quos congerit D.meus Menoch. d.
præſumpt.3.à num.45.uerſ.Prima itaq;
cõiectura, Alb.cõſ.319.Quomodocũq;
nu.15.uerſ.Prima,quia,Carer.§.2 n.44.
Boſſ.in tit.de Inquiſitione,nu.113.Prac.
Papiẽ.in tit.forma inquiſitionis in glo.
Apenſatè,& dolosè.nu.1.Iaſ.in §.ex ma
leficijs, nu.70.uerſ.Dixi poſtea Inſt.de
act.& num.71.ue.ſ.Quòd in dubio,poſt
Bal.in l.1.C.de coniect.Alber.in l.dolo,
nu.1.ff.de ſer.corrupt. Quare qui con-
feſſus eſt ſe hominem occidiſſe, ſed ad
22 ſui † defenſionem,probare illud debet,
ſe nimirum ad ſui defenſionem occidiſ-
ſe,aliàs præſumitur in dolo. Bar.in l.Au
relius,§.idem quęſijt, nu.2.ff.de liberat.
leg. Feratius caut.5.nu.3. D. Menoch.
loco cit.nu.38. Crauet. conſ.55.Ex plu-
ribus concludendum, num. 8.uerſ.Nec
releuat excuſatio; quare Bald.in uim
theoricæ uniuerſalis uoluit, quòd excu-
23 ſatio, quæ fit circa actum † illicitum,
debeat liquidò probari, Bald.inquam
conſ.79.Da uanti da uoi ſauio,nume.7.
in fin.uol.2.ubi plures copioſo adducit
ſtylo clariſſimus collega meus D. Mar-
cus Anton.Roueſc. Caſtrenſ.conſ.418.
Præmitto ad euidentiam, num.3. uerſ.
Sed ſi cauſſa non eſt notoriè, par. 1.
Crauet.d.conſil.35. nume.8. uerſ. Ideo
Bald.

Opponitur tñ de notabili dicto Bar-
toli in l.non ſolum, §.ſed ut probari
poſſit,nu.2.ff.de op.no.nunc.ubi ſi accu
ſatur Titius, ꝙ occidit Semproniũ men
ſe Maio.excuſat ſe Titius, ꝙ potuit im-
punè illum occidere, cùm de medio mẽ
ſe Maio ſignatus eſſet,& adnotatus Sẽ-
pronius in albo exbannitorum, excuſa-
24 tio † admittitur, & reijcitur accuſatio,
licet non ſit probatio clara, & indubi-
tata:potuit enim fuiſſe occiſus Sempro
nius ante medium menſem, quo tempo
re nondum exulabat.

Conciliat difficultatem Alex.in l.nõ
ſolum,§.ſciendum, nu.5.in fi.ff.de ope.
no.nunc.Reſpondet Iaſ.ibid.nu.7.uerſ.
Ego conſiderabam.Soluit D.meus Pręſ.
Menoch.de præſump.lib.5.præſump.3.
à nu.49. uerſ.Conciliando has opinio-
nes. Vide eos.

Ego uerò dico ſic. Et animaduerto,
quod in accuſatione debent contineri
oẽs qualitates,& circũſtãtię delicti,ita
ut reo oĩs pateat defenſionis uia,debet
25 itaq; eſſe † clara,ſpecifica, & certa accu
ſatio,aliàs reijcitur,Marãt.in Spec.par.
6.in tit.de inquiſitione,num.37.Boſſ.in
tit.de Inquiſit.nu.75.& 76. Ange.conſ.
* 83.plures allegat, & de * communi te-
ſtatur Proſper Farinac.in tit.de Inquiſi
tione q.1.num.11.uerſ.Tertium requiſi-
tum par.1. Atq; inter alia requiſita ad
hoc,ut procedat accuſatio ratione cer-
26 titudinis,requiritur expreſſio † loci, &
temporis,Bar.in l.2.§.ſi publico,nu.12.
* ff.de adulter. de * communi Alex.in l.
edita,num.3.C.de edend.Dec.num.34.
Clar.

Digitized by Google

Clar.lib.5.recept. ſentẽ.§.fin.quæſt.12.
Hactenus de inquiſitione,nume.9.verſ.
Dixi exprimendum, de communi etiam
Proſper.Farin.d.tit.de inquiſitione,nu.
* 12.verſ.Amplia primò, & ita per * totũ
mundum de conſuetudine ſeruari adduc
cit Farinac. teſtantem Angelum in l.Ea
quidem,num.3.C.de accuſat.& non ha
* bere in * practica aliquam difficultatẽ,
ſcripſit Clar.lib.5.§.fin.quæſt.31.Vbi lo
cus capturæ,nu.11.verſ.Quod de anno.
Et licet ea ſit cõmunis opinio,vt ſit qui-
dem exprimendum tempus in ordine ad
27 † annum, & menſem, non autem ſit de
neceſſitate exprimenda dies, vt eſt tex.
in l.libellorum, ff.de accuſat.Gigas de
crim.læſ.Maieſt.lib.1.tit.Qualiter in cri
mine læſæ Maieſt.procedatur, quæſt.3.
nume.2.Boſſ.in tit.de Inquiſit.nu.19.in
* fin.de * communi bis teſtatur Farinac.
in tit.de inquiſit.quæſt.1.nume.18.verſ.
Limita quartò, vbi tamen pars accuſata
28 † inſtat, vt dies apponatur, vt ſe ipſam
melius,ac diligentius tueri poſſit, & fa-
cilius à moleſtia,vel accuſatoris,vel in-
quirentis iudicis ſe queat eximere,eſt de
neceſſitate exprimenda dies certa, ita
Bar.in l.libellorũ,nu.13.ff.de accuſ.in l.
2.§.ſi quis Epheſi in fin.num.6.ff.de eo,
quod certo loco.idem in l.is qui reus,
num.10.verſ.Sed quæro ff.de publ.iud.
* de * communi Iaſ.in. in d.l.2.§.ſi quis
Epheſi,nu.1.ff.de eo quod cert.loco,de
communi etiam Clar.lib.5.§.fin.quæſt.
* 12.nu.13.verſ.Dixi etiam,de magis*cõ-
muni Viuius opin.communi 24.Accuſa-
tor, vel fiſcus,num.2.Plot.inter conſil.
crim. diuerſ.conſ.109.à numer.4.lib.1.
* de * magis communi idem Plotus conſ.
94.Noua conſtitutio,nume.6.verſ.Et li-
cet, lib.1.Boſſ.in tit.de inquiſit. nu.92.
* & ab hac non eſſe in * practica receden
dum poſt plures ibi allegat,teſtatur Fa-
rinac.de inquiſit.q.p.num.20.verſ.Subli
mita.2.par.1.Bertaz.cõſ.crim.367.Quã-
do ex proceſſu,nu.2.verſ.Dies eſt expri-
menda,vol.2.Aret.de Maleſ.in verb.De
anno præſenti,col.2.

Conſidero præterea, quòd inſtantia
rei accuſati, vel inquiſiti, ad id, vt dies
exprimatur in ordine ad cõmiſſum deli-
29 ctum,poteſt eſſe † duplex,expreſſa,& ta
cita. Expreſſa ſcilicet, quando expreſsè
inſtat,vt certa dies ſpecificetur. Tacita,
quando quid tale opponit, cuius virtute
tacitè appareat ex oppoſitione deueniẽ
dum eſſe ad diem certam. Dum ergo in
30 caſu † Bart.in l.non ſolum §.ſed vt pro-
bari poſſit,nu.2.ff.de op.no.nunc. accu-
ſatur Tit. quòd occiderit Sempronium
menſe Maio,excuſat autem ſe Tit.quòd
potuit illum impunè occidere,cũ de me
dio menſe Maio ſignatus eſſet Sempro-
nius in albo exbannitorũ,dicit virtuali-
ter ſe occidiſſe medio mẽſe,ideoq; agiẽ,
& de certa parte mẽſis, & de certa die.
Patet ergo quomodo tacitè velit accu-
ſatus non ſolùm agendum eſſe de men-
ſe,ſed etiam de certa parte menſis, non
mirum ergo ſi corruat accuſatio,vel in-
quiſitio,niſi ea pars mẽſis doceatur,qua
fuerit commiſſum delictum, & quidem
alia à medio menſe Maio.

Sed & alio modo poſſumus euitare
Bartoli difficultatem,ſi dicamus,quòd li
cet regulariter in accuſatione, vel inqui
ſitione non ſit apponenda certa dies,vbi
31 tamẽ delictũ non eſt † ſemper punibile,
ſed certa die punibile,certa die non pu-
nibile, quia eſt dies circunſtantia alte-
rans hoc caſu, debet de neceſſitate ex-
primi certa dies, & certa hora, ſi fuerit
opus; & ratio eſt, quia qualitas tempo-
ris, & illius particularis diei eſt funda-
mentum inquiſitionis inquirentis, vel
accuſationis accuſantis, Oſaſch.conſ.
* 65.num.42.de* communi Ant.Gomez.
in tit.qualiter formetur accuſatio,nu.4.
prout eum refert Farinac.de Inquiſit.
quæſt.1.nume.19.verſ.Sublimita primò
par.1.Cùm ergo Tit. accuſatus de ho-
micidio,probauerit medio menſe Maio
Sempronium occiſum fuiſſe, in notula
exulantium,atq; ideò impunè occidi po
tuiſſe,quid mirum, ſi euaneſcat, vel ac-
cuſatio,vel inquiſitio? poſteaquam no-
tulam opponẽs reus, demonſtrat deli-
ctum illud non fuiſſe ſemper punibile
de menſe Maij, vlterius ergo agendum
eſt de certa die,alias per hanc exceptio
nem omnis corruit inquiſitio,quælibet
ceſſat accuſatio.

Secun-

Secũda eſt cõiectura doli, rõne dicti,
32 qui ergo dixit † mendacium, id doloſe
egiſſe pręſumitur, Caſtren.conſ.136.Vi
ſis,& conſideratis in fi.lib.1. Imol.cõſ.
78.Viſis ac ponderatis, num.9. Crauet.
conſ.2.nu.13.verſ.Itaq; q̃uo potuit,plu
res adducit D. meus Præſ. Menoch. de
præſumpt.lib.5.pręſump.3.nu.53.verſ.
Secunda eſt coniectura, Maſcard.cõclu.
531.nu.19.& nu.76. faciunt dicta Alex.
conſ.63.Breuiter omiſſis,lib.1.& Roma
ni conſ.8.Viſo facto propoſito, num.2.
verſ.Confeſſio coram ipſis, & ibi latè
Mandoſ.ſub littera D.in verbo,Ad tor-
turam. Plot.in l.ſi q̃n, nu.658 verſ.Tri-
geſimò ſextò, Bertaz.conſ.crimin.272.
Viſis allegationibus, nu.2. verſ.Et pro-
pter mendacium,uol.2. Idem conſ.375.
Negari non poteſt,num.8.verſ.Ex men-
* dacio, eo.vol. & hanc eſſe deciſionem *
communem poſt ibi allegatos teſtatur
Alba conſ.302. Quamuis in præſenti,
33 nu.3.verſ.Ideo ſuccedunt,& quidem †
uerum dolum arguit mendacium, Petr.
Surd.deciſ.165. vxor Camilli, num.14.
verſ.Quia dolus, idem conſ.149. nu.6.
Farin.de Indicijs,& tortura, quæſt.52.
num.3.verſ.Ex mendacio enim.
34 Sed certè aliud eſt dicere † menda-
cium, aliud eſt eſſe mendacem: poteſt
enim eſſe mendacium ex parte rei, ideſt
35 † immutatio ueritatis, non erit tamen
mendax, quia rem aliter ſe habere non
putans, qui mendacium dixit, quoad
36 † ſe non immutauit ueritatem: idem
enim arbitratus eſt eſſe in re, quod ipſe
opinatus eſt in intellectu, ideoq; con-
formis fuit intellectus rei intellectæ
quoad intelligentem, proinde non im-
mutauit ueritatem, quoad ſe, nec fuit
37 mendax; eſt enim † ueritas, conformi-
tas intellectus cum re intellecta.
Quare, licet à mendacio nunquã re-
cedatur,ubi certũ eſt ueritatem eſſe im-
mutatam,à mendace tñ,& mẽdacij rea-
tu plerunq; recedimus. Putà,ſi ex men-
38 dacio quis † commodum reportare nõ
poſſit,quia dolus abeſſe exiſtimabitur,
nec mendax erit,qui mendacium protu-
lerit,Ruin.conſ.29. nume.9.lib.1. idem
conſil.8. nume. 5. lib. 4. D. meus Præſ.
Menoch.de præſumpt. lib.5. præſump.
3.num.62. verſ.Hęc tamen coniectura,
lib.5.Alba à contrario ſenſu, conſ.386.
Inſtrumentum venditionis,nu.10. verſ.
Cum igitur ſit mendax, Roland.à Val-
le conſ.11.Omiſſo multiloquio, nu.59.
verſ.Rurſus,vol.3. Barthol.Bertaz.cõſ.
crim.15.Præſupponendum, nu.25.verſ.
Nec eſt præſumendus,vol.1.
39 Quanquam in † contrarium eſt* com-
* munis opinio, quòd imò in mendacio
præſumatur dolus etiam, ſi non agatur
* de vtilitate mendacis,ut eſſe * commu-
nem teſtatus eſt Alex.in l.dolum, nu.3.
verſ. Adde aliud, in fin.C.de Dolo ma-
lo.Tantoq; magis præſumeretur dolus.
in mendace,de cuius commodo non tra
40 ctaretur, ſi cum mendacio † perſuade-
ret mendax, ſemper enim ibi præſume-
retur dolus,ita poſt plures ibi allegatos
Barthol.Bertaz.conſ.crimin.374. Præ-
ſupponendum,nu.15.verſ.Nam,& per-
ſuaſio, volu.2. Maximè dico ego, ſi ex
mendoſa depoſitione commodum ſen-
41 tiret † imaginarium, ſi non reale; Satis
enim id in lucro eſt,& commodo,quod
42 nobis † placet tex.in l.fin. ff.de vſu, &
habit.Grat.conſ.121. Et ſi iuribus, nu.
27.verſ.Nam mihi fauorabile, lib.2. &
ego de Act.in Mort.Ar.cap.7.in cap.de
Stipulatione, n.15. verſ.Intereſſe enim
duplex.
Quòd ſi ex mendacio non ſolũ non
reportaret cõmodum mendax, aut rea-
43 le,aut imaginarium,ſed potius†damno
afficeretur,profectò in dubio dolus ab-
eſſe pręſumeretur, ita poſt tex.in l.Præ-
ſes,C.de ſeru.& aqua, Crauet.conſ.75.
num.18. ſcripſit Roland.à Valle, conſi.
11.Omiſſo multiloquio, num.60. verſ.
Quo caſu quis,vol.3.
Ab hoc etiam dolo recederem ego
44 rõne temporis,& rõne perſonæ.Rõne†
temporis,vt ſi qui deponit ſit in mortis
articulo conſtitutus,Achill.Pedroc.cõ-
ſil.40.Quod attinet ad primam, nume.
29.lib.1. Roland.à Valle, conſ.37. Pri-
ma conſideratione, num.2.lib.3.Hipp.
Rimin.conſi.58. Tametſi dubia, nu.29.
lib.1.Alba conſ.223.Intentio D.Rochi,
nu.14.verſ.Quæ omnia,& nu.17.verſ.Et
notum

Digitized by Google

notum eſt,lib.2. & prout latius declara
ui de Act.in Mort.art.cap.51.de Men-
dacio fol.314.in poſtrema impreſſione
Vltramontana.Ratione perſonæ; quid
enim ſi ſit dignior,atque honeſtior per-
45 ſona?nec enim is, aut † mentiri præſu-
46 mitur,aut ſaltem doloſè†mentiri, So-
cin.iun. conſ.46.num.16.vol.1.Maſcar.
de probat. concl. 1043.nu.4.verſ.Con-
cluſionem hanc ampliabis.Benè fateor,
nec alios cuiuſcunque generis homines
præſumi, quòd mentiantur, Crauet.
conſ.60.Ex omni capite,n.7.ver.Quod
maximè procedit, Maſcar. loco cit.nu.
3.vbi alios allegat,ſed dico, quòd pro-
bato Mendacio ex parte rei, facilius
47 præſumitur dolus in † viliori, ac gre-
gario homine, quam in digniore,atque
magis honeſto.

Tertia cõiectura ratione loci. Quare
48 in eo præſumitur dolus, qui†recta non
incedit via,ſed per anfractus, & diuerti
cula l.qui fiſcales,C.de nauicul. lib.11.
Bal.& Salyc.in l.Cum proponas, C.de
Nautico fœnore,D.meus Præſ.Menoc.
de præſumpt.lib.5.præſump.3.nu.108.
verſ.Hinc et dicimus, Crauet.con.115.
Nobilis Gulielmus,nu.5.verſ.Secundò
principaliter,qui hoc caſu,nec etiã pri-
uilegiatis parcit perſonis ex Rom.cõſ.
406. col. 1.& nos latè diximus in ca.de
Priuilegiatis perſonis. Quod verum in
49 telligo,niſi quid†aliud iuſtum in cauſſa
fuerit, vt recta derelicta via,mulio, ſeu
alius quiſpiam diuerterit,nec.n.eo caſu
cenſetur quis dolo diuertiſſe. Quare li-
50 cet quoties itinerantes† rectas non ob-
ſeruant vias,ſi quid ſecum portant vecti
galibus,& publicanis obnoxiũ, id om-
ne in commiſſum cadat ex Bart.text.&
alijs in l.Cum proponas,C.de Nautico
51 fœnore, vbi tamẽ aliqua perſuadet † iu-
ſta cauſſa,vt iter conſuetum, ſolitumue
nauigium nõ obſeruetur, puta hoſtium
impetus,aggreſſorum, ex bannitorũue
deprædantiũ timor, non dicitur mulio
eſſe in dolo,nec bona ideo cadũt in cõ-
miſſum,D.meus Alex.Raud.in tract.de
Analog.lib.1.cap.30.Ad euitandam, n.
284.verſ.Vigeſimaſeptima illatio,ita ẽt
Petrus do Vbald. in tract.de duob.fra-
tribus,8.par.prin. n.6.q.5.qui addit ra-
tionẽ, hoc ideo eſſe, quia hoc caſu ceſ-
52 ſat ratio † audaciæ, de qua text.in d.l.
Cũ proponas,C.de naut.fœn.Rurſus, ſi
53 ex libidine, vel alio quopiã vitio†effre
ni equi, abſque domini cõſenſu reperia
tur equus vltra ſtatutos limites,& indi-
ctam viam, ibique inueniatur mulio
portare deuetum, noſtri dicunt Sfroſa-
te,non ideo dicetur mulio eſſe in dolo,
nec res ea de re ceciderit in cõmiſſum,
text.& ibi Bart.in l.Interdum, §.ſerui,
qui in fuga,ff.de publican.nec enim ſe-
54 cundum Bart. loco cit.eſt bona†conſe-
quentia,Mulus inuentus eſt, ergo Do-
minus duxit,quod etiam commonet no
tandum pro formandis proceſſibus, &
pro querelantibus.

Item ratione loci dolus præſumitur,
55 quando cõtrahitur in domo†aliena,D.
meus Præſ. Menoch. dicta præſump.3.
lib.5.num.109. verſ. Et ſimile eſt, quod
56 ego†intelligo, non quòd contrahere ſo
lum intra alienos parietes inducat doli
præſumptionẽ, cum quotidie contrahẽ-
tes videamus homines extra proprios
lares; Verum illud ſic intelligo, vt ſcili-
57 cet, vel ex † leuiorib.concomitantibus
alijs cõiecturis,facilius præſumatur do-
lus in contractu celebrato in aliena do-
mo,quàm in proprijs ędibus. Sic Anch.
conſ.385.Licet pridie, nu.6.verſ.Item,
58 quòd præſumatur, permutationem†be
neficij factam a clerico quodam cõdẽ-
nat,non ea ſolum ratione,quia in domo
aliena facta fuiſſet permutatio, ſed quo
niam erat infirmus,nec exiſtimandũ eſt,
quòd ſi fuiſſet ſanus, pinguiorem prębẽ
dam cum tenuiori cõmutaſſet, inquit
Anch. de quo aliqd nos de Act.in Mor.
art.cap.33.de Permutatione Beneficio-
rum. Nec Crauet.cõſ.142.Claudius de
Coſtis,nu.18.verſ. Octauò dolus argui
59 tur,conuincit nullam† quitationẽ illã,
quoniam celebrata fuiſſet in domo alie
na,ſed quoniam inſuper erat facta ad fa
uorẽ perſonæ domeſticæ. & quod plus
60 eſt a † priuigna vitrico: Eodem pacto
Beroius conſ.59.Licet de ſimplici, n.2.
61 lib.1.cõtendit†donationem doloſè ex-
tortam,& inualidam eſſe,non quia ſim-
pliciter

Digitized by Google

pliciter facta fuiſſet in domo aliena,ſed
quia erat facta à muliere in domo dona
tarij,quæ erat coniuncta perſona, & do
natio; ipſa legitimam ſummam exce-
debat.

Tandem dicitur in præſumpto dolo
62 verſari ratione loci,qui in loco † occul-
to contrahit l.fin.ff.de rit.nupt. l.1. C.
de interd.matrim. Beroius d.conſ.59.
num.11.Crauet. conſ.876.Domini acto
ris , à numer.15.Idem conſ.939.Cautio
per debitorem , numer.10.verſ. Dolum
quippe,Farinac.in tit.de delictis,& pœ
nis quæſt.18.num.68.verſ.Ex actu enim,
Brunor.à Sole in compendio reſoluto-
rio propoſitionum iuris in verbo,Facta
in occulto.Idem Brun.in eod.compen-
dio in verbo, Fraus præſumitur in his,
quæ clandeſtinè, Iaſ.in l.clam poſſidere
in prin.num.9.verſ.Et aduerte ff.de acq.
poſſ.Rom.conſ.54.Viſis circa id,num.5.
verſ.Tertiò,Alex.conſ.31.Habita in fin.
vol.7.Man ſoſ.ad Rom. loco cit. plures
adducit D.meus Præſ.Menoch.de præ-
ſumpt.lib.5.præſumpt.3.num.107.verſ.
Vigeſima prima , Plot.conſ.92.In cauſ-
ſa Mag.nume.12.lib.1.Maſcard.de pro-
bat.concluſ.531.nume.43.Paria.n. ſunt
63 † clã , & occultò facere , & eſſe in mala
fide,Tiraq.in præfat.de retract.conuẽt.
64 num.14.verſ.Et hinc,qui clam,vbi nec†
ſexus excuſatur,complures ibi allegan-
65 tur concordantes,maximè de Iure † Ca-
nonico apud Iaſ.in l. clam poſſidere in
prin.nu.14.verſ.De iure canonico ff.de
66 acq.poſſ.nec hoc caſu † priuilegiatæ per
67 ſonæ,puta minores:quãquam de † mino
ribus aliud dicendum videtur,vt ſcilicet
potiꝰ fragilitate,& ſimplicitate,quã do-
lo clam agat minor,vt dicemus in fin.ca
pitoli; ſed nec mulieres ,ruſtici,& mili-
tes aliquo gaudent priuilegio Seraphin.
vbi plures adducit de Priuileg.iuramen
ti,priuil.4.nume.165.Crauet. conſ,507.
68 nu.28.& ſi certent de † damno vitando,
69 ibid.etiam ſi actus ſit de ſe † licitus, quia
ſi fiat clam habet præſumptionem frau-
dis,& doli, Salv.in l.inciuile in fin.C.de
furt.Bellon.conſ.32.Reſoluendo plura,
num.10.verſ.Nam actus quãtumcunq;
70 vnde etiam emens,ſi † clã emat,fur præ-
ſumit, Cæpol.conſ.26.Magnifice,col.3.
Bellon.loco cit.quanquam contrarium
in hoc poſtremo ſcripſit Surd. deciſ.30.
Iurauit in ſuo teſtamento. nume.pen.&
71 fin.dicens, ꝙ † dolo non dicitur facere,
qui clam facit,quod aperte ei licuiſſet.
72 Sed certè magis placet † opinio Salyc.
73 Niſi fortè actus † damnum contineat cõ
trahentis,vel aliud nocturno tpe nego-
cium gerentis:eo.n.caſu dolus non pre-
ſumitur l. præſes. C.de ſe[illegible]. & aqua ,
Crauet.conſ.75.num. 18.Roland.a Val
le conſ.11.Omiſſo,num.60.uerſ.Sed ex
dictis,vol.3.Quæ maximè inſeruiunt ſe-
quenti coniecturæ.

Quarta tandem coniectura doli eſt
74 ratione † temporis,Dec.in cap.ſi autẽ,
nu.13.verſ. Similiter , de reſcri.quare in
dolo præſumitur, qui actus ſuos noctur
75 no perficit tempore, qui.n.malè agit †
odit lucem cap.conſuluit, de off.deleg.
gloſ.in cap.vn.in verb.occulta,ut eccle-
ſiaſt.benef. Grat.conſ.36.Viſo proceſſu,
num.21.verſ.Non obſtant,volu.1.Abb.
in cap.1.de clandeſtinis deſponſat. Bal.
in cap.2.de fid.inſtrum.ſic in indiuiduo
Crauet.conſ.35.Ex pluribus concluden
dum eſt,num.12.verſ.Rurſus ne futuro,
Marſ.conſ.84.num.16.vol.2.Burſat.cõſ.
439.Tres contrarietates,num.19.lib.4.
per text.in l.hoc edictum, §.labeo.ff.de
his,qui deiec.Marſil.conſ.33. nume.16.
76 uol.2.Maximè,ubi † actus, vel eſt de ge
nere ſuſpectorum,uel de eorum genere,
quę permittuntur interdum , interdum
77 † etiam prohibentur , Alba conſ.319.
Quomodocunq; nu.17.uerſ.Secunda ra
tio poſt Barto.in l.dolum, C.de dolo,&
Lucam de Pẽna in l.quẽadmodũ.verſ.3.
& verſ.21.C.de agric.& cenſit.lib.11.&
78 licet alias maximus ſit fauor † militis ,
ruſtici,mulieris, & minoris ad fraudes ,
& dolos excludendos,latè Tiraq. de ll.
connub. leg. 9. uerſ. Propterea neſcio ,
idem de retract. conuentionali in præ-
fat.num.35.verſ.Idq; ſatis rationi cõſo-
nũ,Alber.in l.ubi,ff.de edendo , hoc ta-
79 mẽ caſu,nec parcitur † minori militi,mu
lieri,ruſtico,Crauet.d.conſ.35.num.12.
faciunt d.Seraphini de priuileg.Iur.pri-
uil.4 num.165.etiã ſi hæ perſonæ agãt
de

Digitized by Google

80 de† damno vitando, Craue. & Seraphin.
locis cit. & diximus in cap. de Priuilegia
tis perſonis. Præſertim, ſi actus celebra-
81 retur inter perſonas† prohibitas tempo-
re prohibito, ita poſt Bald. in l. Deo no-
bis C. de epiſc. & cler. Socin. cõſ. 65. Cir
ca primam col. 2. vol. 1. tradit Grat. conſ.
36. Viſo proceſſu, num. 21. verſ. Non ob
ſtant, vol. 1.

Sed fortè in minore præſumetur po-
82 tius† fragilitas, & ſimplicitas, maximè ſi
dolus reſultaret ex actu in omittẽdo, D.
meus Præſ. Menoch. conſ. 471. num. 1. de
quo etiã Surd. deciſ. 222. Nullitas inuen
tarij, num. 11. verſ. Et pręcipuè, quia, D.
meus Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par.
2. quæſt. 83. art. 3. nu. 23. per totum, Bald.
in l. Per hanc, nu. 17. verſ. Videtur, quòd
non C. de tempor. appellat. Idem voluit
83 omnino Clau. Bertaz. etiam in † mulie-
re, vt in muliere ſcilicet potius præſuma
tur ſimplicitas, quã dolus, Bertaz. inquã
conſ. crimin. 478. Relatio per Magnifi-
cos, nu. 6. verſ. Et tantò minus, vol. 2. Sed
84 certè, ſi de re agatur † familiari, contra-
rium verius arbitror, maximè attẽta tem
85 poris circũſtantia, eſt. n. mulierũ genus†
auariſſimum, glo. in §. quoniam infirmas
in verbo maximè Auth. de nup. Bar. cõſ.
127. par. 1. in propoſito Tiraquell. de re-
tract. conuent. in præfat. nu. 35. verſ. Su-
per eo tamen, poſt Barbat. conſ. 8. Illud
afferam, col. 5. verſ. Modò in propoſito,
lib. 4. ibi allegatum.

Nullo autem pacto dolus, etiam no-
86 cturno tempore præſumetur, quoties†
iudicis decretũ interceſſerit, l. 1. vbi Bar.
C. de prædijs decur. lib. 10. Abb. in cap.
niſi eſſent, de præbẽd. Bald. in l. pacta no
uiſſima, nu. 2. verſ. Præſumitur C. de pac.
Roland. à Valle conſ. 7. Quoniam, num.
62. verſ. Non obſtat, quòd dolus, volu. 3.
87 maximè cum† plena cauſſæ cognitione
in actibus ſuſpectis, Rolãd. loco cit. nu.
63. ver. Quia reſpõdetur. poſt Ruin. cõſ.
107. num. 14. in fin. vol. 1. Dec. conſ. 403.
num. 19. Anchar. conſ. 83. col. 1. Bal. Bart.
Saly. Caſtren. & alios ibi allegatos, Feli-
nus in cap. quoniam, contra, nu. 12. verſ.
Et tenendo pro nunc, de probat. Boſſ. in
tit. de Pluribus violentijs, num. 91. verſ.
Itẽ nec dolus poſt Bald. in l. pacta nouiſ-
ſima, C. de pactis, Franc. Burſat. cõſ. 152.
Quia enixis, num. 26. verſ. Tertia abeſt,
uol. 2. multoq; min' præſumitur dolus,
88 ſi adſit p̃ſentia† Principis, ita poſt Alex.
conſ. 64. uol. 4. & Bald. in l. reſcripta, C.
de precibus Imperatori off. uoluit Boſſ.
in d. tit. de pluribus uiolẽtijs, nu. 90. uer.
Item non pręſumitur.

Vbi autem dolus in his priuilegiatis
89 perſonis præſumitur, tũc† diſtinguendũ
erit inter dolũ uerum, & dolum pręſum
ptum, ut in dolo uero nullo pacto mino
ri, mulieri, & ruſtico ſuccurratur, ſecus
in dolo præſumpto, Alex. in l. ubi exigi-
tur, nu. 3. uerſ. Et ex hac glo. ff. de edend.
per text. in l. 1. §. fin. ff. eod. ibid. gloſ. 2.
* quam dicit* ibi notabilem Bald.
90 Dicitur autẽ dolus† præſumptus cul-
pa latior, Alex. in l. dolum, nu. 4. uerſ. Et
q̃ ſit C. de dolo malo, ubi alios allegat.

DE CIRCVNSTANTIA. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Nocturnum tempus, eſt circunſtantia in delictis.*

2 *Nocturnum tempus, eſt circunſtantia alterans ex Bartolo.*

Contrarium in ſuo themate demonſtrat Author, num. 6.

3 *Accuſatus de vulnere illato de nocte, non probata nocte, licet probato vulnere, abſoluitur.*

Quod verũ intelligit Author in ordine ad accuſatorẽ, ſecus in ordine ad inquirẽtẽ. n. 7.

4 *Nocturnum tempus, quando ſit circunſtantia aggrauans.*

5 *Circunſtantia, quando non mutet ſpeciem.*

8 *Dies in libello criminali appoſitus, & non probatus facit, vt reus abſoluatur.*

Declarat Author, num. 9.

10 *Noctu delicta omnia ſunt grauiora.*

11 *Circunſtantia alterans, quæ dicatur.*

12 *Mediolani arma geſtare nocturno tempore, eſt circunſtantia aggrauans, & quare.*

Infertur, num. 13.

14 *Dies in delictis, quando ſit, & exprimendus, & probandus.*

Digitized by Google

15 *Nocturnum tempus quando dicatur circunſtantia aggrauans, & quando alterans ex Authore*

16 *Circunſtantia alterantis remiſſiones.*

ARGVMENTVM.

¶ Nocturnum tempus circunſtantiã aggrauantem eſſe modò, modò etiam alterantem. Quæ autem ſit vtraq; circunſtantia, exemplis illuſtratum.

NOcturnum tempus eſſe
1 qualitatem, & † circúſtan
tiam in delictis certiſſi-
mum eſt: ita enim apertè
uoluit Bald. in l. Teſtium,
num. 22. verſ. Similiter in prædicamen-
to qualitatis, C. de Teſtib. per text. in l.
Furem, ff. de Sicar. Idem Bald. in l. non
minorem, num. 1. C. de tranſact. faciunt
d. Alber. in l. vtilitatem, num. 2. verſ. Itẽ
ſæpe allegatur, ff. de exercit. act. Sed an
ſit circunſtantia aggrauans, an verò al-
terans delictum, hoc opus, hic labor.
Etenim Bartol. quæſt. 17. Iure municipa
li, arguit ad partes volens aliquando
eſſe circunſtantiam alterantem, rurſus
2 eſſe aggrauantem tantùm, tandem, ſnu.
9. concludit eſſe alterantem, ideoque
accuſatum de vulnere illato de nocte,
probato quidem vulnere, non probato
3 tamen † noctis tempore, ſtabiliuit om-
nino abſoluendum.

Ego exiſti no Bartolum indiſtinctè lo
quentem, malè locutum fuiſſe. Sentio au
tem ego nocturnum tempus eſſe qualita
tem aggrauantem interdum, & augen-
tem actum, interdum illum alterantem,
atque immutantem.

4 Aggrauat actum, & † auget illum, nõ
autem alterat, aut mutat, quoties noctis
tempus non repugnat rationi primò, &
per ſe, ſed tantum ex ſuppoſitione prio-
ris, dat theoriam ex D. Thoma in 4. Sen-
ten. diſt. 16. quæſt. 3. per totam, & exem-
plificat Eruditiſſimus Sylueſter in ſua
ſumma in verbo, Circúſtantia, nu. 2. his
5 verbis: Similiter † non mutat ſpeciem,
ſi habet repugnantiam ad rationem ſo-
lùm ex ſuppoſitione alicuius prioris; ſi-
cut accipere alienum in magna quanti-
tate eſt eiuſdem ſpeciei cum accipere
alienum: nec enim magna quantitas re-
pugnat rationi primò, & per ſe, ſed tan-
tum ex ſuppoſitione prioris dum dici-
mus alienum, vnde non eſſet malum
accipere aliquid in magna quantitate,
ſi eſſet proprium.

Quare, quod pertinet ad caſum Bar-
toli, illiusque q̃onem, dico nocturnum
6 tempus eſſe circunſtantiam † aggrauan-
tem, non mutantem, quia nocturnum tẽ
pus non repugnat rõni per ſe, & primò,
ſed ex ſuppoſitione prioris, ideſt vulne-
ris. Cùm ergo conſtet de vulnere illato,
licet non conſtet de nocte, debet tñ pu-
7 niri de vulnere iudicis † officio, licet nõ
ad formam ſtatuti nocturnum tempus
commemorantis, nec etiam ad accuſato-
ris inſtantiam, qui non probauit noctur
num tempus, vt in hoc benè dicit Bart.
d. q. 17. Et ita intelligo. Hippol. Marſil.
in trac. de fideiuſ. nu. 72. verſ. & pro iſtis
facit poſt Aretin. de Maleſ. in verbo, De
anno præſenti, in verſ. Secundò quæro,
ꝙ ſcilicet, licet in libello criminali de
neceſſitate non ſit apponendus dies, l. li-
8 bellorum, ff. de accuſat. ſi tamen † appo-
natur dies, & non probetur, erit abſoluẽ
dus reus: id enim intelligo ratione accu-
9 ſatoris, non quin poſſit iudex ex † offi-
cio ſumere vindictam.

Atque id gñale eſt in delictis, vt nox
dicatur circunſtantia aggrauans, nõ aũt
mutans, ſeu inducens; dicuntur. n. deli-
10 cta omnia † noctu grauiora, Marcus Mã-
tua cõſ. 24. Si in pñti caſu Bernardinus,
num. 11. verſ. Nox etiam non erat, vol. 1.
Bal. in l. non minorem, num. 1. C. de tran
ſact. Marſil. conſ. 83. nume. 16. Nouel. in
pract. crim. nu. 41. Blanc. in l. ſin. nu. 198.
ff. de quæſt. quos refert Maſcard. de pro-
bat. Concluſ. 1114. nume. 14. uerſ. Tertiò
nocte commiſſa, & eſt tex. in l. inter ef-
fractores, ff. de effract. & expilator. & gl.
in l. furem nocturnum, in fine, ff. ad leg.
Cornel. de Sicar. Grammat. deciſ. 36. So-
lon ex ſeptem Sapientibus, nu. 14. verſ.

Cùm

Cùm maleficia commiſſa. Nec ideo cōmiſſa interdiu nullo puniuntur pacto, noctu vero patrata delicta animaduertuntur, ſed illa mitius, ac lenius, hęc durius, ac ſeuerius, Cuiac. ad rubr. ff. de furibus balnearijs additus, gloſ. in l. ſed ſi interdiu, in verbo, ordinarium, ff. eo. de furib. balnear.

11 Mutat verò, atque delictum † inducit, quoties circunſtantia, ſeu qualitas importat aliquid repugnās rationi primò, & per ſe, Sylueſt. loco cit. qui explicat hoc pacto. Dum enim dicimus accipere, nihil mali dicimus, dū dicimus alienum, circunſtantia illa alienum inducit furtum, & eſt qualitas mutans, quia repugnat rationi, non ex ſuppoſitione prioris, quia accipere de ſe non eſt delictum, ſed repugnat rationi primò, & per ſe, quia alienum.

Quare in ditione Mediolanenſi, in qua arma geſtare licet, non tamen de nocte, nocturnum tempus dicitur quali-
12 tas, & circunſtantia † alterans, mutans, & inducens, quia non repugnat legi ex ſuppoſitione prioris, quod eſt geſtare, & deferre arma, ſed primò, & per ſe. Ideo
13 † ſi quis accuſaretur detuliſſe arma de nocte, ſuppoſito, quòd delictum eiuſmodi admitteret accuſatores, probato, quōd detulerit arma, non probata copulatiuè nocturni temporis circunſtantia, profectò eſſet omnino abſoluendus, quemadmodum, & optimè dixit Clar. lib. 5. recept. Sent. §. fina. quæſt. 12. num. 14. verſ. Sed quid ſi accuſator, quòd, vbi qualitas diei eſt de ſubſtantia delicti, puta, quia adeſſet ſtatutum diſponens, ꝙ
14 tali die aliquid non fieret, tunc de † neceſſitate eſt probandus dies, ad hoc, vt accuſatus poſſit cōdemnari, licet, quādo qđ proponitur eſt ſemper delictū quolibet die, probato delicto, vbi dies expreſſus non probetur reus ſit abſoluendus.

15 Et clarius concludo † ego, ꝙ Nocturnum tempus dicitur qualitas mutans, quoties actus remota nocte non eſt in delictum, dicitur verò circunſtanria aggrauans, & augens, quoties actus ēt preciſa nocte continet peccatum in legem.

16 De hac aūt circunſtantia † alterante, vide etiam aliquid apud noſtros Iurecōſultos, ſcilicet, apud Pet. Greg. Tholoſ. in ſyntag. art. mirabilis, lib. 4. c. 8. quē, & refert, & ſequitur D. meus Alex. Raud. conſ. 48. Et breuiter ſecundum ea, num. 129. in fi. verſ. Et quemadmodum lib. 1. late plures allegans Proſper Farinac. in tit. de Delict. & pœn. quæſt. 18. num. 64. uerſ. Delictum enim, par. 1.

DE SCALARVM VSV. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Scalarum vſus ad feneſtras aſcendas, vel muros ſuperandos prohibitus.*
2 *Scalarum vſus, vt ſupra pœnam vltimi mereatur ſupplicij.*
Diſtinctio communis recenſetur, num. 3.
4 *Scalarum vſus ex Claro, eſt tantum circunſtantia aggrauans.*
5 *Scalis vtens nunquam mortis pęna punitur, niſi ſequatur effectus.*
Declarat Author, num. 7.
6 *Virginem conſtupraturus, habita pace abſolutus.*
Declarat Author, num. 7.
8 *Scalas feneſtris ſupponens in cauſſa furti, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Scalarum vſus ad feneſtras noctu aſcendendas, vel ſuperandos muros, quibus coerceatur pœnis, variæ opiniones obſeruatæ; Si verò non ſequatur effectus, D. Præſidis Menochij, & Mantuæ opinio ab Authore temperata.

SCALARVM vſum, quibus, vel quis feneſtras aſcendat, uel muros ſuperet, nocturno præcipuè tēpo-
1 re, omninò † damnatum eſſe nemo eſt, qui in dubium reuocet; Difficultas eſt, quæ

 ſit

ſit pro eiuſmodi delicto conſtituta pœ-
na. Et Grām. deciſ. 36. Solon ex ſeptem
Sapientibus, nu. 13. verſ. Circa tertium
dubium uoluit abſolutè ex vi dictionis
2 maximè ibi appoſitæ, omnino vltimi †
ſupplicij pœna affligendum eſſe, qui eo
modo nocte ſcalis vtatur. Huius opinio
nis recitat Bald. & Aret. locis mox alle-
gandis Proſper Farin. in tit. de Delictis
& pœn. q. 20. Pœna mortis, nume. 145.
verſ. Sextus caſus par. 1. qui tamē hoc in
diſtinctè non dicunt.

Volunt itaq; Bal. in l. fi. nu. 3. ver. Sed
hic quæritur, ff. de diuiſ. rerum, & Areti.
in §. Sacræ quoq; res, nu. 4. verſ. Quę pœ
na eſt apponenti ſcalas, Inſt. de rer. diui.
tunc demum ſcalis ad vſum recenſitum
vtente pœna mortis puniendum, ſi ſca-
3 lis ad † caſtæ mulieris tentandam pudi-
citiam fuerit nocturno vſus tēpe, prout
* etiam intelligi pôt illud, quod * obſer-
uatū fuiſſe ſimili in caſu Neapoli poſt
Grammat. ibi allegatum ſcribit Clar.
lib. 5. §. fi. q. 68. Nunc uidendum eſt, nu.
4. verſ. Aſcendens cum ſcalis. Secus ſi ad
impudicæ, quia tunc pœna tantùm ex-
traordinaria iudicis arbitrio plectēdus
erit. Hanc diſtinctionem tenet etiā Ba-
iard. ad Clar. in §. ſtuprum, nu. 33. verſ.
Item ad le, quòd ponens ſcalas.

Sed mitius apud nos agit teſte Cla-
ro, li. 5. §. fi. d. q. 68. nu. 4. verſ. Certè hæc
* opinio, qui dicit apud nos * ſeruari, ut
4 qualitas aſcendendi cum ſcalis† aggra-
uet tantummodo principale delictum,
ita ut non ſemper ſcalarum vſus mor-
tis irroget pęnā, ſed delictum principa-
le ideo grauius tantùm puniatur.

Mitiſſimus D. meus Præſ. Menoch.
lib. 2. de arbit. iud. caſu 360. Nulla for-
tè, nu. 95. Mantua conſ. 31. nu. 2. lib. 2. q
5 voluerunt† nunquā capitis pœnā ea de
re inferendā, niſi ſequatur effectus, &
* hanc eſſe * cōem teſtatus eſt Clar. lib. 5.
§. fi. q. 92. Quæro nunquid conatus, nu.
* 1. verſ. Idem loquendo de pœna, & ita *
iudicatum fuiſſe Neapoli teſtatur Clar.
loco cit. D. meus Præſ. Menoch. d. caſu
* 360. nu. 95. & de * ſeruata apud eum opi
nione teſtatur Ludouicus Peguer. deciſ.
Crim. 26. per totam, prout etiam illum
refert & ſequitur Farinac. de Delictis, &
pœnis, q. 20. nu. 145. verſ. Nec à prædi-
ctis diſſentit, par. 1. & ſecundum hanc
opinionem pluries iudicatum fuiſſe in
* Excellentiſſimo Mediolanenſi * Senatu,
& in ſpecie de pudicitia attentata, vt q-
dam Petrus Vicarietus, qui puellæ nubi
6 lis † lectum aſcenderat, & pectus teti-
gerat, neq; vltra progreſſus fuerat, ha-
* bita remiſſione fuerit * abſolutus, teſta-
tur Clar. 5. fi. q. 92. nu. 1. verſ. Et ſecundū
hanc opinionem.

Sed ego has deciſiones admitterem
libentiſſimè, vbi non fuiſſet affectum ſe-
7 cutus, effectus ex † pœnitentia, & con-
traria voluntate volentis delinquere; Se-
cus ſi ex vi contraria, fortuito caſu, &
tandem ex impotentia delinquentis p
tex. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de
Sacroſanctis Eccleſ.

Aliud de ſcalis feneſtris ſuppoſitis
8 ſcripſit in materia † furti tex. in §. inter-
dū quoq;, Inſt. de oblig. q̄ ex delict. naſc.
cuius rei cauſſa cognoſcit ex ijs, q̄ dice-
mus in c. de Fure; & de vtroq; aliquid p
Cæpo. de ſer. vrb. pđ. c. 54. de ſcalis in fi.

Quid vero iuris ſtatuendum ſit in ijs,
qui muros noctu ſuperent, ſubijciamus.

DE MVRIS, Et Portis Ciuitatis. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Muri Ciuitatis Sancti dicuntur, & quo-
modo, & quare.*
2 *Muros Ciuitatis offendens capite puniendus.*
Maximè ſi tempore nocturno, num. 5.
3 *Remus iuſſu fratris Romuli interfectus ob
muros violatos.*
4 *Nox ſemper eſt circumſtantia delictum
aggrauans.*
6 *Muros Romanos offendēs capitis punitur pę
na, aliis extraordinaria ex communi.*
*Reuocatur in dubium diſtinctio ab Autho-
re, & quare, num. 7.*
rò etiam ſi aliquis actus extrinſecus fue
rit attentatus, pœna capitis ciuilis pu-
26 niendum,id eſt † deportatione,nec pę-
na mortis puniendum,nec etiam ſtante
27 ſtatuto de uiolatoribus † ſanctimonia-
lium, quod uoluit Bar.in l.ſi quis uiola-
uerit,num.1.uerſ. In contrarium eſt ue-
ritas.ff.de rerum diuiſ.dum in caſu ſta-
tuti dicentis uoluit corrumpere, expli-
28 cat,i deſt† uoluntariè corrupit,quam di
* cit eſſe * ueritatem, & eſſe notandum.
29 Sed certè Bar.non loquitur de † ſancti-
moniali, licet Felin.in ſuo tractatu de
Conatu, nu.8. uerſ.Et iſtis adde Bar.eũ
recenſeat in indiuiduo uolentis corrũ-
pere ſanctimonialem. Hic tractatus Fe-
lini in meo Cod. eſt poſitus poſt tit.de
ſenten.excommun.

Quod uerò attinet ad proximam ex
tenſionem,an ſcilicet attentans cogno-
ſcere mulierẽ pudicã,virginẽ,aliãue ho
neſtam matronam, non ſecuto effectu
* conſummato, pœna capitis puniatur *
30 communis eſt, ꝙ † non, & quoad hoc
* certè fuit per* conſuetudinem,& ſtatu-
ta ſublata diſpoſitio legis, ſi quis non
dicam rapere,ſeu illius extenſio, ita Io-
ſeph Fontanellus inter cõſilia crim. Zi-
lett.conſ.97.Thema.Donatus libidine,
nu.9.uerſ.Sed hodie,lib.2.Caſtrẽſ.conſ.
27.Viſa inquiſitione facta,nu.4.verſ.Nã
licet de iure cõmuni, vſq; ad finem con-
ſilij,par.1.Gramm.deciſ.2.Franceſchel-
la nu.19.verſ.Prout in ſimili,Bald.conſ.
356.Statuto Placentiæ, volum.1.Mar-
cus Mantua inter conſilia Ziletti conſ.
98.Profectò negari,nume.2.verſ.Et po-
tiſſimum, libr.2.atq; quæ re vera mihi
mirabunda ſeſe offert clementia, quòd
in caſu quodam, quo quidam adoleſcẽs
31 puellam annorum duodecim † proſtra-
uerat,illam autem acclamantem,euagi-
nato gladio,comminata morte, cogno-
ſcere nixus,mulieris facto actũ conſum-
mare non potuit, nec ideo eidem fuit à
conſulẽtib.pœna mortis conſtituta,Al-
ber.in 3.part. ſtat. quæſt.31.Item pone
quæſtionem, Marſil.ſing.65.Idem in l.1.
C.de rap.virgin.num.12.Ioſeph Fonta-
nell.d.conſ.97.nu.9.lib.2.Dec.in l.ſi fu-
gitiui,nu.46.C.de ſeru.fug.Baiard.in §.
Stuprum, nume.37.verſ.Item adde.Sed
amplius voluerunt alij, nec mortis pœ-
nam irrogandam,ſed ſolam amiſſionem
32 dimidiæ partis bonorum etiam† ſecuta
copula Alber.& alij locis cit.Gandin.
in ſuo tractatu de Malef.faciens maxi-
mam differentiam inter violentam vir-
33 ginis† cognitionem,& illius raptum,vt
primo caſu mortis pęna nõ imponatur,
34 ſecundo verò caſu naturalis † mors im-
mineat, Gãdin.inquam in tit.de Multis
quæſtionibus dependentibus à ſtatutis,
quæ incidunt circa maleficia,nu.20.ver.
At qui virginẽ proijcit in terram, & ex
* facto fuiſſe * determinatũ teſtatur Cu-
manus conſ.95.Chriſtophorus vadens,
num.2.uerſ.Et ita determinat,quoniam
ſcilicet aliud eſt rapere,aliud mulierem
per uim cognoſcere. Niſi fortè abſtine-
35 ret à copula, quoniam nec † raptus ex
* * communi, & vera opinione punire-
tur pœna legis vnicæ. C.de rapt.Virg.
teſte Boer.deciſ.316.Præſuppono,quod
hoc crimen, verſ.Et vbi mulierem. ẽt ſi
36 ad actũ † ꝓximũ fuiſſet deuentum, qm̃
non ideo mortis pœna eſſet imponẽda,
vt in caſu d.legis,ſi quis non dicam rape
re,plures adduxit Thom.Grammat.qui
* ibid.de * communi teſtatur conſ.36. In
cauſſa Camilli,nu.16.verſ.Et iſta eſt re-
gula,

gula, inter ſua conſilia criminalia.

37 Quanquam † contrarium uidi obſeruari in hac * ditione Mediolanenſi in cauſſa nobiliſſimi adoleſcentis Ticinenſis, qui dicebatur ad actum proximũ uiolentiæ, quantum in ſe fuerat, deueniſſe, vt ea de re fuerit capite punitus adoleſcens Anno M D X C I V.

Sed certè ad hoc extant conſtitutiones Mediolanẽſis ditionis in li. 4. in tit. de Raptoribus mulierum, in hæc verba.

38 Raptores mulierum† honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt, ita quòd moriantur, & etiam confiſcationis bonorum §. Et non ſolùm ipſi, ſed etiam eiſdem pœnis teneantur hi, qui
39 eos† comitati fuerint, vel ad id auxiliũ, conſiliumue, & fauorem dederint.

40 Quæ autem dicantur† honeſtæ perſonæ in propoſito, recenſentur ibidẽ ſub præſumptione iuris, & de iure, ita vt nõ poſſit probari contrarium. Vide ibi.

41 Quæ obſeruantia† comprobari poteſt etiam ſententia Felin. de quo Fontanell. d. conſ. 97. nu. 9. verſ. Et licet Felin. vol. 2. inter conſ. Ziletti; quia ſcilicet per ſta-
42 tutum, quidem poſſit derogari† diſpoſitioni d. legis, ſi quis non dicam rapere, C. de epiſcop. & cler. non tamen adhuc per conſuetudinem. Quod vbi deuenia-
43 tur ad actum† proximum, voluit, & Cumanus conſ. 96. Chriſtophorus vadens, num. 2. verſ. Tamen, pœnam mortis imminere, Thomas Gram. uoto 9. Nicola' Anellus per totum, Boer. deciſ. 316. Præſuppono, quòd hoc crimen, num. 4. verſ. In contrarium videtur, Ioſeph Fontanellus d. conſ. 97. num. 18. verſ. Conſideraui etiam vol. 2. per Bald. & Salyc. in l. ſi is, qui cum telo C. ad l. Corneſ. de Sicar. & in terminis generalibus criminis
44 † atrocis Corne. conſ. 202. Licet in hac conſultatione, num. 2. verſ. Præterea, vbi de iure communi, volu. 1. Quod adhuc
45 magis procederet, ſi† nocturno tempore, quis per vim ad actum proximum deueniſſet, per ea, quæ diximus in cap. de Circunſtantia, & in cap. de Scal. At Ioſeph Fontanellus d. conſ. 97. nume. 24. verſ. Cum itque Donatus, lib 2. voluit,
46 quòd nec etiam† nocturno tempore per actum proximũ, qui ſcalis fuerit ingreſſus mulieris cubiculum, & ad actum proximum deuenerit, capite puniatur, qui dicit ita fuiſſe * deciſum Neapoli teſte Afflict. deciſ. 276.

47 Sed dicamus Fontanellum loqui in † oſculo, qui eſt actus remotus; non dici-
48 tur. n. actus proximus, ſi alius eſt† magis proximus, in pũcto Ioſeph Fontanellus in d. conſ. 97. num. 20. verſ. Et actus dicitur propinquus, volu. 2. Boer. deciſ. 316. Præſuppono, nu. 1. verſ. Non enim dicitur, Marcus Mantua inter ead. conſ. criminalia, Zilet. conſ. 98. Profectò negari, ver. Et ad propoſitum, lib. 2. poſt Baldum cõ ſi. 253. Filia familias, lib. 1. vel in eo, qui poterat poſt actum proximum conſummare, & noluit; vel tandem dicamus, quòd nititur authoritate Sacri Conſilij Neapolitani, ex Afflict. d. deciſ. 276. Qui loquitur de eo, qui oſculatus fuit in
49 † via: nec enim præſumitur voluiſſe cognoſcere, etiam potens, vt inferius liquebit.

Contrariam autem communem opinionem, ut deueniens ad actũ ꝓximum, ſine conſummatione, non puniatur pœ-
50 na mortis, admitto† quoties delinquentem pœnituit, non impotentia facti, quia tunc quoad delinquentem, & pœnam, ha-
51 betur actus pro† conſummato, ſed pœnituit ex contraria, & libera volũtate, Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus Rex, nu. 3. verſ. Et idem dicit, poſt Abb. in cap. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſ. rei ſeruand. verſ. Ex prædictis, & poſt Bald. & Caſtrenſ. ibi allegatos, Thom. Grammat. voto 9. Nicolaus Anellus, num. 28. verſ. Aduertendum arbitror, ita etiam Felin. in tract. de Conatu. nu. 2. verſ. Fallit primò, & per text. & gloſ. in l. qui ea mente. ff. de furt. & per text. in l. qui falſam ff. de falſis, quo caſu etiam quidam Petrus Vicarietus clementiam Excellentiſſimi Senatus Mediolan. fuit expertus, qui poſt mamillarum tactum cũ puellæ nubilis lectũ aſcendiſſet, neq; vltra progreſſus habita remiſſione, fuit * abſolutus, Clarus §. fin. quæſt. 92. nu. 1. verſ. Et ſecundùm hanc opinionem. Vel etiam

F 2 impe-

Digitized by Google

52 impediretur per factum† extrinſecum,
quod poſſet eſſe iuris, Felin. in d. tract.
de Conatu, num. 2. per tex. in l. inter om
nes, §. pen. & fin. ff. de furt. explicat ipſe
exemplo, puta, quidam volebat tibi li-
53 brum furari, tu librum illi donaſti, non†
punitur. Sic in propoſito; Dum adole-
ſcẽs accedit, ut uim inferat, uult mulier
54 † ſponte cognoſci, profectò non impu-
tabitur cognoſcenti.

Qua de re ſcripſit Gandin. in tract. de
Malef. in tit. De multis quęſtionibus de-
pendentibus, nu. 21. verſ. Quod aũt di-
55 ctum eſt, ꝙ licet † rapiens puniatur pę-
na mortis, ſi tñ rapturo conſenſit Vir-
go, non punitur pœna mortis, qui rapit,
56 quia tunc non dicitur † proprie rapere.

Illud autem, quod Federicus Ruge-
rius inter conſilia Ziletti conſ. 99. Inhæ
rens doctiſſimis, num. 4. verſ. Et præſer-
tim hoc caſu, lib. 2. ſcripſit in fęmina no
cturno tempore feneſtram apertam re-
57 linquente præſumi † conſenſum in ge-
nere, ut aliquis ad eam accedat, non ha-
58 beret locum in muliere† probatę famę,
cum ſit leuiſſima coniectura; quid enim
ſi æſtiui feriant calores, feneſtræq; ſint
altiores? quid ſi obliuiſcatur? Quãquã,
quod dicitur de obliuione, conijci pote
rit illa, uel ex ſingularitate, uel ex plura
litate actuum.

59 Quod ſi ad actum proximum † non
fuiſſet deuentum, profectò minor delin
quenti impenderet pœna omni reiecta
addubitatione, ſic a contrario ſenſu Cu-
man. d. conſ. 96. num. 2. verſ. Tñ, quia fe-
cit quicquid potuit, Boer. deciſ. 316. Prę
ſuppono, ꝙ hoc crimen, num. 4. verſ. In
contrarium videtur Fontanel. d. conſil.
97. num. 18. vol. 2. Corn. d. conſ. 202. Li-
cet in hac conſultatione, nu. 2. vol. 1. &
in ſenſu directo Grim. nat. conſ. crimin.
36. In cauſſa Camilli, nu. 17. verſ. Ergo
in caſu præmiſſo, & in hoc ſenſu intelli-
go Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus Rex,
nu. 6. verſ. Sed per ſtuprum, qui num. 9.
* verſ. Fuerũt Dñi, dicit * concluſum fuiſ-
ſe contra attentantẽ pudicitiam in eo,
60 ꝙ † virginem, & oſculatus fuerat accla-
mantem, & amplexus, vt per 30. milia-
ria rellegaretur a loco delicti, quia non
erat actus proximus, ſaltem de neceſſi-
tate ordinatus ad deflorationem: nec
61 enim eſt † proſtratio, pannorum eleua-
tio, aut ſimile quippiam, quæ de ſui na-
tura non poſſunt intelligi, niſi in ordine
62 ad delictum principale; oſcula† verò, &
amplexus, licet ſint ad commixtionem
preparata, poſſunt tñ ſine illa intelligi,
cùm etiam in ſe ſint actus cõſummatus,
in quo plerũque conquieſcat non effre-
nus libidinis impatiens animus, ſed tñ
aliquo amoris ſtimulo percuſſus. Addo,
ꝙ etiam, ſi oſculum, & amplexus in ſe
eſſent actus proximi ad immixtionem,
non erant tamen proximi in caſu Affli-
cti, qm̃ virgo, & oſculata fuerat, & am-
63 plexa in uia publica, in† qua ſolus Dio-
64 genes hominem † plantauit.

Quanquam, & Afflict. d. deciſ. 276. Se
reniſſimus Rex, nu. 3. verſ. Et in iſta opi-
nione, iuncto nu. 9. verſ. Fuerunt Domi-
ni, innuit etiam in via publica proſtra-
tam puellam, ut poſt oſcula cognoſce-
retur, quod apertè ſenſit Petrus Calæ-
phatus conſ. 94. Formatã fuit inquiſitio,
num. 5. verſ. Circa teſtium, inter conſilia
criminalia Ziletti, vol. 2. Sed certè aliud
eſt ſimpliciter oſculari, & etiam mulie-
rem amplexari, aliud proſtrare; illa nõ
indicant in via publica, ſaltem inter gẽ-
tes, vlteriorem eo tempore effectum in
voluntate, hoc arguit.

Nocturno autem tpe dicerem de eo
ſumendum vltimum ſupplicium, etiam,
65 ꝙ deueniſſet ad actum † remotum tñ,
in domo tñ mulieris, per ea, quæ dix-
mus in cap. de Scalarum vſu, niſi ex con
66 traria voluntate† peniteret, per ea, quæ
uoluit Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus
Rex, nu. 3. verſ. Et idem dicit, Grammat.
Voto 9. Nicolaus Anellus, nu. 28. verſ.
Aduertendum arbitror, Felin. tract. de
Conatu, nu. 2. verſ. Fallit 1. & quamuis
non loquantur in terminis de nocturno
tempore, illud tñ Clari lib. 5. §. fin. q. 92.
nume. 1. probabilius intelligitur de no-
cturno tempore: loquitur enim de eo,
qui lectũ filiæ nubilis aſcenderat, quod
certè magis eſt, vt fuerit de nocte.

Quod tandem reſpicit regulam, quæ
inde deſumitur, quod ſcilicet etiam in
atrocio-

67 atrocioribus † non punitur affectus, niſi
* ſequatur effectus, hoc eſſe de* totius Ita
liæ, & ſtatutis, & conſuetudine teſtant,
modò in crimine attentati homicidij,
modò alijs in criminibus. & ita dicunt
68 eſſe † correctum tex. in l. Is, qui cum te-
lo, C. ad l. Corn. de Sicar. Iaſ. inſt. de act.
in rubr. num. 32. verſ. Vbi gñaliter dixit,
poſt Bal. in l. ſi fugitiui, col. 1. C. de ſer.
fugit. Ioſeph Fontanellus inter conſilia
crimin. Ziletti conſ. 97. Thema. Dona-
tus libidine, nu. 9. verſ. Sed hodie, vol. 2.
& inferius per plures numeros, Angel.
Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. 1. §. hæc verba. ff.
quod quiſq; iuris, Thomas Gramma. cō
ſi. crim. 36. In cauſſa Camilli, nu. 7. verſ.
Præterea liquet ex præmiſſo, Specu. in
titu. de accuſat. §. 1. verſ. Quid ſi primo,
Gram. rurſum voto 8. In cauſſa Reuerē-
di, nu. 13. verſ. Et plus ſubdit, Cepol. in
ſuo conſilio vlt. in crimin. & Grammat.
69 † voto 8. nu. 14. addit hoc eſſe de* æqui
* tate naturali Corn. conſ. 202. Licet in
hac, nume. 3. verſ. Et licet dictis, vol. 1.
Boer. deciſ. 316. Præſuppono, q̄ hoc cri
men, nu. 3. verſ. Hoc habito vſ, Bal. in l.
is, qui cum telo, C. de Sicar. Idem conſ.
361. Quidam rumor ad fin. vol. 1. Aret.
conſ. 80. Sicut decet, nu. 6. verſ. Et idem,
ſi fiat, Alex. conſ. 140. Vſ in caſu, num. 2.
verſ. Tñ de cōi, lib. 2. Dec. conſ. 256. In
cauſſa inquiſitionis, n. 7. verſ. Et primò,
Crauet. conſ. 47. col. 2. Alex. iterū conſ.
15. Viſo proceſſu inquiſitionis, nume. 2.
verſ. Tñ attenta diſpoſitione, lib. 1. Grā
mat. deciſ. 2. Franceſchella, nu. 18. verſ.
Quod etiam commemorat.

Et amplius voluit Grammat. d. voto
octauo, nu. 18. verſ. Et quod ad hoc. poſt
Baldum ibi allegatum, vt, nec etiam in
70 crimine † aſſaſſinij poſſit inferri pœna
mortis, niſi fuerit conſummatus actus,
quod & voluit Ioſeph Fontanellus d.
conſ. 97. inter conſilia Ziletti, nume. 9.
verſ. Et in crimine, uol. 2. Corn. cōſ. 202.
Licet in hac conſultatione, num. 1. uerſ.
His tñ non obſtantib. uol. 1. Idē Gram
mat. eod. voto 8. nu. 20. uerſ. Et in pro-
prijs terminis, qui ad hoc allegat Ange.
in l. item apud Labeonē, §. ſi curauerit.
ff. de iniur. Gand. in tractat. de Malefic.
in tit. de homicid. & eorum pœna, col.
4. & Amedæ de Syndicat. uerſ. Item in
eo, q̄ dicti ſocij milites, col. 4. & Gram-
* mat. d. uoto 8. in fi. dixit ita * iudicatum
fuiſſe, & indictam fuiſſe accuſato mul-
ctam aureorum quadringentorum.

Sed certe Mediolani, Senatus Excel-
71 lentiſſimus laqueo ſuſpendendos † cen-
ſuit eos, qui ad occidendum nobilem
quendam Mediolanenſem ciuem, lōgio
ri e regione acceſſerant mandatarij, nec
malè fecit tantus Ordo, qui cætera etiā
ſumma cum laude, maximoq; ſuæ ditio
nis bono facere conſueuit: ſi tñ ego te-
merarius illius Senatuſconſulti rōnem
uelim inueſtigare, en Aug. de Arim. ad
Aug. de Maler. in uerbo, Sempronīū mā
datorem, col. 2. & Thomā Grāmā. uoto
8. In cauſſa Reuerendi, num. 20. uerſ. Et
in proprijs terminis, referentes Angelū
conſ. 14. Nos Carolus, dicentem, q̄ ſi nō
72 ſit ſecutum homicidium, licet † aſſaſſi-
nus debebat decapitari, quia peruenit
ad actum proximum, tamen quia deli-
ctum non fuit conſummatum in morte,
quia mors non fuit ſecuta, bene faceret
Princeps, ſi commutaret pœnam in pe-
cuniam. Et tantus ordo noluit commu-
tare; ſed nec alius quiſpiam ſapiens cō
mutaſſet; quāquam nullus eſt inter mor
tales noſtro Mediolanenſi Senatu, aut
magis ſapiens, aut magis iuſtus. Sed cer
te ad id ſunt No. Conſtitut. ditionis Me
diolanenſis in tit. de Pœn. lib. 4. Quicun
que inquit tex. cuiuſuis ſexus in mortē
73 alicuius † coniurauerit, ſiue ſecutus fue
rit effectus, ſiue non, & quicunq; huiuſ-
cemodi coniurationis, & tractatus par-
ticeps erit, citra ſpē remiſſionis, laqueo
uitam finiat, aut capitis amputatione
puniatur, ita quòd moriatur.

DE VIOLENTIA Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Violentia cum raptu capite punitur.*
2 *Violentia ſine raptu, mitius punitur.*
Contrarium ſentit Author n. 4.
3 *Meretricem rapiēs nō punitur pœna raptus.*

5 Violentia,etiam non ſecuta copula,Mediolani capite punitur.
Idem de iure communi,num.6.
7 Violentia infertur etiam ſuaſionibus, & munebrius.
Non tamen habet locum in ſtatutis punientibus illatam violentiam,num.8.
Contrarium tamen etiam in ſtatutis tenuerunt alij,num.12.
Et malè,num.14.
9 Statutum Mediolani in criminalibus, ſub Rubr.49.declaratur.
10 Conſtitutiones Mediolani in tit.de Rapt. Mulier.declarantur.
11 Violentia eſt vox analoga.
13 Auro perſuadere plus eſt,quàm cogere.
15 Violentia in perſonam honeſtam,etiam ſine raptu,capite punitur.
Maximè ſi violās ſit humilis perſona,n.16.
Tantò magis per leges nouas,num.17.
18 Stuprum ſine vi,quomodo puniatur.
19 Legis Iuliæ pęna in ſe capitalis non eſt.
20 Tex.in l.3.§.præterea punitur,ff.ad l.Iul. de vi publica declaratur.
21 Delictum idem pluribus legibus puniri poteſt vario reſpectu.
22 Sanctimoniales ſollicitans pęna capitis punitur.
Idem Mediolani,ſi ſit,profeſſa cum habitu incedens,num.23.
24 Sanctimoniales etiam conuerſas ſollicitans capite punitur.
Etiam non virgines, ſed ſimplices matronas,num.25.
Siue volentes, ſiue nolentes,num.27.
25 Sanctimonialium appellatione, etiam conuerſæ,& ſeruientes veniant.
28 Conſtitutiones Mediolani in tit.de Pęnis §. Carnali copula,declarantur.
29 Virginem nondum viri potentē conſtuprās qua pęna puniatur de iure communi.
Signoroli diſtinctio ad hoc,num.30.
31 Virginem nōdum viri potentem deflorans pęna capitis punitur de conſuetudine.
Varia tamen recenſentur ad id conſuetudines ex Claro,num.32.
Diſtinguit Clarus,num.33.
34 Virginem nondum viri potentem corrūpēs punitur vltimo ſupplicio ex Baldo.
35 Virginem nondum viri potentem cōprimēs qua puniatur pœna,Boſſij diſtinctio.
36 Tex.l.ſi quis aliquid,§.ſi quis nōdum,ff.de pœn.declaratur.
37 Septennis,an dicatur velle.
38 Virginem nondum viri potentem comprimere conatus, non punitur pœna mortis imperfecto flagitio.
Contrarium attentis Mediolanenſis ditionis conſtitutionibus,num.39.
De iure communi diſtinguitur, num.40.
41 Violentia nocturno tempore illata omnino pœna mortis punitur.
42 Scalarum vſus nocturno tempore,an ſolam arguat futuram violentiam, an verò etiam raptum innuat.
43 Meretrici illata violentia, qua puniatur pœna.
44 Meretrix cogi non poteſt, pœna tamen eſt arbitraria,quæ poteſt ad mortem accedere,num.45.
Sed contrarium eſt commune,nu.46.
47 Meretrici illata violentia eſt impunibilis ſecundùm aliquos.
Etiam ſi mulier in vniuum impudicitia inciderit actum,num.48.
Rebus tamē ſic ſtātibus,ex Authore,n 49.
50 Violentia ſeruæ illata, qua puniatur pœna.
51 Violētia nocturna probatur per puellę acclamationem, illam atteſtantibus vicinis.
Modò acclamatio fuerit turculenta,nu 52.
Non tamen facit plenā probationem,n.53.
Etiam ſi reus fuerit cognitus, num.54.
Sed ſi è domo puellæ acclamantis viſus fuerit egredi, facit probationem,num.56.
55 Violentiam ſibi illatam negans mulier,facit plenam probationem.
57 Violentiæ accuſatio,quando præſcribatur.
58 Violentiam nocturno tempore, quis intulerit,iuſta eſt,& probabilis ignorantia.
59 Violentiæ accuſatio non præſcribitur, ſi nocturno fuerit illata tempore.
60 Violenter dictio ſtat actiuè,& paſſiuè.
Ideo violentia paſſiua ex parte mulieris nō concluditur,ſi probetur mulierem violenter cognitam,num.61.
Temperat Author, num.62.

ARGVMENTVM.

¶ Violentia,aut virgini, aut honeſtæ cuipiam matronæ illata, nocturno præcipuum tempore, qua puniatur pœna. Quid in ſanctimonialibus,

ni alibus. Quid ſi nondum ſit virgo viri potens. Quid præterea in meretricibus. An mulier noctu acclamans ſatis probet, an verò indicet tantum violentiam. An tandẽ aliqua currat præſcriptio ad accuſandam Iuſd icẽti nocturnam violẽtiam; diligens ſatis explanatio.

PLeraque poſſemus hic examinare, quę ad hunc titulum illiuſq; perfectã cognitionẽ nos manifeſtè cõducerent, ſed ea omnia ex eo dẽ fonte hauriri facillimè poterũt, atq; affluentius, ex quo nos hoſce accerſiuimus riuulos. Interea ea dumtaxat his commendabimus ſcriptis, quæ vel ad nocturnum ſpectẽt tempus, vel ad neceſſariam illius intelligentiam facere videantur.

Vim ergo conſummatã, vt hinc exordiamur, hoc eſt violentiam virgini, vel alij honeſtę perſonę inferẽres, an capite
* puniẽtur, an alia mitiori, videtur mihi*
cõmunis opinio, q̃ diſtinguit inter violentiam cum raptu, & eam, quæ raptum
1 excludit, vt † illa capitis pęnã ſuſtineat,
2 hæc verò mitius † puniatur, Gandinus in tract. de Malef. in tit. de multis q̃ſt. dependentibus à ſtatutis, quę incidunt circa maleficia, nu. 20. verſ. At qui virginẽ
* proijcit in terram, & ita de* facto fuit, Cuman. conſ. 96. Chriſtophorus, nu. 2. verſ. Et ex facto, Bartho. Bertaz. conſ. crimin. 203. Hoc cauſſa, nu. 5. & 6. lib. 1. aduertas tamen, quòd illud conſiliũ eſt Io. Frãciſci Terzanij Cremone, add. ad Areti. in tract. de Malef. in tit. Che hai adulterato la mia donna, nu. 54. Quæro quæ ſit pęna ſtupri ſub litera B. ĩ verbo, Quãdo per vim. Et ſi violentia ſit cũ raptu, quòd pœna capitis irrogetur, res nõ habet difficultatem, vt eſt tex. in l. vnic. C. de rapt. virg. in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſcop. & Cleric. in §. ſin autem per vim inſt. de public. iud. Clar. lib. 5. §. fornicatio, nùm. 30. verſ. Raptus etiam, Signorol. conſ. 207. In quæſtione præſentibus alligata, numer. 1. verſ. Verùm, quia vltra proceditur, Bal. in l. ſi quis non dicam rapere, numer. 17. verſ. Tamen ſi ego haberem, C. de epiſcop. & clericis. Boſſ. in tit. de Coitu damnato, numer. 67. verſ. Et ſi in viri potente, Idem Boſſ. latè in tit. de Raptu mulieris; niſi fortè eſſet meretrix, quoniam
3 rapientem † meretricem, ſolutam tamen, non incidere in pœnam raptus ſcripſit Caſtren. conſ. 272. Quæritur viſo per totum, volu. 2. add. ad Aret. loco cit. ſub d. lit. B.

Sed ſi ſit ſine raptu, quòd mulieri honeſtæ violentiam inferens non puniatur
4 pœna capitis, hoc mihi ſemper † durum viſum eſt.

In noſtra Mediolanenſi ditione non eſt, quòd vlterius inueſtigemus, habemus. n. legẽ ſcriptam, in no. Conſtit. lib. 4. in tit. de Raptu Mulierum, ſub his verbis. Raptores mulierum honeſtarum,
5 aut eis vim inferentes, etiam ſi † copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt, ita quòd moriantur, &c.

Sed nec video, quid reſponderi poſſit ad text. in l. 1. ad fin. ff. de extraordi-
6 narijs criminibus, vbi habentur † hæc verba. Qui puero ſtuprum, inquit text. abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit: aut mulierem, puellamue interpellauerit: quidue impudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, prætiumuè, quo id perſuadeat, dederit: perfecto flagitio puniuntur capite: imperfecto, in inſulam deportantur. Et certè ille text. loquitur in debiliori caſu, reſpectu ſcilicet vis conſiſtentis in ſola perſuaſione, & munerum oblatione, ergo multò magis in vera vi, & ita arguit, Boſſ. in tit. de Coitu dam. nume. 66. verſ. Et aduerte, quia etiam. Idem in tit. de Rapt. Mulier. numer. 15. verſ. Nota etiam dum dixi, Angel. in Auth. de lenonibus. §. fin. circa fin. Dec. conſ. 170. Viſo themate, col. 2. Caccialup. in repetit. l. cunctos populos, nume. 62. verſ. Hinc infert Angel. C. de ſumma triuit. plures adducit, & Maſcard. de

probat.concluſ.1416.Violentiarum,nu.
28.verſ.Amplia, vt etiam, & Carer.in
ſua praxi in §.Circa quartum,num.282.
verſ.Itē contrahitur tale crimē,Claud.
Bertaz.ad conſ.patris ſui conſ.134.Cer-
tum eſt iſtos inquiſitos,ad fin.lib.1.qui-
7 bus in locis habetur, quòd † vim paſſa
dicitur, quæ aurea ſagitta perculſa eſt,
vt vtar verbis Claudij Bertaz.loco cit.
addo Caldam ad l.ſi curatorem, in ver-
bo, Vel aduerſarij dolo,nu.58.verſ.Sed
rurſus pro Gonezij C.de in integrum
reſtitut.min. Afflict.lib.cōſtitut.Rubr.
19.num.2.

Quo loco obiter notandum eſt,quòd
licet appellatione violentiæ veniat etiā
interpellatio, & ſuaſio in iure cōmuni,
8 ſecus tamē eſſet in† ſtatutis;ſtante.n.ſta
tuto,vt ſtupratores uiolenti pœna capi-
tali punirentur,nō uenirent conſtuprā-
tes ex interpellationibus, ſuaſionibus,
* aut muneribus.& ita in * practica ſeruan-
dū ſcripſit in indiuiduo Boſſ.in d.tit.de
Coitu damnato, num.66.uerſ.Eſt uerū,
quòd arbitrarer.Idē Boſſ.in tit.de Rap.
Mulie.nu.15.uerſ.Et ſi aliter diceremus.

Hinc declarari poteſt ſtatutum Me-
9 diolani in† criminalibus,ſub cap.49.De
pœna rapientis mulierē honeſtā, ſiquis
per uim rapuerit mulierem honeſtam in
quit tex.& ipſam adulterauerit, ſeu ſtu-
prauerit, uel etiam per uim adulteraue-
rit,uel ſtuprauerit,capite puniatur.

Et ne ſigillatim pleraq; Inſubrum ſta
10 tuta adducam,declarari poſſunt† Nouæ
Conſt.Mediol.in d.tit.de Rapt.Mulier.
ubi uim inferentes honeſtæ mulieri pœ
na capitis puniuntur; intellige per uim
ueram, non autem per metaphoricam,
quales ſunt ſuaſiones,interpellationes,
11 munera,&c.eſt.n.uox† analoga uis,quę
priore loco, & in potentiore ſignificato
prædicatur de ui atroci, poſteriore etiā
de ui ſuaſoria,& interpellatoria.

Quanquam etiam in caſu ſtatuti pu-
nientis cognoſcētem mulierem inuitā, *
12 puniri etiam† auro allicientem, & per-
ſuadentem, quia auro perſuadere plus
13 quodammodo ſit,quàm† cogere l.1.§.perſua
dere ff.de ſer.corrup.ſcripſit Marſi.ſing.
* 353.qui dicit hoc perpetuo * menti te-

nendum. Atq; huc referri poſſunt,aliis
pleriſq; conſulto omiſſis,ea,quæ ſcripſit
Virgil.lib.3.Aeneidos.

Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur, Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Ita ēt Neuiz.in ſua Syl.de quo Maſcar.
de probat.concl.1416.Violentiarū, nu.
29.uerſ.qđ ſtatutū,idē ſcripſit Carer.in
ſua praxi.in §.Circa quartum, nu.282.
uerſ.Item contrahitur tale crimen.
14 Quod ego† nō credo uerum,aliàs,ut
dicit Boſſ.in d.tit.de damnato Coitu,
num.66.uer.Eſt uerū.& in tit.de Raptu
mulier.num.15.uerſ.Et ſi aliter,ſi aliter
diceremus.poſſet capite puniri uniuer-
ſus ferè mundus.

Atq; ut ad principale dictum redea-
15 mus, quòd uis in perſonā honeſtam, etiā†
ſine raptu.pœna capitis puniat, uoluit
Boſſ.in d.tit.de Coitu damnato, nu.64.
uerſ.Et in puellā ui, Angel.de Malef.in
tit.Che hai adulterato la mia dōna,nu.
54.Quęro,quæ ſit pœna ſtupri,uerſ.Itē
eſt pęna gladij. Clar.lib.5.recept.ſent.
§.ſtuprum,num.3.uerſ.Quod intelligo,
Baiar.ibid.num.37.uerſ.Item adde, qđ
ille,qui per uiolentiā,Afflict.in tit.quæ
ſint regalia §.condemnatorum.num.2.
16 Maxime ſi ſit† humilis pſona,Signorol.
cōſ.207.In quæſtione præſentibus, nu.
3.uerſ.Secundò pro ipſo ſtupro; Tantò
17 magis per† leges nouas,Bald.in l.ſi quis
non dicam rapere,nu.17.uerſ.Tamen ſi
ego haberē C.de Epiſc.& cler. Auguſt.
Arimin.ad Ang.de Malef.i tit.Che hai
adulterato la mia dōna, nu.55.uerſ.Itē
adde,quòd licet ſemper,Clar.iterum in
§.Fornicatio,nu.33.uer.Omnes autem,
Bart.in l.1.§.q puero ff.de uar.& extra-
ord.crimi.Boſſ.in ſua praxi in tit.de plu
ribus uiolentijs, num.63.uerſ.Eſt etiam
pęna capitis,ita ut hæc ſit magis ** cō-
munis,Caldas ad l.ſi curatorem, in uer-
bo,Vel aduerſarij dolo,nu.58.uer.Vnde
ſi illa lex C.de in integ.reſt.minor.quicquid deinde diſſentiat ibid.nu.59.uerſ.
Vlterius,idem uoluit Ant.Gomez.3.to.
cap.

cap. 1. num. 41. de quo etiam Caldas loc.
cit. Idem additur ad Matthesil. quicquid
Idem uoluerit Matthesil. ſing. 99 Nota
tex. quem pauci ſciunt. Et quod ſcripſit
Cuman. conſ. 96. Christophorus vadés,
quod cóſilium ſuperius obſeruauimus,
intelligit ibi additionator ad Matthe-
ſil. de minore 25. annis, ubi tamen non-
nullæ ſubijciuntur limitationes. Vide
eas. Quicquid etiam etiam uoluerit Al-
ber. in 3. part. ſtat. q. 31. Item pone quæ-
ſtionem. Marſil. ſing. 65. Idem in l. 1. C.
de rap. uirgin. Ioſeph Fontanellus inter
conſilia criminalia Ziletti conſ. 97. The-
ma. Donatus libidine, nume. 9. uerſ. Sed
hodie uol. 2. Gandin. in ſuo tract. de Ma
leſ. nu. 20. uerſ. At qui uirginem proijcit
in terram, & Cuman. qui dicit ita de fa-
* cto * determinatum, conſ. 96. Christo-
phorus uadens, num. 2. uerſ. Et ita deter
minatum.

Nec obſtat tex. in §. Itē lex Iulia inſt.
de publicis iudicijs, ubi ſtupratorib. lex
Iulia irrogat pœnā, ſi honeſti ſunt, pu-
blicationis partis dimidiæ bonorum, ſi
humiles, pœnam corporis coercitionis
cum relegatione. Quoniam ille tex. lo-
18 quitur qn̄ ſine† ui committitur ſtuprum
in uirginem, uel aliam honeſtam perſo-
nam; ſi bene ponderetur.

Nec obſtat tex. in l. 3. §. pręterea puni
tur ff. ad l. Iul. de ui publ. ubi pœna tñ
l. Iuliæ de ui publica puniuntur, qui pue
rum, uel fœminam, uel quēquā per uim
19 ſtuprauerint, quæ tamen pœna in ſe† ca
pitalis non eſt. Reſp. n. Boſſ. loco cit. nu.
64. uerſ. Non omitto, quòd lex Iulia ha-
buit ſolùm rationem ad uim, nó autem
20 ad† flagitiū. i. ad uim, non ad uiolentiā;
& præterea ibidem, nu. 65. uerſ. Vel dic
non eſſe mirū, dici ex eodem facto quē
21 incidere poſſe in† plures leges, & plura
delicta, l. nunquam plura ff. de priuat. de
lict. Bar. in. l. ſi adulteriū cum in inceſtu
in prin. col. 2. ff. de adult. & in l. 1. §. unde
quæritur. ff. de public. Idē Boſſ. in tit. de
Pœnis. quod inde facillimè non ſolùm
conijci, ſed ét manifeſtiſſimè compro-
bari poteſt, quòd eadem lege, & in pue-
rum, & in fœminam ſtuprū punitur. An
uerò ſtuprum committens in puerū mi-
tiori pœna, non autē capitali puniatur,
dicat tex. in l. Cùm uir C. de adulter.

22 Sanctimoniales autem ſiue† rapiātur,
ſiue ſimpliciter uiolenter proſternātur,
ſiue etiam earum quis uiolentiam atten
tarit, uel aliter ſolicitauerit, eum capite
puniri nemo eſt, qui ambigat, ut eſt text.
in l. ſi quis non dicā rapere C. de Epiſc.
& Cler. tex. in cap. ſi quis rapuerit, uel
ſolicitauerit. 27. q. 1. Salycet. Caſtrenſ.
& Alber. in d. l. ſi quis non dicam rape-
re, Boſſ. in tit. de Coitu damnato, num.
79. uerſ. Coitus cum moniali, eſt tex. in
cap. pen. auth. de ſanctiſſ. epiſcop. Fran.
Marc. deciſ. 966. part. 1. & hoc diſpone-
* re * communiter ſtatuta per Italiam di-
xit Marſil. in l. un. nume. 40. & ſeq. C. de
rapt. Virgin. de quo etiam Clar. §. For-
nicatio, nume. 17. uerſ. Cum moniali eſt
prohibitus, ibid. Baiard. nume. 17. uerſ.
Item adde ꝙ laicus. Idē uoluit Ioan. de
Anan. conſ. 1. num. 9. uerſ. Pœna autem
comiſſi, poſt Ant. de Butr. in cap. At
ſi clerici, de iud. Et Mediolani extant
No. conſtit. in tit. de Pœnis libr. 4. in §.
Carnali copula. Carnali copula, inquit
23 tex. cognoſcens monialem† profeſſam,
incedentem tamen in habitu, in mona-
ſterio, ſiue extra monaſterium, capite pu
24 niatur, Idem etiam, ſi conuerſæ† ſint, Ba
iar. in d. §. fornicatio, nu. 22. quoniam ap
25 pellatione monialium, & eiuſmodi† ſer
uientes contineantur Baiard. ibid. poſt
Carer. in pract. in §. homicidium 6. nu.
26 257. & ſiue uirgines, ſiue ſimplices ſint†
matronę, Boſſ. d. tit. de Coitu damnato,
27 num. 79. uerſ. Sed quæro modo. Siue† ue-
lint, ſiue nolint, ob maximum conuiciū,
ſceleſtiſſimamq; iniuriam, qua afficiunt
D. O. M. maximè Mediolani, ut aliquid
operentur uerba illa §. Carnali copula,
28 in tit. de Pœnis, quia ſi† nolentes tan-
tùm moniales cognoſcens capite pu-
niretur, ſuperflueret profectò illa diſpo
ſitio, cùm iam idem paulò ſuperius ſan-
citum fuiſſet in uiolenter cognoſcente,
quamlibet honeſtam mulierem, in titu.
de Rapt. Mulier.

Reſpectu uerò uiolentiæ illatæ uirgi
ni nondum uiri potenti, quòd pertinet
29 ad ius† commune, eſt text. clarus in l. ſi

quis

Digitized by Google

quis aliquid ex metallo.§. qui nondum
viri potētes.ff.de pœn.Qui nondum vi-
ri potentes virgines corrumpunt,inquit
tex.humiliores in metallum damnātur,
honeſtiores in inſulam relegantur, aut
in exilium mittuntur, facit text. in.l.ſi
vxor.§. ſi minor.ff. de adulter. de quo
tex. ēt Thom. Gramma. deciſ.22. De pre
ſenti menſe,num. 1.verſ.Ego tamē dixi,
* vbi nu.2.in fi.dicit ita fuiſſe * iudicatū.
& ita etiam in Breduno fuiſſe iudicatū
teſtatus eſt Guido Papæ deciſ. 250. de
quo Thomas Grām. loco cit.nu.2.verſ.
Regio inſuper, Caldas poſt alios ibi al-
legatos ad l.ſi curatorem,in verbo, Vel
aduerſarij dolo,nu.56.verſ.Sed contra-
tium, vbi latè C.de in integrum reſtitu.
minor.& nume.59.verſ.Vlterius, quod
Gomezius, additur ad Mattheſil. ſing.
99. Nota text. quem pauci, ſciunt uerſ.
Quid autem, ſi uirginem immaturam
ſtuprauerit; faciunt in ſecundo diſtin-
ctionis membro dicta D.mei Præſ.Me-
nochij lib.2.de arbitr. iud. caſu 294.nu.
3.uerſ.Secunda uerò fuit opinio. At Si-
gnorol. in conſ. 207. In quæſtione præ-
ſentibus alligata,num.3.uer.Verū,quia
30 in caſu noſtro, diſtinguit inter † humi-
liorem,& honeſtiorem perſonam, ut hu
milior capite puniatur per text.in l.hu-
milem C.de nupt. cæteri relegentur, ſi
ſint honeſtiores, per tex.in d.l.ſi quis ali
quid ex metallo §.qui nondum uiri po-
tentes.ff.de pœn.

Alij diſtinguunt inter ius,& conſuetu
dinem,ut quæ diximus procedant de iu
31 re; Cæterùm † attenta * conſuetudine
* capitalis omnino impendeat pena, Af-
flic.ſuper 1.par. conſtit.regn.rub.19.nu.
14.Sed quoniam conſuetudines plerum
que locales ſunt, & ſuus eſt cuiq; mos,
32 ideo † uarias conſuetudines in eiuſmo-
di coercendis delictis,uide apud Clarū
lib.5.§.ſtuprum,nu 9.uerſ.Fuit aliquan
do dubitatum. Ipſe tamen uir clariſſi-
* mus teſtatur* Mediolani quendam capi
* te punitum;refert etiam cōtrariam *pra
xim, ut quidam per decennium tantùm
ea de re fuerit ad triremes damnatus;
ſed fortè hoc poſteriore caſu ex circun-
ſtantijs mitior reddebatur caſus.

Ipſe tamen Clarus loco cit.in fin.di-
33 ſtinguit inter conatum † ſolum,& uirgi-
nalis clauſtri fracturam, ut primo caſu,
uel perpetuò, uel per decennium trire-
mium tantùm pœna infligatur; Secun-
do uerò pœnam ultimi ſupplicij nullo
modo, delinquens euadat. Sed certè
utroq; caſu penam mortis indicerem,ut
inferius demonſtrabo.

Baldus uerò in l.ſi quis non dicam ra-
pere,nume.17.uerſ.Tamen ſi ego habe-
rem C.de epiſc.& cler. uult illum om-
34 nino † ultimo ſubijciendum ſupplicio,
idem uoluit Faber. in §.item lex Iulia,
inſt.de publicis iudicijs,Frāciſ.Cur.iun.
in l.tranſigere C.de tranſac. Salyce. in
l.impunitas, num.2.C.de pœn. Anton.
Gomez.3.to. cap.1.num. 60.in fin.Cal-
das, licet tandem ipſe diſſentiat, in l.ſi
curatorem, in uerbo,Vel aduerſarij do-
lo,nume.56.uerſ.Quid autem ſit dicen-
dum C.de in integr.reſtitut.nec diſſen-
tit additionator ad Mattheſil. ſing. 99.
Nota text.quem pauci ſciunt,uerſ.Bal-
dus tamen, D.meus Præſ. Menoch.lib.
2.de arbitr. Iud. caſu 294. Dubitari ſæ-
piſſimè, numer. 1.licet deinde ipſe uir
doctiſſimus diſſentiat,concludens con-
trarium, num.6.uerſ.Ego pariter; & re
uera,ſi capitis periculum ijs impendet,
qui uiri potentem conſtuprantur,atque
ideo in ſolam peccant perſonam, quare
non magis ijs,qui & perſonam,& natu-
ram ipſam aliqua ex parte iniuria affi-
ciunt?

Placet tamen diſtinctio Boſſ.in tit.de
Coitu damnato à nu.67.uerſ.Non omit
to,& nu 68.uerſ.Ex his dico & faciunt
d.Gramm.deciſ.22.De præſenti menſe,
num.1.uerſ.Intelligendo tamē,& Fran.
Curt.Iun.in.l.tranſigere C.de tranſact.
idem uoluit Caldas ad l.ſi curatorem in
uerbo aduerſarij dolo, nu.58.uerſ.Qua
ratione nō eſt mirum C.de in integr.re
ſtit. min. D.meus Præſ. Menoch. de ar-
bit.iud.lib.2,caſu 294.Dubitari ſæpiſſi-
35 me,nu.2.uerſ.Ego opinor,quòd.ſ.† uir-
ginē nondū uiri potentē ſi quis ui cōpri
mat,capite puniatur,ſi uerò nulla uis in
teruenîat omnino diſtinguatur inter do
li capacem,& prorſus ætatis nedū,uerū

etiam

etiam, & conſilij, & voluntatis immatu-
ram; ut primo caſu, non ſit pœna capi-
36 talis; ſed h. beat locum † tex.in l.ſi qs
aliquid, §.qui nondum.ff.de pœn.Secun
do caſu, capite puniatur is, qui delique-
rit, quoniam ſatis uim dicitur intuliſſe,
qui non uolenti vim intulit, dicitur autē *
37 non volens † ſeptennis, vel ea minor,
quæ nec velle dici poteſt.

Quanquam, & ipſe Boſſ.d.nume.68.
verſ.Sed non perfecto, in ea eſt ſenten-
38 tia, ut † non perfecto flagitio mitior ſit
imponenda pœna, quod & voluit Clar.
lib.5.§.ſtuprum, nu.9.verſ.Præterea cre-
derem, quod & voluit Alber.in 3. part.
ſtat.quæſt.31. Item pone quæſtionem,
Marſil.ſing.65. Idem in l.1. nu.12. C.de
rapt.Virg.Ioſeph Fontanellus inter con
ſilia Ziletti criminal. conſi.97. Thema.
Donatus libidine, nume.9.verſ.Sed ho-
die, vol.2.

39 Quòd ego in Mediolanenſi † ſtatu nō
admitto ex No.conſt.lib.4.in tit.de rap.
Mulierum, in prin.in illis verbis, Aut eis
uim inſerentes, etiamſi copula nō ſequa
tur, pęna capitis puniendi ſunt. Nec etiā
40 attento iure † communi, niſi imperfectū
ſit flagitium ex voluntaria pœnitentia,
ſecus ſi ex facti impotentia per ea, quæ
tradit Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus,
num.3.verſ.Et idem dico; & diximus in
ſuperiore cap.nu.50.& nu.51. Addo in
indiuiduo Caldam poſt ibi allegatos in
l.ſi curatorem, nu.60.verſ.Ex quibus re-
ſolutio, C.de in integr. reſtit. min. quic-
quid deinde ipſe diſtinguat ibid. verſ.
Vnde iam reſoluitur.

Quæ omnia cùm ita ſe habeant ſim- *
pliciter, & abſolutè, ampliorem profe-
41 ctò ſibi † vendicant locum, ſi uis cū effe
ctu nocturno tpe inferatur, ubi ſolus *
Scalarum vſus ad pudicæ mulieris ruinā
capitalem expoſcit pęnam, ut aliàs dixi-
mus ex Claro, §.fi.q.68. Nunc videndum
eſt, nu.4.verſ.Aſcendens cum ſcalis, Ba-
iard.in §.ſtuprum, nu.33. verſ.Item ad-
de, ꝙ ponens ſcalas, Bal.in l.fi.nu.3.verſ.
Sed hic quæritur.ff.de diuiſ.rerum, Are-
tin.in §.Sanctæ quoque res, num.4.verſ.
Quæ pœna eſt, Inſt.eo. Fontanellus in-
ter conſilia criminalia Ziletti, conſi.97.
Thema, Donatus, nume.10. verſ.Neque
obſtat, iuncto num.26. verſ.Conſidera-
ri etiam, vol.2.ibid.Marcus Mant.conſi.
98.Profectò negari, nume.1.& 4.verſ.Et
quod deniq;, eod.lib.2. Cotta in verbo,
Meretrix, verſ.Et ideo.

Niſi attenta * communi diſtinctione,
42 ſi tñ communis eſt, diceres, ꝙ † apponēs
ſcalas, an ſit violaturus ſimpliciter, an
ēt rapturus, neſcimus, ideo maior immi-
net pęna maiori deliberatæ culpæ.

43 Reſpectu uerò uiolentiæ † meretrici
illatæ, uide omnino poſt Clar, ibid.Ba-
iard.in §.Fornicatio, nume, 3. verſ.Item
adde, ꝙ in regno, Couar.lib.3.variarum
reſolutionum, cap.14.nu.2.qui dicit nō
44 poſſe meretricem † cogi, & adeſſe pęnā
arbitrariam ſcripſit D.meus Præſ. Me-
noch.lib.2.de arbitr. Iud. caſu 291. Ra-
ptus pœna grauis, nu.5.uerſ.Non eſt er-
go. Qui tamen dicit num.6. uerſ.Credo
45 ēt Bal.ꝙ poſſet eſſe adeò † atrox iniu-
ria, ut mors inferetur per tex.cum glo.
in §.in ſumma. Inſtit.de iniurijs, plures
adducit idem D.meus Menoch.de arbi-
tra.lib.1.quæſt.86.nume.4.verſ. Exten-
ditur primo addo Aretin. in §. Sanctæ
quoque res, num.4. uerſ.Quæ pœna, In-
ſt.de rer.diuiſ.Bal.in l.fin.num.3. uerſ.
Sed hic quæritur, ff.de rer.diuiſ. Matthe-
ſil.notab.101.Nota unum, cuius ſolent.
De quo tamen uide quæ dixerimus in
cap.21.nume.48.uerſ.Quanquam quod
pertinet, ex Grammat.conſ.36.In cau-
ſa Camilli, nu.21. uerſ.Et ideo in crimi.
& Afflict.deciſ. 276. Sereniſſimus Rex,
num.6. uerſ.Sed per ſtuprum, ubi dixi-
* mus eſſe * communem, ꝙ arbitrium eiuſ-
46 modi † non extendatur ad mortē, quod
& uoluit in pūcto poſt Carer.in ſua pra
* xi.§.7.num.112.& ſeq.de * communi te-
ſtans Bart.Bertazz.in conſ.crimin.134.
Certum eſt iſtos inquiſitos, num.5.verſ.
Eſt uerum, lib.1.

Non defuerunt tamen, qui uoluerint
47 uiolentiam † meretrici illatam nulli ſu-
bijciendam pœnæ, ita poſt Bart.& Aug.
in l.uerum la 2.ff.de furt.Boniſ.Vital.de
Maleſ.in tit.de Raptoribus, col.2.uerſ.
Fallit in Meretrice, ſcripſit alios allegās
Bertaz.cōſ.crim.134. Certū eſt iſtos in-
quiſi-

Digitized by Google

quiſitos,num.4.verſ.De iure communi, lib.1.Boer.deciſ.317.Et primò tangam, num.8.verſ.Quia cum talibus,qui idem
48 dicit,ſi ea cognoſcat mulier,quæ† ſemel tantum inhoneſtè ab alio fuiſſet cognita,citat Caſtrenſ.Sed caue, quia Caſtr. conſ.272.Quæritur viſo,loquitur de ea, quæ licet vnicum ſuſtinuerit illicitum actum, tempore tamen violentiæ ad-
49 huc† inhoneſte viuebat, ſecus ſi mores compoſuiſſet in melius, vt ſatis colligitur à ſimili in ſenſu cõtrario ex iis,quæ adducũtur ad Matthesil.ſing.99.Nota tex. quem pauci verſ.Limita etiam niſi ſtatim,& clarè idem additionator ad ſing. 201.Nota vnum.
50 Tandem de vi illata realiter† ſerue vi deri poteſt tex.in l.ſi ſtuprum ſeruæ.ff.de iniur.vbi late pro ſubiecta materia tradit gloſſ.quoq; attento textu,vbi hallucinatus eſt ni fallor ego,aliàs vir doctiſſimus Caldas ad l.ſi curatorem C.de reſtitut.in integr. in verbo, Vel aduerſarij dolo,num.56.verſ.Sed contrarium omnino,dum text.illum ponderat iudiſtinctè,vide etiam ea,quæ adducuntur ad Matthesil.ſing.99.Nota tex.verſ.Limitatur etiam ſi mulier.
Reſpectu aũt probationum, plerisq; alijs omiſſis,ſatis probatur violẽtia, vel etiam vis nocturno tempore illata, ſi vi
51 cini puellam† clamantem,& plorantem exaudierint, Gerardus de Petraſancta ſing.8.Nota quòd in caſib.clandeſtinis, num.2.verſ.Tu verò vltra doctores,Idẽ voluit Bald.in l.1.§.potuiſſe ff.ad Sillã. per illum tex.quo dicit in propoſito nõ reperiri * meliorem Angel. in d.l.1.§. fin.ff.ad Sillã.Io.Baptiſta Baiard.ad Clarum in §.ſtuprum,nu.8.verſ.Verùm eſt, quòd vociferatio,Afflict.in conſtitut.de rapt.virginis, num.24.Maſcard.de probat.concluſ.1416.Violentiam,num.26. verſ.Et violentiam fuiſſe illatam, idem concl.23.Acclamantẽ puellam, in prin.
52 modò fuerit† acclamatio truculenta,vt vtar verbis Caterij .i.talis, quæ audiatur, Cater.in ſua praxi in §.Circa quartum, nu.276.verſ.Item requiritur,ꝙ talis.Idem voluit Iodoc.in ſua praxi,cap. 95.nu.6.& 10.de quo Baiar.ad Clar.in §. ſtuprum,nu.40.verſ.Et uis uidetur fieri.
Quæ acclamatio quanquam non facit
53 † plenam probationẽ, aliàs facilis eſſet commentis locus, Boſſ.in tit.de furt. in prin.num.2.Specul.in tit.de pignor.nu. 15.uer.Sed dic contra per tex.in l.Matrẽ C.quod met.ca.& in puncto illatæ uiolẽtiæ Bald.in l.1.§.potuiſſe ff.ad Sillan.Petraſanc.ſing.8.n.3.uerſ.Et ideo,Maſcar. cõcl.1416.nu.27.uerſ.Intellige, Caſon. de Maleſ.trac.8.Ex dicto in delicto, in-
54 ſi.et ſi reus fuerit † cognitus, Maſcar.d. nu.27.q ideo conſtitui cum Marſil.cõſ. 61.differentiam inter mulierem accla-
55 mantem ſibi uim illatam,& † negantem illatam uiolentiã,ut poſteriore caſu plenè probet,priore indiciũ tantùm faciat.
56 Attamen ubi reus è† domo acclamantis mulieris exire deprehenditur,per acclamationem probatur uiolentia, ita poſt alios ibi allegatos Maſcard.concl. 23.Acclamantem, num.2.uerſ.Imo inducit probationem.
57 Reſpectu autẽ† præſcriptionis ad accuſandum,quoniam iuſta eſt, & proba-
58 bilis† ignorantia quis nam fuerit is,qui uim nocturno intulerit tpe, ut eſt glo. quam ibi Angel.dicit ſingularem in l.ſi cum exceptione, in meo incipit,l.itẽ ſi. cum exceptione.§.in hac actione,in uerbo,Ignorantiam.ff.quod met.ca.Franc. Marcus deciſ.764.Quæritur,quia,nu.1. part.2.unde lar.familiaris in Aulularia. Plauti in Prologo.

Is ſcit adoleſcens,quæ ſit quam compreſſerit.
Illa illũ neſcit:neq; compreſſã aũt pater &c.
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigilijs.

59 Dico nunquam † præſcriptam aliquo tempore accuſationẽ in hoc caſu, ut eſt tex.in cap. plerumq; boni uiri cũ gl.in uerbo,Et tacent.2.q.7.Sed de hoc latius ſuo loco in cap.de Præſcriptionibus.
In formanda tamen accuſatione caueat omnino mulier, illiusq; aduocati, ne dicat ſe uiolẽter cognitam,qm̃, cum
60 aduerbium† uiolenter ſtet,& actiuè, & paſſiuè,poſſitq; ideo inde duplex deduci ſenſus, & quòd uiolentia illata fuerit uiro,

uiro, & ꝙ fœminæ, in dubio ſequatur
61 abſolutio, illaque dictio† violenter, ex
parte mulieris actiuè poſita intellige-
tur in odium mulieris, quæ non dicitur
perfectè probaſſe paſſiuam violētiam,
Bart. in l. cum duo eadem, nu. 7. verſic.
Quidam aduocatus volens, ff. de duob.
reis, idem in l. filius familias 16. nu-
me. 2. verſic. & facit ad quæſtionem, ff.
de teſtam. Bart. iterum in l. ſi vxor, §. ſi
quis vxorem, nu. 4. ver. Vltimò volo vos
ſcire, qui dicit idem eſſe de omnib. ver-
balibus, vt duplicem habeant ſignifica-
tionem, & actiuam, & paſſiuam. Ideoq;
ſubijcit ibi * praxim quandam, vt ſci-
licet, qui vult concludere violentiam
paſſiuam ex parte mulieris, in libello
expreſsè dicat, ꝙ talis cognouit talem
paſſam ab eo vim, per tex. in l. vim paſ-
ſam. ff. eo l. idem Bar. in l. ſi ita la j. ff. de
manumiſſ. teſtamēto, Ang. in l. cum res,
C. vi bonorum rapt. Rum. conſ. 145.
Abſque multiloquio, nu. 25. verſ. Quia
verbum violenter, lib. 5. Abb. in c. dudū
el 2. col. vlt. de elect. Decian. conſ. 8. nu.
45. vol. 1. Baiard. ad Clarum in §. ſtuprū
nu. 39. verſ. Item adde, ꝙ ſi quis proba-
retur, Bald. in Rubr. extra de his, quę
vi, metuſue cauſa fiunt, n. 12. verſ. Illud
conſtat, quòd multa facinora, Decius in
ca. In præſentia, nu. 65. verſ. Quarto idē
in ſimili, de probatio. Matthesil. ſing.
102. Nota, quòd ſi capitulum.

Sed certè, ꝙ imò importet violentiā
actiuam ex parte viri, paſſiuam autem
ex parte mulieris, ſaltē ex cōmuni vſu
loquendi voluit Barbat. in cap. quia, de
iudicijs per tex. in cap. vt famæ, in ver-
bo, Violenter, de ſent. excom. & ca. cum
pridem, in verbo Violenter, de pact. ſi-
cut, & dicta teſtium intelligenda ſunt
ſecundum communem vſum loquendi,
Innoc. in ca. cum clamor, de teſtib. Bar.
in l. ſtipulatio iſta §. hi quoq; ff. de verb.
obli. ideo licet mulier poſſit vim maſcu-
lo inferre, vt ab eo cognoſcat, vt eſt gl.
in verbo, ſponſam ſuā in l. 1. C. de rapt.
virgin. D. meus Præſ. Menoch. qui in ra-
ptu loquitur li. 2. de arbit. iud. caſu 291.
Raptus pęna, in fin. rarò tamē id fit, nec
eſt de communiter contingentib. gloſ.
loco cit. Angel. in l. 2. ff. de duobus reis,
ibid. Alex. ad Bar. nu. 7. verſ. Deberent
intelligi, & ideo de Bartoli deciſione
dubitari poſſe poſt Ang. & Aretin. in l.
2. §. fi. ff. de duobus reis ſcripſit, Dec. in
cap. in præſentia, nu. 65. verſ. De quo ta-
men dubitari poteſt, de probat.

Firmanus rurſum in verbo, Violēter,
dicit non recedendum ab opinione Bar
toli, quia vbi verbum eſt æquiuocū, &
teſtes ſimpliciter deponunt, interpreta-
tio fit contra producentem teſtes, cap.
in præſentia el 2. de probat. In dubio. n.
debemus capere viam, per quam deli-
ctum excludatur per Bart. in l. non ſo-
lum, §. ſed vt probari, ff. de op. no. nun.
Innoc. in ca. dudum el 2. de electio. Nec
facit ſecundum eum communis vſus lo
quendi, quia illud eſt verum, niſi agatur
ad effectum pęnæ imponendæ: quia tūc
benigniorem partem ſequi debemus, vt
pœna euitetur.

62 Ego exiſtimo verbum† Violenter in-
telligi in ſignificatione actiua ex parte
viri, & in ſignificatione paſſiua ex parte
mulieris ijs ſaltem caſib. Primò ſcilicet,
quoties ita ſe habet communis vſus lo-
quendi, Matthesil. ſing. 102. Nota quòd
ſi capitulum in fi. Alex. ad Bar. in l. 2. ff.
de duob. reis in verbo, Deberet intelli-
gi, & plures ſuperius allegati. Secundò,
quā eſt mulier, quæ accuſat, & conqueri-
tur, quòd Titius eam violenter cogno-
uerit: nec. n. intelligēda eſt, vt prodat ſe
ipſam, atq; illius accuſatio reddatur elu
ſoria, qđ manifeſtè liquebit ex ijs, quæ
de Accuſationib. improprio cap. dice-
mus. Tertiò, quādo teſtis, vel quiſpiam
alius non vtitur hac actiua ratione dicē
di, Titius cognouit violēter Bertam, vt
in hoc ſeſe Bartolus loquit, & alij benè
eū intellexerunt, recteq; obſeruarunt;
uerū utitur teſtis locutione paſſiua hoc
pacto, Berta uiolenter a Titio cognita
eſt, rigore ſenſus paſſiui, cognita. Quar-
tò, qn deponerent teſtes de uiolentia
præciſa, quia licet mulier poſſit cogere
uirum, illi mortem comminando, uel
aliud mali quippiam denūciādo, & ſic
uiolentia cauſatiua, ſolus tamē uir uio
lentiā præciſam poteſt mulieri inferre,

non

Digitized by Google

non etiam mulier viro,ita elegãter Hoſtien.in cap.is,qui fidem,col.2.de ſponſal.Couar.de ſponſal.part.1.cap.4.§.1. Nunc agendum eſt, num.11.verſ.Septimò hinc etiam infero.

DE FVRE
Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Fur quid differat à latrone in ordine ad nocturnum tempus.*
2 *Fur, & de diurno prædicatur, & de nocturno.*
3 *Fur nocturnus plus puniẽdus quàm diurn⁹.*
4 *Fur nocturnus, ſi armis aggrediatur, etiã pro vnico furto ſuſpendi debet.*
Cæterum extraordinem punitur.ibid.
5 *Fur nocturnus ex Platone indiſtinctè poteſt interfici.*
6 *Fur nocturnus quando impunè occidi poſſit ex Vlpiano.*
Quando ex Caio,num.7.
8 *Fur nocturnus poteſt occidi, ſi clamor intercedat, Al ladro, Al ladro.*
Modo acclamans ſit perſona grauis, nu.9.
De quo inferius,num.10.
11 *Fur diurnus tunc demum poteſt occidi, ſi ſe telo defendat.*
12 *Fur,ſiue diurnus, ſiue nocturnus,an poſſit occidi in foro Conſcientiæ,remiſſiuè.*
13 *Fur nocturnus,ſi telo ſe defendat,omni lege poteſt occidi.*
Atq; indiſtinctè percuti,et vulnerari,n.14.
Et ibi quid veniat appellatione teli, n.15.
Quid item, ſi ſe non defendebat cum telo fur nocturnus,nu.16.
17 *Fur nocturnus cur indiſtinctè poſſit occidi ex Tholoſ.*
Diſtinguit Author, num.18.
19 *Fur nocturnus poteſt occidi etiam pro defenſione propria familiæ.*
Etiam in dubio,nu.20.
Etiam pro defenſione famuli,nu.21.
22 *Famulus dicitur eſſe de familia Domini.*
23 *Domeſticorum appellatione veniunt etiã ſeruientes.*
24 *Clericus poteſt pro tutela propriæ vitæ aggreſſorem interficere,etiam ſine metu irregularitatis.*
Non tamen poteſt interficere pro ſalute propinqui,nu.25.
Et ſi interficit efficitur irregularis, licet non peccet,nu.26.
27 *Fur nocturnus ex gloſ.etiam ſi ſe non defendat poteſt occidi.*
28 *Tex.in l.furem nocturnum.ff ad l.Corne. de Sicar.declaratur.*
29 *Fur diurnus non poteſt occidi ex gloſ.niſi telo reſiſtat.*
Ratio differentiæ adducitur,num.30.
31 *Debiter fugiẽs,ſi ſe telo defendat,poteſt impunè occidi.*
32 *Fur etiam notus poteſt occidi, ſi aliter res recuperari non poſſint.*
Diſtinguit Couar,num.33.
34 *Fur nocturn⁹,qñ poſſit occidi ex Caccialupo*
35 *Fur diurnus,vel ignotus, vel aliàs inhabilis ad conueniendum,poteſt ad inſtar nocturni occidi.*
Idem ſi teſtes non adſint,nu.36.
Vel quocunq; modo per modũ Iudicij res ſubtractæ recuperari non poſſint,nu.37.
38 *Fur nocturnus non poteſt occidi impunè, niſi quatuor concurrentibus ex Claro.*
39 *Acclamatio in fure nocturno, licet fortè ſit neceſſaria ad furem nocturnum occidendum.non tamen eſt ſufficiens.*
Illud tamẽ Iudicis arbitrio relinquit,n.40.
41 *Furtũ diũ volunt aliqui probari per domeſticos,& familiares,illud temperat author.*
42 *Fur etiam nocturnus,modò res vilis, non poteſt impunè occidi.*
Modo certum eſſet ſolius furti gratia furem adfuiſſe,nu.47.
43 *Vilis de re parcitur famæ hominis.*
44 *Vilis res furtũ dicitur a duob.aureis infra.*
45 *Gallinam ſurripiens committit furtum.*
46 *Ouum ſubtrahens furtum committit.*
48 *Fur nocturnus differt a diurno etiam reſpe. tu rei vilis.*
49 *Clericis non licet fures occidere, etiam pro defenſione rerum ſuarum.*
Et ſi occiderint,erunt irregulares ,nu.50.
Temperatur ex Couar.nu.51.
52 *Couar.de irreg.par.3.§.vn.n.6.col.vlt.ver. Vndecimò ad propoſitum, declaratur.*
53 *Clericus quãdo poſſit occidere,vel non occidere furem,vel diurnum, vel nocturnũ.*
54 *Clericus põt interficere aggreſſorẽ,et ſi periti meſ.at ta ũ,ne aliquo vulnere afficiatur.*
55 *Nocturna plura furta,an in vnicum imputentur*

tentur furtum, remiſſiuè.
56 *Nocturni fures excubantes, ne alij inuenti deprehenderentur.*
57 *Furtum nocturnum quomodo probetur, remiſſiuè.*
58 *Furtum nocturnum vna cum furib. ſcientes, excommunicari poſſunt, niſi fures manifeſtauerint.*

ARGVMENTVM.

¶ Furem nocturnum, ſi armis aggrediatur, etiam pro vnico furto furcis ſuſpendi poſſe. Quid prætерea differat fur nocturnus a diurno reſpectu priuatæ authoritatis. An indiſtinctè fur nocturnus poſsit occidi, etiam a Clerico. Quid ſi de ſola agatur facultatum iactura. Furti tandem nocturni probationes, remiſsiuè.

FVREM a latrone in hoc
1 differre, quod ad † nocturnum tempus pertinet, vt latro proprie dicatur, qui diurno tempore furetur, atque apertè, fur verò, qui clam, & noctu, ſcripſit Marcus Mant. in ſuo Dialogiſ. claſſ. 6. cap. 9. Licet ne furem nocturnum interficere, nu. 2. ver. Poſtquam de fure loquimur, per tex. in l. 1. ff. de furt. in l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. gloſ. in l. congruit. ff. de off. præſid. Alber. in verbo Latro, Bertrand. conſ. 268. nu. 4. vol. 3. Quod an verum ſit indiſtinctè, nec animus eſt, nec locus amplius
2 examinare. Illud quidem ſcio † furem, & de diurno prædicari, & de nocturno rerum alienarum ſubtractore, vt apertè legitur in iuribus mox allegandis, nec repugnant allegata iura a Mantua.
3 Nocturnum aũt furem plus † puniendum eſſe, q̃ diurnum, nemo eſt, qui in dubium reuocet, ita tex. in l. 1. C. de furibus balnearis, in l itaq;. ff. ad l. Aquil. Angel. in l. ſi vt allegas, nu. 1. verſ. Veritas eſt iſta, C. de ſicarijs, D. meus Præſ. Menoc. li. 2. de arbitr. Iud. caſu 296. Fures balnearij, nu. 2. ver. Quo loci, Alber. in l. ſi quis, nu. 2. verſ. Habes eadem uerba, ff. de priuatis delict. Idem in. l. furem per totum, ff. de ſicarijs.
Qua autem pena is affligatur fur, qui
4 nocturno peccauerit tpe, attẽta † publica
authoritate, ſi armis aggrediatur, et pro vnico furto furcis eſt ſuſpendẽdus, Caſſan. in cõſuet. Burg. ſol. 164. nu. 8. de quo Io. Baptiſta Baiard. ad Clar. in §. furtum, num. 45. verſ. Et ꝙ fur nocturnus, in ſuis receptis ſententijs. Attenta aũt priuatorum facultate, quas ſuſtineat pęnas fur
5 nocturnus, quandoque; ſi † Platonis obſeruemus legẽ, is indiſtinctè nocturnus fur interfici poterit, vt eſt teſtis Marcus Mãtua in ſuo Dialogiſm. claſſe ſexta, ca. 9. Licetne furẽ nocturnum interficere? in prin. Attento aũt iure noſtro, de nocturno fure variè ſentire uidentur Iureconſulti,
6 etenim † Vlpianus in l. furẽ nocturnum, ff. ad l. Cornel. de Sicar. dicit, ꝙ ſi quis furẽ nocturnum occiderit, ita demum impunè feret, ſi parcere ei ſine pe-
7 riculo ſuo nõ potuit. † Caius verò in l.
itaque, ff. ad l. Aquil. vult furẽ nocturnũ occidi indiſtinctè poſſe, ſi tñ occidens id ipſum cũ clamore teſtificetur, Al ladro, Al ladro, maximam conſtituens differentiam inter nocturnũ furem, & diurnum,
8 vt ille poſſit ad libitum occidi, ſi † clamor
intercedat, de quo etiã Azo in ſumma in rubr. C. de l. Aquilia, nu. 4. verſ. Et hac ratione, Alber. in l. furem, nu. 1. verſ. Vnde lex contraria. ff. de ſicarijs, Alex. de Neuo conſ. 87. Vidi proceſſum, nu. 1. ver. Et Iacopinus, inter conſ. crim. Ziletti, vol. 1. quod tñ verũ arbitratur Marſil. ſub verbo fortè ſi clamans de nocte Al ladro, &
9 illũ interficiens ſit † grauis perſona, ſecus
ſi vilis, ad fraudes euitandas, Marſil. in l. furem, nu. 23. verſ. Sed pro concordia. ff.
10 de ſicar. Sed de hoc † inferius; Hic verò,
diurnus ſcilicet deprehenſus fur, ita de-
11 mum occidatur, ſi is ſe † telo defendat,
vt tñ æquè cum clamore teſtificetur, &
* hanc eſſe* veritatem ſcripſit Ang. in l. ſi
vt allegas, nu. 1. verſ. Veritas eſt iſta. C. de ſicarijs, ita etiam Ioachim. Myuſing. in princ. tit. De Action. D. Iuſtinianus,

num.

Digitized by Google

* nu.14.uerſ .Nocturnum licet, de*communi poſt ibi allegatos Clar.li.5.§.homicidium, nu.47.uer.ultima eſt defenſio, declarando, ut ibi poſt Didacum ibi allegatum, Augu.de Arimin.ad Ang.de Malef.in uerbo.Comparent dicti inquiſiti, nu.18.uerſ.Et an prædicta habeat, Couar. de irregul.§.unico, par.3.nu.6. uerſic. Sextò ex his oportet expendere, ubi latiſſimè differit, quid dicendum ſit
12 in foro† conſcientiæ, uide eum, Bar.in l. ſed & ſi quæcunque nu.1.ff.ad l.Aquiliam, quę multò magis, ubi de telo agitur, procedũt in fure nocturno, etenim Corneus conſ.27.In primo, ſub littera I, in antiquis & in nouis, num.15.uerſ. Cum lege humana, uolu.3.dixit, quòd
* * lege * humana eſt permiſſum, atque* di
13 uina, furem nocturnum† telo ſe defendentem occidere, & hoc, & lege diui-
* na, & * Canonica permiſſum eſſe teſtatur Alex.de Neuo conſ.87.mox allegãdo, nu.9.uerſ.Vnde etiam; atque indi-
14 ſtinctè † percutere, & uulnerare, de nocte licere, ſiue ſubſit rerum furto ſubtrahendarum timor, ſiue non ſubſit, ſcripſit Alex.de Neuo inter conſil. crimin. Ziletti, conſ.87. Vidi proceſſum, nu.1. in fi.uerſ.Immò, etiam & nu.3.uer.Vnde illa lex, uol. 1.qui late ibid.nu.2.uer. Nec obſtat declarat text.in l.furem, ff. de ſicarijs, illiuſque legis omnem tollit difficultaté. Quod nõ ſolum uult Alex. conſ.140.Vr, nu.7.uol.2.qñ fur noctur-
15 nus ſe telo defendebat, ſed† ét, quando enſe, ferro, lapide, uel alio quocunque inſtrumento apto ad nocendum, hęc.n. omnia ueniunt in re propoſita appellatione teli per tex.in l.ſi pignore, §.furẽ,
16 ff.de furt.quinimo, etiã ſi ſe† nõ defendebat fur nocturnus, quia in dubio poteſt occidi eadem rõne, Alex.loco cit. ꝑ tex.in ca.ſi perfodiens de homicid.quẽ mox ſumus relaturi, & ibi Ant.de But. in 6.nota.Dec.in l.ut uim, n.31.ad med. ff. de iuſt.& iur.Marſil.in l.ſi ut allegas, C.de ſicar.& in l.furẽ, ff.eo.ſecus ſi certi eſſemus, q ſolius furti gratia Alexan. & Dec. lo.cit.ꝑ l.itaq;, ff.ad l.Aquil.& alia iura ibi allegata.Atq; illud de nocturno fure, ut tandem pollicita efficiã, eſſe poteſt, quod notat Greg.Toloſ.par. 3.ſyntag.iur.uniuer.lib.37.cap.14.Aliæ ſunt periſtaſes, nu.10.uerſ.Alia obſer-
17 uanda. Quia, ſ.† dubium eſt, num cędis potius, quam furti cauſſa inueniantur imminere ędibus, & dominis.Et eſt tex. in cap. ſi perfodiens, de homicid.

Verba textus ſunt eiuſmodi.

Si perfodiens inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non eſt illi homicidium imputandum.Si autem oriatur ſol ſuper eum, reus erit.Intelligitur ergo nõ pertinere ad eum homicidium, ſi fur nocturnus occidatur: ſi autem diurnus fuerit, ad homicidiũ pertinere.Hoc eſt enim quod ait, ſi oriatur ſol ſuper eum, & cætera: quia poterat diſcernere quod ad furandum, non ad occidẽdum ueniſſet: & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus ſecularibus, (quibus iſta eſt antiquior) inuenitur, impunè ſcilicet, occidi nocturnum furem, quoquomodo: diurnum autem, ſi ſe telo defenderit: iam enim plus eſt, quam fur.

Hactenus textus.

Idem omnino uoluit etiã Alber.in l. furem, nu.1.uerſ.Sed quia de nocte, ff. de ſicarijs.Atq; illud eſt, quod in princ. huius capitis, commonuimus ex Mãtua in ſuo Dialogiſmus, ex Platone, ſ.licuiſſe indiſtinctè nocturnum furem interficere, quod & alijs probatum fuit, qui in hoc apparatu recenſentur, & refert inſuper Couarr.in tit.de irregular.par. 3.§.unico, num.6.uerſ. Primus ſit huius concertationis.

Sed ego libẽter, qđ ad hoc pertinet,
18 diſtinguo inter forum† exterius, & interius, ut exterius, quis neceſſariã ſemp, & allegare tutelam poſſit, & obtinere ratione dubij euentus; in foro autẽ conſcientię bene uideat; declarando etiam, ut inferius ſuo loco declarauimus ex Couar.loco ci.per plures caſus, ubi omnino uidẽdum eſt.Hęc autem, quę dicta ſunt de defenſione, atq; tutela a fure nocturno, illiuſq; inſidijs, non ſolũ procedũt ꝑ defenſione proprię perſonę, ſed
19 & ꝓpriæ† familiæ, qñ utroque caſu poterit fur nocturnus impune occidi, Angel.

gel.de Maleſ.in verbo, Etiam ueſtem cę-
leſtem foderatam, verſ.Et nota bene, ꝙ
de iure,num.12.in princ. Alex.d.conſil.
140.nume.7.uerſ.Non obſtat, ſi dicere-
20 tur,lib.2.etiam in † dubio, poſt Bald.in
l.1.col.8.cum ſeq.C.unde ui, etiam pro
21 defenſione † famuli, Alex.loco cit.poſt
Bald.ibidem, dicitur.n.famulus eſſe de
22 familia † domini,ita in puncto,Alex.lo
co cit.& eſt tex.in l.2.ff.de uſu, & habi-
tat.& not.in cap.1. de cler. ægrot. & ad
Alex.loco cit.ſub litera L, obſeruat in
puncto Clariſſimus collega meus D.
Marc.Ant.Roueſc. ꝙ ſeruientes veniũt
23 appellatione † domeſticorum. Neq;.n.
hoc caſu eſt differentia inter tutelam ꝓ-
priæ perſonæ,& ſuorum.

Quod omnino limitandum arbitror
24 in † clerico, qui licet pro tutela proprij
corporis poſſit aggreſſorem interficere,
nec ideo peccet, nec etiam ſit irregula-
ris,Marſil.in l.1.num.29.ff.ad l.Corn.de
Sicar.Bertazz.conſ.crimin.135. Dubia
ſubtiliter, nu.25.lib.1. & ſcripſimus in
cap.de Clerico,num.26.non tamen pōt
25 interficere aggredientem † propinquũ
ſuum,& ſi interficiat,licet nō peccet,ef-
26 ficitur † tamen irregularis,gloſ. ſing.ſe-
cundum Card.in clem.ſi furioſus,in ver
bo,Suum,de homicid.Abb.in cap.2. cir
ca medium,de clerico percutiente,add.
ad Ange.in l.quoniam multa facinora,
num.4.in verbo,Pro defenſione,ſub lite
ra B,C.ad l.Iuliam de ui publica. Mul-
tòque minus poterit interficere furem
clericus pro rerum ſuarum defenſione;
ſed de hoc inferius ſuo loco.

At glo.in d.l.furem nocturnum,uerſ.
Vel uerius,ff.ad l.Cornel.de Sicar.vult,
27 quòd poſſit quis † nocturnum occide-
re furem etiam recedentem, eum di-
xeris, qui ſe nullo defendat pacto, nec
telo, modò aufugientem cum rebus oc-
cidat; atque exponit verba illa text. ſi
parcere ei ſine periculo ſuo non potuit;
28 ſine periculo † ſcilicet, uel perſonæ,
29 uel rerum ſuarum. Diurnum autem †
noluit eadem gloſ.poſſe occidi furem,
niſi telo reſiſtat, atque ideo præ ſolius
timore perſonæ, non etiam rerũ, quod
etiam uoluerunt leges duodecim ta-
bularum teſte, Cic.Pro Milone.12.ta-
bulæ,inquit Cicero, nocturnum furem
quoquo modo,diurnũ, autem ſi ſe telo
defenderit,interfici impunè uoluerunt.

Adducit eadem gloſ. rationem diffe-
rentiæ, quia fur nocturnus,ſi cum rebus
30 aufugiat, difficile eſt illum exinde † re-
cognitum iri, quod ſecus eſt in diurno,
qui facilè poterit accuſari, ideoq; diffi-
cile poterit occidi, quod & uoluit Bald.
in l.ſi ut allegas,num.2.uerſ. Nota opti-
mam rationem, C.de ſicarijs.

Sed certè aliquem eſſe facilis recogni
tionis,& difficilis inquiſitionis,ut poſſit
res furto ſubtracta recuperari, eſt ratio
tantùm uerbalis, paria.n.ſunt quem nō
poſſe recognoſci, & inutiliter poſſe re-
cognoſci iurib.uulgatis,qua de re Bald.
in l.ſi ut allegas, num. 2.uerſ.Et idem,ſi
eſſet,C.de ſicarijs,uult, qđ fur ēt ſi no
tus ſit occidi poſſit, ſi aliter furtũ paſſo
res eſſe ſaluæ nō poſſunt, puta,quia fur
* ſit receſſurus,& dicit ita ſentire doćto-
res, ex quo infert notabiliter ibid.nu.3.
31 uerſ.Vnde ibi licet,ad debitorē † fugien
tem,qui ſe telo defendens ſi occidatur,
impunè id erit factum,cum fiat ratione
rerum,quę aliter ſaluæ eſſe nō poſſunt;
ita etiam addit.ad Bart.in l. furē ſub li-
32 tera B, ff.de ſicarijs, nec † aliud uoluit
Angel.ſi benè eius uerba, ꝑpendantur
in.l.ſi ut allegas, nu.1.C.de ſicar. Idem
in ordine ad eum, qui ligna fuerit fura-
tus,quæ aliàs ab eo recuperari non poſ-
ſent ſine homicidio,ut impunè fur no-
cturnus occidi poſſit, ſcripſit Alex.de
Neuo inter conſilia crimin.Ziletti cōſ.
87.Vidi proceſſum, ſeu teſtes, nume.1.
uerſ. Et Iacopinus uol.1. per tex.in l.4.
§.1.ff.ad l.Aquil.text.in l.furem.ff.de ſi-
car.& in cap.ſi perfodiens, de homici-
dio.De quo tamē uide latè per Couar.
in tit.de irregular.par.3.cap.un.num.6.
uerſ. Sextò ex his oportet,ubi latiſſimè
33 examinat,qui tandem cum aliquali † di-
ſtinctione, uerſ. Secundò proponitur
* ea ſpecies, illam dicit communem opi-
nionem, ut etiam pro ſalute rerum ſo-
la, liceat quē occidere. Vide eum. Vide
etiam remiſſiuè loquentem Auguſt.ad
Ang.de Maleſic.in verbo,Comparēt d.

inqſiti,nu.18.verſ.Et an p̄dicta habeant
ibid. Ang.nu.17.verſ.Quid ſi interficiēs.

Placet ergo id totum eſſe ratione dif-
ficilis perſecutionis rerum furto ſubtra
ctură, ſiue hæc difficilis perſecutio pen
deat ex furis ignoratione,ſiue ex eiuſdē
reali proficiſcatur inquiſitione.

Quare mihi mirum placet in modum
pulcherrima conſideratio Iacobi de Ra
uenna in d.l.furē,ff.ad l.Cornel.& Ioā-
nis Baptiſtæ Caccialupi in tract. de De-
bitore ſuſpecto, & fugitiuo, in quarta
queſt.princip.nu.5.verſ. Illud tamen nō
eſt ignorandum,in hæc verba. Illud ta-
34 men non eſt ignorandum,quòd furem†
nocturnum licet propria authoritate
damnum paſſo interficere,ſi non poteſt
ipſum dimittere, ſine periculo ſuæ per-
ſonæ,vel rerum,& hanc opinionem eſ-
ſe* veram ſcripſit Bartol.in l.furem,nu.
1.ff.de ſicar.atque hoc in nocturno ideo
eſt expreſſum,in fure diurno videtur ne
gatum quia in fure nocturno frequen-
tius contingit,ut periculum impendeat
amittendæ rei, quod tamen,ſi continge
ret in fure diurno;idem eſſet. Quare,
ſi fur diurnus ſit ignotus, notus uerò ſit
nocturnus fur:Nocturnus uerò, & nota
ſit perſona,& habilis ad inquirendum,
à quo poſſit res recuperari, non licebit
eum occidere, ſed tantùm vim vi cum
moderamine repelli poterit ad rem in
continenti recuperandam. Diurnus ve-
35 rò †ignotus,nec habilis ad conuenien-
dum,ad inſtar nocturni, interfici pote-
rit, ſi rei amittendæ periculum immi-
neat, quod eſſe* notandum dicit San-
ctoſeuerinas d.q.4.nume.7.quod & ego
perpetua animaduerſione dignum exi-
ſtimo, idem omnino uoluit Bart.in l.fu-
rem,nu.1.vbi innuit de* communi ad l.
Cornel.de Sica.ad quod facit illud Bal.
in l.ſi vt allegas, nume.3.verſ.Vnde ibi,
C.de Sicar.idem voluit poſt Cyn.ibi al-
legatum Ang.in l.ſi vt allegas,nu.1.ver.
Et propterea dixit Cyn. C.de Sicar. ex
identitate rationis, qui dixit hanc opi-
nionem ſibi* placere,idem voluit etiā
Alber.in l.furem,per totam.ff.de Sicar.
vbi dicit etiam interfici poſſe furem, &
diurnum,& nocturnum,non ſolùm,qñ
res agitur cum ignoto fure, uel etiam
36 fugitiuo,ſed etiam,ſi† teſtes non adſint;
& tandem quolibet caſu occidere licet,
ſiue diurnum, ſiue nocturnum furem,
37 vbi per modum † iudicij res, quæ ſub-
trahuntur recuperari minimè poſſunt.
Vide eum, vbi plura allegat. Idem uo-
luit idem Alber.in l.itaque,num.1.verſ.
Et aduerte, quia Vltramontani, ff.ad l.
Aquil.qui ideo dicit eſſe magis** com-
munem opinionem, vt non ſolùm fur
poſſit interfici, vbi de perſonæ pericu-
lo agitur, ſed etiam vbi de irreparabili
rerum iactura, Azo in rubr.C.de l.Aql.
num.4. verſ.Et hac ratione in ſua Sum-
ma,Iaſ.Inſt.de actio.in princ.nume.69.
verſ.Vos dicite. Vide etiam Ang.in l.fu-
rem,nu.1.& 2.ff.de Sicar.Et de* verita-
te teſtatur,licet ſub modeſtiſſima verbo
rum conceptione, Couarr.de irregula.
par.3.§.vni.num.6. verſ.Sextò, ipſe ve-
rè, ni fallor, opinor. Sebaſt.Medices in
trac.de fortuit.caſib.par.1.quæſt.8.Vim
vi repellere,num.33.verſ.Decimoquin-
tò ampliatur, poſt Clarum in §.homici-
dium,num.47. Alex.conſ.138. nume.9.
vol.6.Iaſ.in l.vt vim, num.25.ff.de iuſti.
& iur.& alios ibi allegatos. Videri etiā
poteſt Abb.in cap.2. col.1. verſ.Ex quo
infero,de homicid.ibid.Felin.nu.3.verſ.
Secundò limitatur,Barto.in l.furem, in
princ.ff.de Sicar.

Quare non malè ſenſit Clarus volēs
ex* communi opinione, vt fur noctur-
38 nus non poſſit impunè occidi, niſi† qua
tuor concurrentibus. Primò,ꝙ illud fiat
pro defenſione ſui ipſius,vel rerum ſua-
rum,aliàs non poſſit quis occidere furē,
ſi recedat ſine rebus ſuis. Secundò,ꝙ vo
lens occidere furem nocturnū clamet,
ut & ſuperius commonuimus. Tertio,
ꝙ eum nō cognouerit, nec habuerit te-
ſtes,qui potuerint illum cognoſcere, &
contra illum deponere ratione furti.
Quartò requiritur, ꝙ eum capere non
potuerit; & hanc eſſe* communem
opinionem, poſt ibi allegatos teſtatur
Clar.lib.5.§.homicidium,num.47.verſ.
Vltima eſt defenſio.

Sed certè,licet vociferatio,de qua ēt
nos aliquid dicturos ſumus polliciti ſu-
perius

perius maximè proſit, vel etiam ſit ne-
ceſſaria ad hoc, vt fur nocturnus impu-
nè occidi poſſit, ſi tamen nō occidatur,
39 vel aliter † non conſtet de fure, non eſt
vociferatio nocturna indicium ſufficiēs
ad amiſſionem rei, illiuſque furtum cō-
cludendum, aliàs eſſet facilè confinge-
re, & fracturas, & furta, Boſſ. in tit. de
furt. in princ. num. 2. Specul. in tit. de Pi-
gnoribus, num. 15. verſ. Sed dic contra,
per text. in l. metum, C. quod met. cau.
Grat. conſ. 94. Viſis facti ſpecie, num. 9.
verſ. Furtum non probari, vol. 2. quod
40 tamen omnino † iudicis arbitrio poſt
Angel. in l. fin. ff. de furt. Salyc. in l. 1. C.
de dilat. in l. quæſitum, ff. de re iud. Ce-
phal. conſ. 640. Rimin. Iun. conſ. 210. &
alios ibi allegatos relinquit Claud. Ber-
tazz. ad conſ. patris ſui, cōſ. 338. D. Geor
gius ſub littera D, verſ. Iſte autem cla-
mór, vol. 2. eodem pacto intelligo, Bar.
in l. ſi quando in fin. C. vnde vi, & Abb.
in cap. fin. quod met. cauſſa, dum volue-
41 runt, quòd probentur † res amiſſæ per
domeſticos, & familiares, quia viderint
res illas præcedenti die, quas dixerint
furto ſubtractas, & de nocte ſenſerint
furem maneque res eaſdem non repere-
rint, intelligo inquam, ſi etiam aliter cō
ſtet, vel ſaltem id iudicis arbitrio relin-
quatur, attenta qualitate loci, perſo-
narum, & rerum, per ea, quæ ſuperius
diximus.

Fallunt hæc omnia primò, ſi furtū ēt
42 nocturno tēpore factū, ſit † modici mo-
menti, quoniam non ideo licet furē no-
cturnum occidere, l. ſi ex plagis, §. taber-
narius, ff. ad l. Aquiliam, quem tex. dicit
* * ſingularem, & peregrinum. Angel. de
Malef. in verbo, Et veſtem cęleſtē fode-
ratam, verſ. Et nota benè, num. 12. verſ.
Quod eſt verum, idem Angel. in §. Actio
antè, nu. 12. verſ. In gloſ. in iudicio, inſt.
de act. & hanc ſententiam habere ma-
* ximam * æquitatem ſcripſit Couarr. de
Irregul. par. 3. §. vnico, nu. 6. verſ. Deci-
mò non eſt prætermittendum, Iaſ. in l.
vt vim, nu. 25. ff. de iuſt. & iur. Barthol.
Bertazz. conſ. crim. 434. Dubia ſubtili-
ter, nu. 17. verſ. Et ſicut non licet, & nu.
28. verſ. Sicut etiam nihil facit, vol. 2.
Matheſila. ſingu. 134. Nota, ꝙ leges, quæ
permittūt furem nocturnum occidi, qui
hoc optimis comprobat ſimilibus. quo-
43 niam, inquit ipſe, ſi pro re vili parcitur †
famę hominis. l. ſi oleum, ff. de dolo, mul
tò magis vitæ, Iaſ. inſt. de act. in prin. nu.
69. verſ. Vos dicite. Idem voluit Auguſt.
ad Angel. de Malef. in verbo, Comparēt
dicti inquiſiti, num. 17. verſ. Tu autem in
hac materia, Bald. in l. 1. C. locati, & ita
limitat tex. in c. 2. de homicid. Felin. ibi-
dem. num. 2. verſ. Sed aduerte, quia iſte
tex. Sed an ſit bona conſequentia, cu-
iuſlibet ſit iudicium, cum fama vitæ prę
ponderet, maximè ex nobiliorum, atq;
honeſtiorum æſtimatione. In pūcto au-
tem nocturni temporis dicunt, & Mat-
theſil. & Iaſon locis cit. furtum rei vilis
44 dici, ſi ſit a † duobus aureis infra, ita ēt
Auguſtin. ad Angel. loco cit. nu. 17. verſ.
Et ibi dicit, quòd res. Quod obiter eſt
intelligendum, ne ſcilicet fur poſſit oc-
cidi, ſecus, vt etiam rem vilem ſurri-
45 piens à furto excuſetur, quoniam in †
gallina furtum committitur, quæ duo-
bus non æſtimatur aureis, §. gallinarum,
in fin. inſtit. de rerum diuiſ. quinimo in
46 ſolo † ouo committitur furtum, glo. fi.
in d. §. gallinarum, in verbo, Qui lucran-
di animo.

47 Quę omnia vera intelligo ſi † certum
erat, ꝙ quis ſolum furtum committere
vellet, vt in caſu dic. §. Tabernarius quo
caſu Tabernarius, inquit text. in ſemita
noctu ſupra lapidem lucernam poſue-
rat: quidam præteriens eam ſuſtulerat,
tabernarius eum conſecutus lucernam
repoſcebat, & fugientem retinebat &c.
quòd, ſi furtum factum fuerit in domo,
vel fur aliquem in via nocturno tēpore
inſequebatur, etiam, vt ſolam auferret
lucernā, dico illū impunè occidi poſſe,
quia neſciamus, an potius furti, quàm
cædis cauſſa fur aggrediatur, p ea, quæ
tradit Greg. Toloſan. par. 3. ſyntag. Iur.
vniuerſ. lib. 37. cap. 14. Aliæ ſunt peritta-
ſes, nu. 10. verſ. Alia obſeruanda, & dixi-
mus ſuperius, per text. in capit. ſi perfo-
diens, de homicid. & hanc differentiam
inter furem nocturnū, & diurnum, etiā
48 reſpectu rei † vilis, ſētit, ſi bene animad-

Digitized by Google

uertatur, Iaſ. Inſt. de action. in princ. nu. 69. ver. Vos dicite, addo Alex. conſ. 140. Videtur in caſu, num. 7. verſ. Aut ſe telo, vol. 2.

Fallunt etiam ſecundò in clericis, qui
49 bus pro dfenſione † rerum non licet fures occidere, Bertazz. loco cit. num. 29. verſ. Cap. autem ſuſcepimus, Alexan. d. conſ. 140. Videtur in caſu, num. 8. verſ. Ex prædictis etiam, lib. 2. atque ſi occi-
50 derint, erunt † irregulares clerici, qui etiam pro neceſſaria rerum defenſione
* hominem occiderint, de * communi Bertazz. conſ. crimi. 434. Dubia ſubtiliter, nu. 29. verſ. Cap. autem ſuſcepimus, volu. 2. & poſt Abb. & alios in cap. 2. de homicid. Nicol. Plou. de Irregul. reg. 37. Syluest. in verbo, Bellum el 2. §. 7. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, nume. 40. de homicid. & alios ibi allegatos, de
* magis ** communi opinione teſtatur Couar. de irregul. par. 3. §. vnico, num. 6. col. vlt. verſ. Vndecimò ad propoſitam,
51 qui tamen rem † temperat concludens,
* quòd hæc * communis opinio non poteſt habere certam authoritatem ex ibi obſeruatis Pontificij iuris deciſionibus.
* Quinimo contrariam ſibi * placere opinionem, vt ea de re nullam incurrat irregularitatem clericus furem pro rerum ſuarum defenſione occidens, ijs tamen adhibitis, quæ ibi enumerantur, teſtatus
52 eſt † Couar. loco cit. ad fi. verſ. Poſtremò igitur. Sed certè, ſi benè animaduertatur, loquitur, non de ſimplici rerũ defenſione, ſed de mixta tutela, & rerũ, & perſonæ.

* Quare retenta * cõmuni, vt. ſ. nõ poſſit impunè clericus pro rerum ſuarum tutela furem occidere, illud verum intel
53 ligo in fure † diurno, vel etiam nocturno, qui furtum tantùm erat commiſſurus, ſecus in dubio, quoniam & clericus proprium ſanguinem alium occidendo poteſt redimere, & in puncto colligitur ex Alex. d. conſ. 140. nume. 8. verſ. Et ſic quando, vol. 2.

Atq; id, ſiue pertimeſcat clericus, ne interficiatur, ſiue etiam ſimpliciter, ne
54 aliquo † vulnere percutiat, per ea, quæ dicit Bar. in l. furem, num. 3. verſ. Ex hoc conſequitur. ff. ad l. Cornel. de Sicar.

Bar. Cæpol. in auth. Sed nouo iure. C. de ſeru. fug. nu. 62. verſ. Sed dubitari po-
55 teſt, recenſet furta quędã, atq; ea † multiplicata nocturno tpe, diligẽterq; inq̃rit, an in vnicũ imputẽtur delictũ, an in plura; Verùm, qm̃ Cæpol. non facit vim in nocturno tpe, eam ob rem ad eũdem Cæpol. loco citato te remitto.

56 Sed, & aliquid de † forte ductis latronibus nocturnis excubatoribus ſpeculandi gratia, ne alij inuenti deprehenderentur ſcripſit Tiraq. de iure primigen. quæſt. 17. opin. prima, nume. 83. verſ. Iuſtinus, lib. 1.

57 Furtum aũt nocturnum quõ † probetur, vide in cap. de Probat. & in cap. de Foribus, & Apotheca. Interim ſcias furtum eiuſmodi eſſe difficilis probationis, D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſu 116. Eueniunt aliqñ, nume. 14. verſ. Decimus, furtum nocturnum, poſt Crauet. conſ. 178. num. 2. Quomodo aũt probetur furtum nocturnum, videri põt interim idem D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 31. Conuenit hoc loco, per totam, Maſcard. de ꝓbat. concluſ. 829. Agentem ad rem, nu. 11. verſ. Sicq; contigerit, vbi alij allegantur, idem concluſ. 231. Furti probationes, in princ. Bart. in l. dominus horreorum, circa fin. ff. locati, Iaſ. in l. ſi quando. nume. 39. verſ. Quòd, ſi fiat furtum, C. vnde vi, Bar. iterum in l. 1. ff. furti aduerſ. naut. Grat. conſ. 94. Viſis facti ſpecie, nu. 13. verſ. Prima coniectura, vol. 2. Alex. conſ. 53. par. 2. Spec. in tit. de teſta. §. 2. in fi. Barto. & Bald. in l. ſi qñ. C. vnde vi; poſſeq; ea de re omnes ſcientes furtum nocturnum, & fures, per Epiſcopũ
58 † excommunicari, niſi manifeſtauerint fures, poſt glo. in l. inciuile eſt, C. de furtis, ſcripſit Bald. in cap. præterea requiſiti, num. 18. verſ. Quæro, quoddam furtum, de appellat. de quo etiam aliquid ſuo obſeruauimus loco.

Vide inſuper, pleriſq; alijs conſultò omiſſis, ad hæc Vlpia. in l. 1. C. de Furib. Balnearijs, D. meum Præſ. Menoch. lib. 2. de arb. iud. caſu 296. Fures Balnearij; & ẽt aliquid dicemus in c. de Homicid.

DE

DE DEPOPVLATORIB. Agrorum Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Depopulatores agrorum nocturni, qua puniantur pœna.*
2 *Depopulatorũ nocturnorũ plura remiſsiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Nocturnos agrorum depopulatores eccleſiaſtica immunitate deſtitui. Pleraq; alia remiſsiuè.

SVnt verò, & alij, qui
non fures nocturni
dicuntur, ſed noctur
ni agrorum depopu-
latores; quorum ma-
gis ſingularis pœna,
1 quoniam ex eſt, vt † ec
cleſiaſtica immunitate deſtituãtur, quẽ-
admodum admonet Proſper Farinac. in
tit. de Carceribus, q. 28. nume. 30. verſ.
Limita primò, par. 1. Abb. in cap. inter
alia, nume. 4. verſ. Nota, quòd publicus
latro, de immun. eccleſ. eam ob rem, eos
2 libenter † reijcio in cap. de Religioſis
domibus.

DE PIRATIS. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pirata hoſtes ſceleſtiſsimi.*
Pirata diurni ex Mantua.
Et etiam nocturni ex decıſ. Genuẽſi, nu. 3.
4 *Piratas nocturno tempore lumen habere non eſt veriſimile ex Rota Genuenſi.*
Contrarium latè ſuſtinet Author, num. 5.
6 *Pirata per, y, ſcribendum nomen, & quare.*
Sed melius per, i, num. 7.
8 *Pirata vnde dicatur græcè.*
9 *Pirata quomodo græco ſermone nũcupetur.*

ARGVMENTVM.

¶ Piratas, & diurnos eſſe ex Mãtua, & nocturnos ex Rota Genuenſi. An lumen piraticam noctu excludat, quòd non, aduerſus eandem Rotam. Pirata vnde dicatur, & quomodo ea dictio ſcribenda.

PIratas fures, atque
maritimos depo-
pulatores ſceleſtiſ
1 ſimos, ac † nefarios
hoſtes ex text. &
ibi Baldo in Au-
then. nauigia, nu.
3. C. de furt. Iaſo.
Inſt. de action. §. rurſus, nume. 46. & 47.
verſ. Et nota, quòd piratæ, latè Decian.
Tract. crim. par. 2. lib. 9. cap. 29. Conatus
eſt, a num. 38. uerſ. Piratæ autem, vt ple-
2 roſque taceam alios, non † interdiù ſo-
lùm ad alienas auferendum facultates
uagari, ut uoluit Mantua in ſuo Dia-
logiſmo, claſſ. 6. cap. 9. Licetne furem,
nume. 2. verſ. Iam declaraſſi, ſed etiam
3 † nocturno graſſari tempore ſcripſit Ro
ta Genueſ. deciſ. 3. Iacobus Gentilis,
nume. 25. verſicu. Quòd uerò piratæ. Id
quod, cùm nullam habeat difficulta-
tem, difficultatem tamen habet apud
me maximam, quod ſcripſit eadem Ro
ta Genuen. loco cit. dum uoluit in ſuo
4 caſu veriſimile † uiſum non fuiſſe, quar-
ta noctis hora piratas lumina habere,
cùm ſoleant fures lumina odiſſe. Idque
Demoſthenis dicto comprobat, dum ſi-
bi obijceret Phytheus, ꝙ eius oratio-
nes olerent lucernam; non mirum re-
ſpondit Demoſthenes, ſi tibi moleſtus
ſum lucernam accendens: malè ſiquidẽ
audiebat Phytheus, ꝙ noctu furaretur.
Addit Rota hinc eſſe, quòd tex. in l. 1. in
princ. ff. de furt. furtum a furuo, id eſt, ni-
gro dictum ait, quòd clam, & obſcurè
fiat, & plerumq; de nocte.
5 Sed parcat † Rota, vel ego fallor, ſiquĩ
dem confundit piratas cum furibus, cũ
tamen in re propoſita, nocturni ſcilicet
temporis, clãdeſtinitatis, & aliorũ, dif-
ferat maximè pirata a fure, iſq; potius
latroni aſſimiletur, à fure omnino diſſen
tiens, Mantua d. claſ. 6. cap. 9, num. 2.

Addo ego in re propoſita luminis nocturno tẽpore expoſiti tex. apertum in l. ne piſcatores. ff. de incendio, ruina, & naufrag. verba tex. hæc ſunt, neſcio an clariora poſſint eſſe. Ne piſcatores noctẽ lumine oſtenſo fallant nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoq; modo in periculum naues, & qui in eis ſunt deducant, ſibiq; execrãdam prædã parent: præſidis prouinciæ religioſa cõſtãtia efficiat. Cuius tex. meminimus ſuperius in cap. De Piſcatore, pluribuſq; eundem Iure conſultorũ noſtri temporis authoritatibus commendauimus.

Patet ergo, quòd potius lumen nocturno oſtenſum tempore nauigantes in piratarum ciet periculum, ad illoſq; impellit potius, quàm ipſos nauigantes piraticæ commoneat.

6 Qua de re non ineptè fortaſſis † ſcripſerunt aliqui hanc dictionẽ Pirata per y, à græco πῦρ, πυρὸς, qui latinè ignis interpretatur.

* Quanquam ea * receptior eſt obſer-
7 uatio, vt per † litteram, i, conſcribatur,
8 dicaturq; à dictione † græca πείρω, quod eſt pertranſeo, quia ſemper mare permeet pirata, vel etiam, vt Tiber. Deciã. opinatur in tract. crimin. par. 2. lib. 9. ca. 29. Conatus eſt minus, n. 43. verſ. Dicti autem ſunt Piratæ, deſcendit pirata à voce græca πεῖρα, quod ſignificat artẽ, dolũq; quòd ſcilicet piratæ arte, & dolis inſidientur vitę, & bonis hominũ poſt Cel. Rodigin. lection. antiq. lib. 11. c. 8. ibi al
9 legatum. Quam obrem pirata † græcè πειρατὴς dicitur, non πυρατὴς.

DE INCENDIO Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum condẽmnans communitates ad emendationem damni reſpectu incendij nocturni valet.*

Quod verum eſt etiam, ſi ſtatutum indiſtinctè loquatur, nu. 2.

Contrarium arbitrantur alij, nu. 7.

3 *Incendium crimen eſt deteſtabile, maximè ratione nocturni temporis.*

4 *Incendiarius non gaudet immunitate Eccleſiæ ob criminis atrocitatem.*

5 *Incendiariorum pœna remiſsiue.*

6 *Agrorum nocturnus depopulator non gaudet immunitate eccleſiaſtica.*

8 *Incendium quot modis oritur.*

9 *Dolus conſiſtit in commiſsione, culpa in omiſſione.*

10 *Incendium, ſi ibi exoriatur, ubi habitet familia, in dubio culpa inhabitantium ad. c. 11 [illegible]*

11 *Incendio probato, probatu eſt intentio contra inhabitantes.*

12 *Culpa in omittendo præſumitur leuiſsima, & quomodo.*

Abſoluitur tamen ea de re communitas, num. 13.

14 *Incendium in loco non habitato exoriens, reijcitur in communitatem.*

15 *Incendium in loco non habitato, non præſumitur culpa inhabitantium ex manifeſta contradictione.*

16 *Incendium ex fortuito caſu, non obligat cõmunitatem,*

17 *Caſus fortuitus nullam admittit actionem.*

18 *Caſus fortuiti qui ſint.*

19 *Caſus fortuiti, alio nomine dicuntur damna fatalia.*

20 *Pœna eſt ſignum culpæ.*

21 *Incendium ex hoſtium incurſu, aut ui maiore, non obligat communitatem.*

22 *Communitas non tenetur ex hoſtium irreparabili incurſu.*

Minuſq; ſi odio particulari illius ſucceſſerit incendium, uel damnum aliud, qui incendium paſſus ſit, nu. 23.

Minimèq; ſi potuit damnum paſſus acclamando incendium remouere, nu. 24.

Vel etiam ſi de iure factum fuit incendium: num. 25.

26 *Caſus fortuitus in dubio non præſumitur, ideò damnum in communitatẽ reijcitur.*

Licet alij contrarium ſuſtinuerint, nu. 27.

28 *Statutum, aliũ pro alio obligãs, eſt odioſum.*

29 *Caſus fortuiti quomodo probentur.*

30 *Iuramentum, quo caſu non admittatur ad probandum fortuitos caſus.*

31 *Communitas tenetur ex incẽdio, uel alio dãno hoſtili, ex odio eiuſdem communitatis.*

32 *Repreſaliæ odioſæ imputãtur, non aũt captæ.*

33 Fide-

33 *Fideiuſſori facta iniuſtitia odio principalis, principali ipſi imputatur.*
34 *Damnum in dubio præſumitur ab inimicis locatoris proueniſſe.*
Secus in communitate, & quare, nu. 35.
Maximè, ſi præceſſiſſet fama inimicitiæ, cũ inhabitante, nu. 36.
Limitatur, nu. 37.
38 *Incendium communitati imputatur, quoties communitas incendium arcere potuit nec fecit.*
39 *Principis factum non obligat communitatem, niſi, ut ibi.*
40 *Communitas non obligatur ex igne ui uentorum ſerpente.*
41 *Fulmen non obligat communitatem erga damnum paſſum.*
Quemadmodum, nec conductorem, nu. 42.
Modo legitima perſuadeant coniectura fulminis ictum, nu. 43.

ARGVMENTVM.

¶ Incendium, præcipuè nocturnũ, quando ad vniuerſitatem pertineat, extante ad id ſtatuto. Dum verò pro regula eſt, ut caſu fortuiti uniuerſitatem nõ obligent, quomodo id intelligendũ, quòdue temperamentũ adhibendum.

EXtat ſtatutũ Papiæ in Criminalib. ſub rubr. 66. Quia ſæpè cõtingit, condemnans cõmunitates reſpectu incendij occultè excitati, & clare in terminis nocturni tẽporis loquitur ſtatutũ criminale Mediolani c. 96. Si de cætero, inqt tex. in aliquo burgo, vel loco caſſina, vel Molẽdino, ſiue territorio, aliqđ damnũ, vel guaſtũ datũ, vel factũ fuerit, de die, vel de nocte per incẽdiũ, &c. qđ et ſtatutũ eſt in ciuilib. c. 375. vol. 2.
1 Hoc aũt † ſtatutũ ualere, & tenere iõ communitaté, ſiue dãnum nocturno cõtingat tẽpore, ſiue diurno, ubi id expreſſè ſtatuto caueatur, ſcripſit Alba conſi. 183. Motiua excitata, nu. 3. verſ. Et rõ pdictorũ, & Calcan. ibi allegatus cõſ. 61. Ventura. Idẽ voluit poſt Calcan. conſi. 39. circa fi. & cõſ. 67. n. 4. verſ. Nec ſtatutũ poſſet, Carpan. ad ſtat. Mediol. c. 275. n. 24. verſ. Qđ quidem procedit, vol. 2.
2 Sed certè idem arbitror † ego, etiam ſi ſtatutum in ſpecie non exprimat de nocturno tempore, una cũ Baldo cõſ. 174. Caſus talis eſt, quoddam fœnile, vol. 2. qui voluit communitatem teneri etiam ratione incendij nocturno tempore immiſſi, quoniam, vt inquit ipſe eod. conſ. ad fi. ſi aliud diceremus, ſequeretur, qđ quilibet ſceleratus de nocte clam poſſet imponere incendium, & villa non teneretur, quod eſt contra mentẽ ſtatuti, & cõtra publicam ſecuritatem, eſt. n. dete-
3 ſtabile hoc incendij crimẽ, maximè † ratione nocturni temporis, Hier. Magon. deciſ. Lucenſi 89. Fuit inquiſitus, nu. 7. verſ. Quibus non obſtantibus, in tantũ, vt voluerit Caſſan. in conſuet. Burgũd. in tit. Des Iuſtiges §. 5. nu. 111. teſte Tiberio Deciano in tract. crimin. par. 2. li. 1. in tit. de caſibus concernentibus perſonas extrahendas, d. particulari de caſibus, qui delicta, & cauſſas cõfugiẽtiũ concernunt, eſt c. 28. Regula ſtat, num. 24. verſ. Et quid in incendiario, fol. 75. Incendiarium ſcilicet etiam occultiſſimum doloſum, ſi id appareat, eccleſiæ
4 † immunitate non gaudere ob criminis atrocitatem, cum nõ ſolum vicinis, ſed & toti ciuitati impendeat periculum,
* ubi dicit, ita fuiſſe * iudicatum. Pœnas
5 † autẽ, ut id obiter animaduerterim, cumulat nouiſs. remiſſiuè Areſmin. Tepat. in ſuo Compendio variarum ſentẽtiarũ Iuris lib. 2. tit. de Incẽdio, ruina, & naufragio fo. 265. col. 4. verſ. Incẽdiariorum, quæ ſit pœna. Idem voluit in
6 † nocturno depopulatore agrorũ. Fariu ut ſcilicet non gaudeat immunitate ec-
* cleſiæ, ut de * communi poſt plures ibi allegat. ſcripſit Farin. in ti. de Carcerib. quæſt. 23. nu. 10. verſ. Limita primò, par. 1. de quibus latius ſuo loco in tit. de Religioſis domib. Videre poteris interim etiam Abb. in cap. inter alia, nu. 5. verſ. Nota, quòd publicus latro, de immũ. eccleſ. Quanquã, ut ad ſtatutũ redeamus, ſi ſtatutum nõ cõdemnet communitatẽ

Digitized by Google

in ſpecie reſpectu incendij nocturno tē-
7 pore immiſſi, dici nocturnum tempus †
caſum a ſtatuto omiſſum, & tanquam in
diſpoſitione iuris communis conſtitutū
excuſare communitatem, ita intelligens
Baldum d.conſ.174.volu.2. voluit Car-
pan.ad ſtatuta Mediolani, ca.375.num.
24.verſ.Quod quidem procedit, vol.2.
poſt Alber. de ſtatut.lib.2.q.82.& Cal-
can.conſ.39.nu.3.de quo tamen latius
in ca.de Damno dato.

Declarando tamen hæc omnia, quòd
8 incendium interdum oritur† hominis fa
cto, interdum ex fortuito caſu, interdū
id dubium eſt. Si oritur incendium ho-
9 minis facto, uel † commiſſiuo, & hic eſt
dolus, uel omiſſiuo, & hæc eſt, uel cul-
pa, uel negligentia; ſi inquam oritur; ho
minis facto, ſi in ea domo exerceri con-
10 ſueuit ignis, in dubio cenſetur † culpa
inhabitantium exortum incendium, l.
nā ſalutem, ff.de off.præfect.uigil. Bart.
in l.1.ff.eod. Aretin.& alij, in §. item is
* cui, inſt.quibus mod.re cont.obl.& de *
communi Sebaſ.Med.ubi plures allegat
in tract.de fortuit.caſ.par.2.quæſt.7.In-
cendium, vt dictum eſt, numer.2.uerſ.
Quæro, an incendium, de communi
etiam Maſcard. concl.893. Incendium,
* in princ.de * communi etiam Caroc. de
locato, part.2.in titul.de Incend.ruin.&
naufrag.num.3.uerſ.Secunda ſit conclu-
ſio, poſt Ferret.conſ.Cæpol.conſ.crim.
69.Alex.conſ.50.numer.2.lib.1.& alias
ibi allegatos, Soarez.in ſuo Theſaur.in
uerbo Incendium, numer.20.& 21.poſt
Iaſ.in l.domos hæreditarias, ff. de leg.
primo, Ferrat. caut.30.Couarr.de ſpō-
ſal.part.2.cap.6.§.8. num.14.latè Afflic.
deciſ.57. Illo die, quo Rex per totam,
Salycet.in l.data, C.de his, qui accuſ.nō
poſſunt, Boſſ.remiſſiue in tit.de Incēdia
rijs, Iaſ.in d.l.Domos hęreditarias, ff.de
leg.1.ubi de communi, Saly.in l.quę for
* tuitis ad fin.C.de pignor. act. de * com-
muni etiam Couarr. de Matrimon. par.
2.c.6.d.§.num.14.verſ.Ex quo infertur,
* de *communi etiam D.Mantica de Con
iect.ult.uol.lib.9.tit.10. Supereſt, ut ui-
deamus, num.8.uerſ.At incendium, Cę-
pol.conſ.crimin.69. Circa primum du-
bium, num.2.3.& 4.Pariſ.conſ.87.Inhę-
rendo ueritati, num.4.verſ.Si verò tene-
mus, uolu.4.Alex.conſ.50.Viſis, & opor
tunè, num.1. verſ.Modò ſic, lib.1. Rolā.
à Valle conſ.95. Arguendo à ſufficienti,
nu.2.uerſ.Quòd autem teneatur, lib.2.
Luchin.de Curt.inter conſ.crim.cōſ.62.
Contingit caſſinam, nu.10.verſ.Et mul-
tis modis potuit, uol.1.de communi plu
res adducit Carpan.ad ſtat.Mediol.cap.
375.nume.27.uerſ.Quando autem tra-
ctaretur, uolu.2.latè Berous conſ.218.
* vol.3. Et eſſe magis ** communem opi-
nionem ſcripſit D.meus Præſ. Menoch.
lib.2. de arbitr.Iud.caſu 390. Incendia-
rij, num.6.uerſ.Dubium nunc eſt, Viuius
communi opinione 439.Incendium do-
lo, nu.7.uerſ.Cùm igitur, Idem de præ-
ſumptionibus, lib.1.queſt.59.nu.3.uerſ.
Quòd & ſi incendium, Idem lib.6. præ-
ſumpt.61.Egregia eſt diſputatio, nume.
31.verſ.Primum eſt in incendio, lib.5.
præſumpt.42.Incendiarij pœna grauis,
nume.3.verſ.Hac de re copiosè, Idem
eod.lib.5.præſumpt.3.Diſſeramus nūc,
num.129.verſ.Ita de incendio.latè Ma-
ſcard.de Probat.concluſ.893. Incendiū
præſumi per totam, Grat.cōſ.46. In hac
cauſſa, nume.2.uerſ.Qui omnes uolue-
runt, lib.2.Idem conſ.99.Nemo Iurecō-
ſultus, nu.2.verſ.Vbi dicitur, eod.lib.2.
Alex.in l.ſi quis ex argentarijs, §.ait prę
tor, nu.9.ff.de edend.Bart.in l.1.num.1.
* ff.de off.præfect.vigil.vnde in* Practica
11 illud ſequi Doctores, vt probato† incen
dio ſit probata intentio contra inhabi-
tantes, poſt Salyc.in l.ſi creditor, C.de
pignor.action.Imol.in l.ſi domos, ff.de
leg.1.Canoniſtas in cap.2.de depoſ. An
gel.conſ.197. Incendium, ſcriptum eſt
in Margarita Felin.in verbo, Incendiū.
Idem uoluit Iaſ.in l.domus, in prin.nu.
5.uerſ.Hic ſequitur in practica, ff.de leg.
* 2.qui de eadem teſtatur * praxi.
12 Et licet, ubi culpa eſt in† omittendo,
præſumatur leuiſſima ad hoc, non tenea
* tur conductor locatori, ut de *cōmuni
omnes doctores ſuperius allegati; atta-
men imputatur in eo, quòd ea de re non
13 condemnatur † communitates erga dā-
nū paſſum, ſed eidem, ratione allegatæ
culpæ

culpæ ab omni moleſtia eximuntur,
Guido Panciro. poſt plures ibi allega-
tos conſ.49.Giachellinus,nume.2.& 3.
lib.1.Calcan.conſ.39.verſ.Tertiò vero,
Alex.de Neuo conſ.88. in princip. Car-
pan.d.cap.375. nume.28. verſ.Tunc eo
caſu,vol.2.Plot.ad l.ſi quando, nu.856.
verſ. Quinquageſimo ſecundò limita,
C.vnde vi,l.itaque fullo, ff.de furt.Bal.
d.conſ.174. num.2. verſ.Primo caſu nõ
agit,volu.2. quod eadem poſtrema ſua-
dente ratione verum etiam eo caſu arbi
tror,quo quis nocturno tempore in do
mo propria,vel ad excubandum, vel ad
cuſtodiendum ſimpliciter, quis pueros
maiores,puellasq; minores reliquerit:
is enim licet non dicatur in culpa ſaltẽ,
vel lata,vel leui,ſi inde ſequatur incen-
dium,quamuis dicti pueri minus diligẽ
ter ignem cuſtodierint, quia conſueue-
runt patres familias diligentes integrã
habere familiam, tàm minorum, quàm
maiorum ex l.pleriq;,iuncta l.neq; im-
puberes.ff.de In ius vocan. vt ita ſe de
* facto * obtinuiſſe in Ciuitate Cremonę
teſtatur Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs.§.
prætor ait,nu.32.verſ.Adde etiam quod
egregie.ff.de eden.adducunt aliqui An-
chara.conſ.394.Conductor domus, ſed
ego non potui conſilium reperire; Atta
men non debet ideo cõitas teneri,quia,
vt diximus, ex ſuo incendio,quis actio-
nem conſequi non debet.Idem omnino
arbitror,quoties incendium exortũ eſt
eorum facto, qui circa eorum officium
non deliquerint,ſit is coquus,vel furna-
rius, qui non tenentur ex incendio, vt
poſt Calcan.conſ.40. col.2. Grammati.
deciſ.23. num.12. Turzan.concluſ.185.
nu.5.cum ſeq.ſcripſit Caroc.vbi latè de
incendio,in trac.de locato par.2. in tit.
de incend.ruin. & naufr. nu.9. verſ.Se-
ptima ſit concluſio. Nec tñ omnibus ijs
caſibus tenebitur communitas, ratione
ſuperius allegata. Sed quæſo, quod de
furno diximus,vide Bonifac.de Vital.in
tit.de Damno dato, num.35. verſ.Item
ſi habes furnum: nimis.n.vagaremur,ſi
hæc omnia ſigillatim prolixius proſeq̃
uiteremur. Minuſq; excuſaretur domi-
nus in caſu nocturni incẽdij,de quo Bo-
nif.de Vitalin.in tit.de dam. da. nu.36.
verſ.Item ſi quis fecit,vbi ſcribit, quod
ſi quis fecit incendium, & dum noctur-
no tpe obdormit ſerpat ignis, non ideo
excuſatur,qm̃ culpa præceſſit caſum, p
text.in l.ſi ſeruus.§.ſi fornicarius, ff.de
extraord. crimin. Non equidem loqui-
tur de nocturno tpe, ſed a communiter
accidentibus, dum de ſomno verba fa-
cit, eum intelligo noctu dormientem.
Sed de hoc in cap.de Pœn.temper.
14 Si verò † nemo inhabitabat in loco in-
cendij,uel ignis non exercebatẽ, damnũ
reijcitur in cõmunitatem: nec.n.eo ca-
15 ſu incendium † inhabitantium culpa fa-
ctum pręſumitur: implicat.n. contradi-
ctione,Guid.Panciro.conſ.49.Giachel
linus,nu.9.verſ.Ad ſecundum,lib.1.poſt
Calcan.conſ.63.col.antepen. uerſ.Non
obſtat,ꝙ incendium,Grammat.in conſ.
crim.22.nu.11. uerſ.Nec militat,Rochũ
Curtium conſ.65. inter conſil. Calcan.
Bald.d.conſ.174.uol.2.num.2.uerſ.Hic
autem eſt conſiderandum.
Vbi autem exortum fuerit incẽdium
16 ex † fortuito caſu,tunc nullo pacto te-
nebitur communitas: ex caſu enim for-
17 tuito nulla † datur actio: cùm enim ſint
caſus fortuiti,uel qui non poſſunt præ-
uideri.l.quæ fortuitis,C.de pign.act.la-
tè Sebaſt.Med.de caſib. fort. par.2. qõ.
12. Suppoſitis,quæ ſecundùm intentio-
18 nem,vel ſi poſſunt † præuideri, attamẽ
ſunt quædam accidentia, quæ per cuſto
diam, curam, uel diligentiam mentis
humanæ non poſſunt euitari ab eo, qui
patitur, Bald.in d.l.quæ fortuitis, nu-
me.4.C.de pign.act.atque ijs mens hu-
mana non poteſt obuiare, Ripa de pri-
uilegijs contractuum cauſſa peſtis cap.
1. Venio ad ſecundam partem, ideſt, ad
ſpecialia,nume.68. verſ.Dicitur autem
caſus fortuitus, alio nomine dicuntur
19 † damna fatalia.l.cum duobus, §.dam-
na.ff.pro ſocio. conſequens eſt, ut non
emendentur,l.fluminum,§.ſeruius.ff.de
dam.inf.& quia ibi nulla eſt culpa, nec
etiam aliqua debet eſſe pœna.l.quę for
tuitis,C.de pignor.act.l.uideamus, §.ſi
fortuitus,ff.locati,l.ſi ea res,ff.de actio.
empt. Bal.d.conſ.174.uol.2. eſt.n.pęna
ſignum

Digitized by Google

20 ſignum † culpæ, idem Bald. in l. 1. nu. 4.
ff. de iuſt. & iur.
21 Quare, ſi per hoſtiũ † incurſum, vim-
que maiorem immiſſus fuiſſet ignis, ex
citatumq; fuiſſet incendium, non tene-
retur profectò communitas ad damni
emendationem, vt in terminis incendij
ſcribit Bal. d. conſ. 174. nu. 2. vol. 2. Saly-
cet. in l. quæ fortuitis, nu. 9. verſ. Secun-
do caſu principali C. de pignorat. act.
Maſcar. de probat. concluſ. 893. Incen-
dium, nu. 15. verſ. Sextò limitatur, qui
ad hoc citat tex. & ibi Salyc. in l. data o-
pera C. de his qui accuſ. non poſſ. facit
cõſ. Baldi in materia nihilominus incen
dij cõſ. 442. Quidam nomine, vol. 3. &
in terminis generalibus damnorum, ut
22 ſcilicet non teneatur † communitas,
quãdo ex hoſtium irreparabili incurſu
ſecutum fuerit maleficium, voluit Boſſ.
poſt alios ibi allegatos in tit. de Captu
ra, nu. 72. Atq; eo minus tenebitur com
munitas, ſi vis hoſtilis odio particulari
23 † illius, qui incendium paſſus eſt, ignẽ
immiſerit, Bal. conſ. 416. Proponit quoſ
dam mercatores, & conſ. 417. Vel po-
nas caſum, vol. 3. Salv. in l. quæ fortuitis
nu. 9. C. de pignorat. act. tex. in l. ſi mer-
ces §. culpæ. ff. locati, Maſcard. de ꝓbat.
dicta concluſ. 893. nu. 16. verſ. Hoc idẽ
ſublimitandum eſt, Petr. de Vbald. de
Duob. fratribus. 8. par. prin. nu. 7. quæſt.
6. per l. videamus §. qui vinum ff. locati.
Minimeq; tenebitur communitas, ſi is,
cuius bona igni tradita ſunt, potuit, aut
24 † acclamando, aut quippiam aliud a-
gendo, incendium remouere, Sebaſt.
Med. de caſib. for. par. 2. q. 7. Incendiũ,
vt dictum, nu. 24. verſ. Aut ille, ad quem
25 ſpectabat; vel etiam de † iure fuit factũ
incendium, quia communitas non tene
tur, D. collega meus Marcus Ant. Ro-
ueſc. ad Bal. conſ. 174. Caſus talis eſt, in
prin. vol. 2. qui adhoc citat eundem Bal.
conſ. 122. lib. 4. vel etiam vi ventorum,
fulminis &c. vt latius inferius dicemus.
Difficultas eſt, an in dubio incendium
præſumatur caſu fortuito excitatum ad
abſoluendam communitatem, an verò
ex culpa ad illam condemnandam; &
26 † non præſumi caſum fortuitum in du
bio, ideoq; à cõmunitate eſſe reſarcien
dũ damnũ paſſo, vel probandum caſum
ſcripſit. tum Bal. tum D. Roueſcala cõſ.
27 174. Caſus eſt talis, vol. 2. Sed imo † fauo
re communitatis præſumendum potius
eſſe ex caſu fortuito exortum incendiũ
ad cõmunitatem abſoluendam ſcripſit
Bertaz. conſ. crimin. 481. Sentẽtia lata,
nu. 17. verſ. Nam ſi præſumitur, vol. 2.
poſt Plot. & Burſat. ibi allegatos. Quia
28 ſcilicet ſtatutũ eiuſmodi ſit † odioſum
alterum pro alterius delicto puniẽs, ſtri
ctiſſimeq; ea de re interpretandum ex
Barbat. inter cõſilia Calcan. conſ. 66. 1.
& 2. col. Alex. de Neuo conſ. 87. num. 6.
& D. meo Præſ. Menoch. conſ. 27. n. 45.
quod præter Bertaz. & alios allegatos
voluit etiam Alber. de ſtatut. lib. 2. q.
89. Ang. in tract. de Malef. in verbo In-
cendium, nu. 51. Socin. ſen. conſ. 55. nu.
4. vol. 1. Bonacoſ. q. crimin. in verbo De
damno dato, verſic. Sed an habita, &
verſ. An damnificatus, Burſat. conſ. 59.
nu. 30. vol. 1. de quibus Carpan. ad ſtat.
Mediol. c. 375. nu. 26. verſ. Et propterea
damnificatus, vol. 2.
* Sed certè contra cõmunitatem * fuit
lata ſententia, ut ibid. teſtatur Claud.
* Bertaz. in fi. cõſilij. Verior* ergo eſt prior
opinio ad damnum communitatis, tãto
magis, ſi aliqui nocturno tempore uiſi
fuerint vagari, per ea, quæ in puncto in
cendij ſcripſit Crauet. conſ. 35. Ex pluri
bus concludendum, nu. 11. verſ. Quintò
præſumitur dolus, ut ſcilicet non præ-
ſumatur caſus fortuitus, niſi probetur;
is autem omnino probandus erit, uel
29 † plenè, vel ſemiplenè, per cõiecturas,
vel periuramentum, ſeu alio pacto, iudi
cis arbitrio, Bar. in l. ſcire etiam oportet
§. ſufficit ff. de excuſat. tut. Idem in l. 2.
§. quod diximus ff. ſi quis caution. Alex.
conſ. 24. Animaduerſis his, nu. 6. verſic.
Ad quod oſtendendum, lib. 2. Idẽ conſ.
53. Viſo themate ſupraſcripto, num. 3.
verſ. Vbi concludunt, eo. lib. 2. Bal. & Sa
lyc. in l. 1. C. de dilat. Sebaſt. Med. de For
tuit. caſibus par. 1. quæſt. 14. nu. 6. verſi.
Ad ſecundum quæſitum, quo loco non
poſſum, quin quam breuiſſime recen-
ſeam quatuor caſus, quibus non admit-
titur

30 ſortitur † iuramentum ad probandos for-
tuitos caſus ex eo.ibid.à nu. 8. quando
ſcilicet quis caſum ſemel iuramento ꝓ-
bauit,quando per teſtes veriſimiliter ca
ſus probari poteſt , quando quis ſemel
fuiſſet periurus, & quando non iuraret
ad conſequendam exceptionem,ſed ad
actionèm nanciſcendam.

Fallunt primò hæc omnia,ſi hoſtium
vis latronumue incurſus in igne immit
31 tendo ex communitatis † odio,atq; ini
micitia,aut iniuria proceſſiſſet, quia ad
eiuſmodi damna teneretur nihilomi-
nus communitas,Alex.conſ.84.Ponde-
ratis his,num.4. verſ. Ad idem adduco,
lib. 6. Specul. in tit. de iniur. & damn.
dat.§.2.nu.16. verſ. Sed pone inimicus
tuus, Alba conſ. 285. Motiua excitata ,
nu.4.verſ.Et tangit etiam , Maſcard. d.
conclu.893.nu.23.verſ.Quod & locum
habebit,qui hoc illuſtrat ex dicto Abb.
conſ.21.In quæſtione,n.2.par.2. & Go-
zadini cõſ.27. In cauſſa conductorum ,
* nu.20.ubi paullò poſt de * cõmuni te-
ſtatur , quòd ſcilicet,ſi quis captus fue-
32 rit propter † repreſalias in odium ali-
cuius factas,teneatur odioſus capto ad
damnum paſſum.Sicut etiam iniuſtitia
33 facta † fideiuſſori odio principalis ,
principali ipſi imputatur l. ſi merces §.
culpæ ff.locati,Bar.cõſ.72.Punctũ quæ-
ſtionis,par.1. Et licet Maſcard. loco cit.
nu.24.verſ.Et in dubio,alleget Roman.
conſ.7.volentem.qđ.in dubio præſuma
tur damnum illatum proueniſſe ab ini-
34 micis † locatoris,non autem conducto
ris , quicquid ſit de ea facti ſpecie,arbi-
tror ego in dubio præſumendum incen
dium immiſſum fuiſſe odio particulari
35 † inhabitantis,quemadmodum in pun-
cto abſoluendæ communitatis poſt plu
res ibi allegatos ſcripſit Bertaz. conſil.
crim.481.Sententia lata,nu.4. verſ. Vt
in proprijs terminis,vol.2. cum id reſpi
ciat damnum,& iniuriam inhabitantis
principaliter,& per prius, communita-
tis verò ſecundariò,& per poſterius;de-
bet autem attendi quod per prius eſt ,
Bar.in l.hoc legatum in 2.ſummario, ff.
de leg.3.Bald.in l.1.C.de ſucceſſ.ed.D.
meus Alex.Raud. de Analog. in 2. reg.
* Analog. qui dicit eſſe iuris * regulam ,
idem conſ.47.Collegium.n.2.verſ.Sua-
detur præfatus intellectus,quos notaui
ego de Act.in mort.art.cap.78. num. 4.
36 maximè , ſi præceſſerit † fama inimici-
tiæ cum inhabitante , eo.n. potiſſimum
caſu abſoluitur communitas , Bertaz.
conſ.481.Sententia lata,verſ.Nam mul
tum in his,vol. 2. Vbi quæſo videas per
te plura,tum abſolutè,tum in hiſce etiã
terminis , ad materiam incendij perti-
37 nentia. Niſi fortè † plures combureren
tur domus,ita ut non cenſeretur immiſ
ſum incendium in domos tanquam ſin-
gulorum, ſed tãquam vniuerſitatis,vel
etiam aliud ſuaderent mores communi
tatis, qualitas illius, cuius domus com-
buſta fuiſſet,locus,tempus,qualitas in-
cendiariorum. Hoc igitur relinquerem
libenter ego æquiſſimi , ac prudentiſſi-
mi iudicis arbitrio.

Fallit ſecundò , ſi communitas , cui
fuerit de incendio acclamatum,vel quę
38 alio quocunq; modo immiſſi ignis † cõ
monita fuerit, potens incendium arce-
re , illud non cohibuit , nec remouit ,
quia adhuc tenetur communitas , quo-
cunque caſu fortuito exortum fuerit in
cendium, aut immiſſus fuerit ignis, Se-
baſ. Medices de fortuit.caſ.par.2.quæſt.
7.Incendium,vt dictum eſt,nu. 7. verſi.
Quartò,ſi incendium.

Eadem omnino cum iiſdem limitatio
nibus , atq; declarationibus locum ha-
39 bent,vbi † Princeps,vel quiſpiam potẽ
tioris ſtatus ignem immitteret,etenim,
& facta eiuſmodi inter caſus fortuitos
cõnumerantur, nec communitati impu
tantur,niſi vt ſuperius dictũ eſt,Sebaſt.
Med.de Caſibus fort.par. 1. q. 13.nu.6.
verſ.Item factum Principis , Bertrand.
conſ. 143.nu.6.vol.1.tex.in l. Lucius. ff.
de Euict.Socin.in l.quidam,nu. 3. ff. de
reb.dub.Caſtren.conſ.220.Proponitur
in facto,col.2.lib.1. Crauet.conſ.95.Vi
ſis his,quæ copioſè,nu.1.lib. 1.

Cęterum,vt diximus, non tenebitur
communitas,ſi caſus fortuito fuerit ex-
40 citatũ incendiũ. Quare,ſi † vi ventorũ
aliunde expulſus fuerit ignis, communi
tas non tenebitur , Medices d. par. 2. q.
7.nu.

Digitized by Google

7.nu.24.verſ.Vt quia vi ventorum. Aut
41 etiam ictu† fulminis in hæc inferiora ir-
rumpentis incendiũ cauſſetur,quia com
munitas nõ tenebitur,Ripa, & Rub.de
quib.D.meus Præſ.Menoch.lib.2.de ar-
bitr.Iud.caſu 80.Audacter nimis, nu.5.
verſ.Villam teneri, Albe.de ſtatut.pa.2.
qu.81.Calcan.conſ.40.nu.1.verſ. Quod
autem,Marſ.de Bannitis in verbo, Incẽ-
dio,nu.7.plures adducit Carpan.ad ſta-
tuta Mediol.c.375.nu.25. verſ. Secundo
non procedit,vol.2.Sebaſt.Medices lo-
co cit. nu.24.verſ.Tunc aut incendium,
42 prout,nec eo caſu teneri † cõductorem,
quando,ſ.ex fulmine prouenerit ignis
teſtatur Fulgoſ.in l.ſi vendita,ff.de peri-
cul. & comm. rei vend. Alber.in l.fiſtu-
las, §.fin.ff.de contrahend.emp.dicens
* ita Patauij fuiſſe * deciſum, de quo etiã
Caroc.in tit.de locato, par.2.in tit.de
Incendio,ruina,& naufragio,nu.2.verſ.
Prima fit concluſio. Modo accedant le-
43 gitimæ† cõiecturæ, fulminis ictum per-
ſuadentes, ſic Bald.d.conſ.174.volu.2.
ibid. D.meus Marcus Ant.Roueſcala lo
quens de vna Monachorum S.Benedicti
in cauſſa incendij Portus Moroni. Ve-
rũ,quia res eſt quotidiana, nec ſatis cla-
ra,nec Bal.aut D.Roueſcala explicant,
quæ ſint hæ coniecturæ ad fulminis in-
cendium dignoſcendum, ea de re operæ
præcium duxi ego aliquid de fulmine in
ordine ad coniecturas præſentis nego-
cij ſubijcere.

DE FVLMNE
Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fulmen an incendij cauſſa fuerit, legiti-ma requiruntur coniecturæ.*
2 *Fulminis coniectura à Cælo.*
3 *Incẽdium interdum ex fulgure, & quãdo.*
4 *Fulminis coniectura à regione.*
5 *Scythia minus frigida.*
6 *Aegiptus minus calidus.*
7 *Italia quodammodo, ſemper, aut vernat, aut autumnat.*
8 *Campania ſæpius, & hyeme, & æſtate, ful-guri ſuppoſita.*
9 *Fulminis coniectura à loco.*
10 *Fulminis coniectura à ſtatione.*
11 *Fulmina quando frequentius cadant.*
12 *Fulmina nocturna rariora.*
13 *Fulmen noctu magis, quàm interdiu, ſine tonitribus.*
14 *Fulminis coniectura à Cicatrice.*
15 *Fulmen in lapidem conureſcit ſæpius.*
Declarat Author, num.16.
17 *Fulminis coniectura ab odore.*
18 *Fulminis coniectura à colore.*
19 *Fulminis coniectura à ſapore.*
20 *Fulminis coniectura à qualitatib. primis.*
21 *Fulminis coniectura ab actione.*
22 *Fulminis coniectura à natura ſubiecti.*
23 *Fulminis ictum, quæ non patiantur.*
24 *Aquila, &*
Vitulus marinus, quã ob cauſſam fulmi-ni non ſubijciatur.
25 *Fulminis effectus.*
26 *Fulminis pleraque remiſsiuè.*

ARGVMENTVM.

Fulminis ictus coniecturę, cùm ex
pleriſq; alijs, tum etiam ex no-
cturno tempore obſeruatæ.

CLariſſim᷑ collega me᷑
D. Mar.Ant.Roueſca
la in ſuis doctiſſimis
lucubrationibus, ad
Bal.conſ.174.Caſus
talis eſt.quoddã feni-
le, lib.2.qui ibi varia
de incendio tradens,Bald.inter alia me-
minit incẽdij ex vi diuina procedẽtis,ſ.
ex fulmine, vt eo caſu nulli pœna indi-
catur, cum non, ſit cui culpa poſſit ad-
ſcribi,vt latius diximus in fine ſuperio-
ris ca.opportunè ſumpta inde occaſio-
ne infert ad quæſtionẽ habitã aliquãdo
ſup. incendio Portus Moroni ex igne no
cturno tpe immiſſo,& ſe tutantib.villa-
rum incolis, ꝙ ex fulmine ortum fuiſſet
incendium, doctiſſimus vir ſuſtinebat
1 contra eoſdem,quia † fulminis legitimæ
non eſſent probatæ coniecturæ. Quæ
autem ſint coniecturæ ad fulmen cog-
noſcendum non aperit,non ſolum,ſed ne
digito

digito, quo laiunt, innuit, & benè, vt
certè decebat τὸν ἀναλυτικόν.

Ego verò, nō philoſophum me modò
exopto oſtētare, ſed is eſſe conabor, qui
ex diligenti, atq; exactiſſimo ſtudio, do-
ctiſſi norumq; philoſophorū lectione,
& obſeruatione, breues quaſdam theſes
notem in re propoſita, vt legalis diſci-
plinæ ſtudioſi nullo cum labore, ſic con
tingentibus rebus aliquando, negocijs
ſuis poſſint conſulere.

Fulminis ergo conicc̄turas, ſeu incen
dij ex fulmine exorti obſeruo ego A cę-
lo, a regione, a loco, a ſtatione, a tempo-
re, a cicatrice, ab odore, a colore, a ſapo-
re, a qualitatibus primis, ab actione, a
natura ſubiecti, & ab effectis, vt ita tan-
dem varijs in locis collegi ex Collegio
Conimbricenſi in comment. ad Meteo-
rolog. Ariſt. tract. 2. c. 5. de Fulmine; Ful-
men eſt exhalatio, ca. 6. de fulminum ef-
fectis, Porrò fulminum. Plin. lib. 2. Hiſt.
natural. ca. 52. Hyeme, & æſtate, cap. 53.
Fulminum ipſorum cap. 54. Thuſcorum
litteræ, ca. 56. Fulgetrum prius cerni, ca.
57. Ex ijs, quæ terra, Alber. Magn. in 3.
Meteorol. tract. 3. cap. 22. Videbatur au-
tem.

2 A Cœlo. † Quoniam fulmina non niſi
craſſis, & magnis nubibus, & nimborum
caligine obrupto cęlo proueniunt, qua-
le erat Cœlum Troianis apud Virg. lib.
1. Aeneid.

Eripiunt ſubitò nubes Cęlumq; diemq;
Teucrorū ex oculis: ponto nox incubat atra,
Intonuere poli, & crebris micat ignib. æther;
Præſentemq; viris intentāt omnia mortem.

Sed & aliquādo non ita obruto cęlo
3 incendia, ſi non ex fulmine, ſaltem ex †
fulgure exoriri fatendū, eſt ſi tamen ſu-
biecta materia ſit valde combuſtibilis,
vel ex propria natura, vel ex extraneis
accidentibus.

4 A † regione. Regiones nimiū frigidę,
5 qualis eſt † Scythia, fulminum iactus
6 ſentiunt raro, atque nimis calidę † vt Ae-
gyptus. Crebra ſūt fulmina in ijs locis,
quæ ſemper quodam modo vernant, vel
7 autūnant, vt in † Italia, Collegium Co-
nimbricenſe loco cit. ni fortè ſimus in
ijs Italiæ partib. quæ a Septētrione de-
ſcendunt ad tēporem, qualis eſt tractus
8 vrbis † Campaniæ, quoniam ibi ſæpius,
quod non in alio ſitu, æſtate, & hyeme
fulgurat.

9 A † loco. Summa montium, cæteraq;
eminentiora facilius a fulmine cōbuſta
credendum, ex quo priora vaganti, ac
quodam pacto bacchanti occurrant ful
mini, vnde vulgare illud Horatij Car-
minum lib. 1. Ode 10.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſa grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmina montes.

10 A † ſtatione. Sunt hyeme, & æſtate ra-
riora fulmina, quoniam hyeme exhala-
tio, vt minus habet caloris, ita ignem
minus concipit. Aeſtate etiam, quia ca-
lidi, ſiccique halitus terræ, vt exiliores,
ita in nubes admodum tenues, & infir-
mas, atq; adeo ad fulmina proferenda
parum idoneas denſantur. Crebrius igi-
11 tur, & vere, & autumno, ſed adhuc † fre-
quentius autumno cadunt fulmina, ob
aduerſas æſtatis, & hyemis cauſſas.

A tempore. Romani, inquit Plin. duo
tātum fulminum genera ſeruauere: diur
na attribuentes Ioui, nocturna verò Sū-
12 mario. Addit inſuper † nocturna fulmina
eſſe rariora cauſſa frigidioris cęli. No-
13 ctu tamen magis, quàm interdiu, ſine †
tonitribus fulgurat. Idem Plin.

14 A † cicatrice. Siquidem fulminis ictus
tanquam a cuneo quodam factus vide-
tur, plerumque enim exhalationes in-
15 tra nubem in † lapidem concreſcunt ad
modum cunei, quem lapidem fulmina
ſæpe numero trahunt. Quam cōniectu-
16 ram veram intelligo † ego poſitiuè, non
priuatiuè, ideſt, ſi appareat cuneale vul-
nus, & cunealis percuſſio erit locus con-
iecturæ fulminis; non autem priuatiuè,
quoniā, ſi non appareat de cuneali per-
cuſſione, non iccirco erit omnino præ-
cluſa via coniecturę fulminis, non enim
ſemper concreſcunt intra nubem exha-
lationes in cuneum, vel etiam ſi fulmina
vehant interdum cuneum, tota nihilo-
mi-

Digitized by Google

minus percuſſa moles, iactaque comburitur.

17 Ab † odore. Eſt fulminis ictus odoris ſulphurei, ſiue quia ſpiratio, in qua ardet, multum habeat ſulphureæ materię, ſiue quòd halitus ipſe e ſulphurea terra euocatus natiuum redoleat ſolum.

18 A † colore. Humida. i. minus ſicca, infuſcant, id eſt, nigrore inficiunt.

19 A † ſapore. Sunt fulmine affecta ſulphurei ſaporis, & venenoſi, niſi forte qđ percuſſum fuit, fuiſſet & ipſum venenoſum, eo enim caſu, feriens fulgur ſuo calore venenum deſtruit. Vel certè ſi aliquę ex fulminis iniuria ſupſint reliquię, naturali veneno deſtructo, aliud fulminis accidentale venenum inditur.

20 A † qualitatibus primis. Quoniam vulnera fulminitorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

21 Ab † Actione. Celerrimè. n. agit fulmen, Colleg. Conimbric. loco cit. c. 6. ad medium. Et licet dicatur ibid. tardam futuram fulminis actionem, ſi repugnet ſubiecta materia, adhuc tamen cita erit actio reſpectiuè, quia citius, atque celerius aget fulmē, quàm aliud quippiam.

22 A natura † ſubiecti. Quoniam inter frutices, laurum nō icit fulmen, nec etiā tabernacula è pellibus, ijs detractis belluis, quas vitulos marinos appellant, ſiquidem hoc animal, & ſolum quidē ex
23 marinis, fulmen † non percutit, ſicut, nec ex volucrib. aquilam, quam ob rē aquila huius teli fingitur armiger. His addūt alij corallium, & lapidem hyacintinū. Sed haſce immunitates a fulminis ictu commentitias dicit Collegium ex inſecuta, & Vicomercato, & Scaligero contraria experientia. Benè fatetur vitulū
24 marinum, & † Aquilas immunes; verum, non quòd vis fulminis quodam pacto retundatur, ac retorqueatur ea de re, ſed quòd innato quodam naturalis vaticinij modo, naturaliter, quomodo diximus alias de Act. in Mort. Art. in c̄. de Vaticinio, futura præſagiunt fulmina, ſeque ideo pauidæ tutiſſimas in altiores recipiunt ſpecus.

25 Ab † effectib. Mirabiles. n. ſunt fulminis effectus, vt ego eos aliquando compendioſè notaui ad publicam diſputationem in philoſophicis aſſertionibus concluſ. 120. Aliquando enim illæſa crumena pecuniam conſumit fulmen in ea exiſtentem; comburit calceos non cōburendo pedes; exurit pilos non lædendo pellem; interficit, nullum ſignum interfectionis relinquens; exurit dolium, & vinum non effunditur, & è contra; illæſa matre occidit fœtum in matris vtero. Vigilans ictus conniuentibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Hæc, &
26 † alia eiuſmodi videri poſſunt apud citatos Authores.

DE VINEA SVCCISA. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Statutum indiſtinctè condemnans communitates ob maleficia, an comprehendat nocturna.*
Diſtinguit Author, num. 2.

3 *Vineas etiam noctu ſuccidens obligat communitatem ad damni emendationem.*

ARGVMENTVM.

¶. Vineas nocturno excindentē tempore, quicquid iuris ſit de alijs delictis, communitatem ad dānum emendandum obligare.

LICET autem, vt in proximo capitulo ſumus demonſtraturi ex Guidon. Pancir. conſ. 49. Giachellinus, nu. 9. verſ. Sed quoniam lib. 1. longe plures eam ſuſtineant
1 opinionem, vt † ſtatutum indiſtinctè loquens, atque communitates ad damna data condenans, nō cōprehendat maleficia, & damna nocturna, non tñ defuerunt alij, & quidem non pauci, nec vilis authoritatis, qui voluerunt ſtatuta eiuſmodi cōprehendere quęcunq; maleficia quocunq; commiſſa tpe, vel diurno, vel nocturno, quos ibi recenſebimus.

Quo

Digitized by Google

2 Quo fit, vt ego libentiſſimè † diſtinguam inter caſus atrociores, & leuiora damna, vt hæc non includantur in ſtatuto indiſtinctè loquente, illi verò comprehendantur.

Hinc eſt, quòd Bald. & optimè iudicio meo, in conſ. 203. Præſuppoſito ſtatuto, vol. 1. voluit ſtatutum non diſtinguens inter diem, & noctem, volens tamen, ut communitates teneantur de damno dato, comprehendere etiam
3 † vineas noctu ſucciſas, ſeu, vt ipſe loquitur amputatas: eſt enim grauiſſimum, atque atrociſſimum facinus vites ſuccidere, vt patet ex toto tit. ff. arborum furtim cæſarum, præcipueque l. 2. cum gloſ. ff. eo.

DE DAMNO DATO. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Statuta de emendando dāno dato per communitatem vbiq; ferè vigent.*
Idem eſt de iure communi ex Alber. *nu. 2.*
Quod non placet Authori, *ſaltem per tex. allegatum in l. ne quid ff. de incend. ruina, & naufr num. 3.*
4 *Dominus fundi, in quo dānum datum eſt, tenetur fideiubere de iudicio ſiſti.*
Et etiam ea de re poterit torqueri, num. 5.
Declarando, vt ibi, num. 6.
7 *Villa de iure communi, quando teneatur ad emendationem damni ex Claro.*
8 *Damnum datum quomodo probetur, & pleraq; alia de eo remiſſiuè.*
9 *Statutum de damno dato eſt fundatum ſuper negligentia ex Capol. & alijs.*
10 *Statutum de dāno dato non habet locum, vbi adeſt vis maior.*
Vel dānū fuit datū iuxta confinia, nu. 11.
Contrarium in hoc poſtremo ſentiunt alij, num. 12.
Diſtinguit Author, *num. 13.*
14 *Statutum de damno dato, Mediolani non procedit tempore belli, &c.*
Atq; idem eſſet de iure communi, nu. 15.
16 *Communitas non debet in caſu damni dati ad impoſsibile obligari.*
Et ſi obligetur non tenebitur in foro conſcientia, num. 17.
18 *Culpa leuiſſima nō obligat in foro cōſciētię.*
19 *Communitas non tenetur ad emendandū damnum de nocte datum.*
Contrarium alij voluerunt, num. 20.
Prima verior, num. 21.
22 *Communitas non tenetur ad emendationē damni nocturni, ſi debitam impenderit diligentiam.*
23 *Damnum in dubio, noctis tempore cōmiſſū praſumitur, ad abſoluēdam cōmunitatē.*
24 *Communitas tenetur ēt de damno nocturno ſi id expreſſè per ſtatutum caueatur.*
Vel per verba aquipollentia, num. 25.
Quanquam Boſſius *dubitat de validitate eiuſmodi ſtatuti, num. 26.*
Ideo diſtinguit Barbatia, *num. 27.*
Et Author, *num. 28.*
29 *Statuti obligantis communitates ad emendationem damni dati alia ratio.*
Qua ſtante teneretur etiam communitas reſpectu nocturni damni, num. 31.
30 *Vicini praſumuntur in dubio dānū dediſſe.*
32 *Culpa in omittendo non obligat ad duplū, ēt ſtante ſtatuto de emendando duplum.*
33 *Damnum datum nocturno tempore arguit culpam communitatis in omittendo.*
Sed attenta vltima ratione argueret culpam commiſſiua, num. 34.
35 *Villa, quando indiſtinctè non teneatur ex damno nocturno tempore illato.*
36 *Superioris impedimentum non debet communitati nocere.*

ARGVMENTVM.

¶ Iura municipalia, dum communitates ad emendationem damni dati obligant, an nocturnum comprehendant. Si verò illud idem expreſsis contineant verbis, inter cōtrarias opiniones de Statuti illius efficientia, noua Authoris diſtinctio. Tutelaris præterea, ac perpetuò potens cauſſa ad vniuerſitatis commodum, etiam ſi de nocturno agatur delicto.

Acceda-

Digitized by Google

ACcedamus tãdem ad damna data in genere. In multis partib.
1 Italiæ, extare† ſtatuta, vt cõia villarum, & comitatuũ teneantur emendare damnum in territorijs eorum, tradit Bartol. in l. ne quid, nu. 3. verſ. Sed in multis partib. ff. de incend. ruina; & naufrag. ibid. Alber. num. 1. verſ. Hodie tñ quælibet ciuitas, atque hoc ſtatutum vbique vigere ſcripſit Boſſ. in ſua praxi in tit. de Damno dato, Quia damnum dare, nu. 5. verſ. Vnum tamẽ multum practicabile, Franc. Marcus deciſ. 765. Quæritur ſi iſti ſyndici, nu. 2. par. 2. Cuman. cõſ. 151. In cauſſa vertente, nu. 3. verſ. Sed habito reſpectu, & adeſſe hoc ſtatutum Mediolani tradit idẽmet Boſſ. in ead. praxi, prout re vera eſt in cap. 375. Si de cætero, par. 2. & ca. 96. Si de cætero, in criminalibus, ubi iterum dicit hoc ſtatutum vbique ferè uigere, in tit. de captura, nu. 42. verſ. Quæro, ſtatuto cauetur. Atque Papię eſt ſtatutum in Criminalib. Rub. 66. Quia ſæpe contingit. Amplius idem
2 eſſe de iure † communi, ꝙ ſi aliquis derobetur in territorio alicuius villæ, vel loci, ꝙ communia teneantur emendare, reſtituere, ſcripſit Alber. in l. Ne quid, nu. 1. verſ. Et ſic collige. ff. de Incendio, ruina, & naufragio, qui dicit ſatis euidẽter illud colligi ex eo tex. quod & voluit Maſcard. de probat. conc. 473. Damnum in dubio nu. 3. verſ. Sic etiam itidẽ. De quo articulo plenè, remittens tamẽ, Iaſon in l. ſi quando, nu. 42. verſ. An aũt de iure communi, C. unde vi. Verũ tex.
3 ille mihi id † non probat. uerba tex. quę ad rem pertinent, eiuſmodi leguntur. De his autem, quos diripuiſſe probatũ ſit, præſidem, ut de latronibus grauem ſententiam dicere. Vt facilior ſit probatio huiuſmodi admiſſi, permiſit his, & quicquid paſſos ſe huiuſmodi quęruntur, adire præfectum, & apud eum teſtari, reoſque petere, ut pro modo culpæ, vel uincti, uel ſub fideiuſſorib. ad præſidem remittantur. A domino quoque poſſeſſionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit, pręcipitur.

Sed certè ille tex. non probat communia, aut uillas teneri præcisè ad emẽdationem damni, ſed tantum inde contra communitates ex damno dato in terri-
4 torio ſuſpicionem oriri, ideoq; teneri † fideiubere de iudicio ſiſti, ut etiam innuit ibi gloſ. in uerbo Accipi, uel ad ſummum ea de re uicinos ob damnum
5 datum torqueri† poſſe Maſcard. d. concluſ. 473. nu. 4. poſt Calcan. conſ. 63. Vẽtura, & fratres, colum. 2. uerſ. Ad hoc accedat, & Tiraquell. ibi allegatſ. de-
6 clarando † tamen, ut ibi, nu. 5. uerſ. Limita, & intellige.

Atq; Clar. li. 5. recep. ſent. §. fi. quæſt. 82. in ult. Stat. in uerb. Statutum primũ circa damna data, nu. 1. uerſ. Quòd nul-
7 la teneatur, uoluit, de iure† cõmuni uillam tantum teneri ad emendationẽ dãni dati, quando qui damnum dedit non eſt ſoluendo, & uilla potuit illum prohibere, & non prohibuit, & ita tempe-
* rat * conſuetudinem allegatam ab Angel. in §. quoniam uerò, num. 3. Auth. ut nulli iudicum.

Quicquid ſit; ubiq; ferè uigent ad id ſtatuta, ut diximus, quo caſu qualiter
8 probetur † damnum, qualiter ſit imponenda collecta pro ſolutione condẽnationis, an quilibet teneatur in ſolidũ, an per ſolidum, & libram, an per capita, qa nõ eſt omnino huius loci, uideri poteſt Boſſ. in d. tit. de Damno dato, num. 5. uerſ. Vnum tamen, & Bartol. in d. l. ne quid, à nu. 3. ff. de Incend. ruin. & naufr. Salyce. in l. quæ fortuitis, nu. 9. uerſ. Secundo caſu principali, C. de pignor. act. & latiſſimè Proſper Farin. in tit. de Delictis, & pœnis quæſt. 24. Regula ſit in propoſita quæſtione, per totã, par. 1. Baiard. ad Clarum quæſt. 82. Statutum, 11. per totam, D. meus Præſ. Menoch. lib. 5. præſump. 31. Conuenit hoc loco, per totam, Cæpol conſ. crimin. 18. Statutũ eſt Vincentiæ per totum, Alex. conſ. 114. In cauſſa, & lite, lib. 4. per totum, quod cõſilium duplabatur cõſ. 47. lib. 6. Plot. ad l. ſi quando, C. unde ui. in uerbo Dãno dato, latè etiam Carpan. ad ſtatuta Mediol.

Digitized by Google

diol.cap.375.Si de cætero,parte 2. per
tot. Maſcar.de probat.concluſ.474. Dã-
num in dubio,per totã, Alba conſ. 285.
Motiua excitata,per totum, Sebaſ.Med.
de Caſibus fort. part.1.q.11. Boſſ.in ſua
praxi in tit.de Captura,numer.42.uerſ.
Quæro, ſtatuto cauetur, cum pluribus
ſequentibus, Pract. Papienſ. in form.
lib.in act. real.in gloſ. Non atttingens,
præcipue num.5.Abb.in cap. fin. num.
5.quod met.cauſſ.Spec. in tit. de Cenſi-
bus.§.2.numer.14.uerſ.Quid ſi damnũ
datum,& ibi late Io. Andr.uerſ. Et §.ſi
nauis,Bald.conſ.203.Præſuppoſito ſta-
tuto.nu. 1.uol.1. Aſin.in ſua praxi §.19.
cap.5.lim.9.nu.3.

Sed quod ad rem noſtrã proprius ac
cedit, rationem huius ſtatuti fundatam
9 eſſe ſuper†negligẽti ſcripſit Cępol.cõſ.
crimin.18.Statutum eſt Vincentiæ, nu.
21.verſ.Circa ſecũdũ dubium, poſt Bal.
in l.cum duobus. §.damna ff. pro ſocio,
& Alber.ĩ ſecũda parte ſtatutorũ, quęſ.
164.ibi allegatum,ubi dicitur ita fuiſſe
* Bononiæ * determinatum. Idem Cæ-
pol.loco cit.num.22.ad fin. uerſ. Secun
da ratio poteſt conſiderari,Dec.in l. cul
pa caret,nu.2.uerſ.Et de communitate,
ff.de reg.iur.Boſſ.in tit.de Captura,nu.
42.poſt Aretin.conſ.57.col.2.& Hippo
lyt.in l.1.§.præterea,uerſ.Et ideo dicũt
doctores ff.de quæſtion.qui ideo cũ Bar
tolo in l.1.§.occiſorum ff.ad Sillan.limi
tat dictum Statutum, quãdo adeſſet uis
10† maior in maleficio,uel fieret clam, &
furtiue, uel quando patraretur malefi-
11 cium iuxta†confinia, ibid. tradit etiam
Bald. Quãqua, quod ad id pertinet,qđ
obiter de cõfinibus diximus,ut uillę nõ
teneantur ex maleficio intra cõfinia cõ-
12 miſſo,contrarium†uoluit Clar.§.fin.lib.
5.quæſt.82.Statutũ primum circa dam
ra data,uerſ.Sed quid ſi damnũ datum,
* vbi de*communi, de quo Proſper Fa-
rin.in tit.de Delictis,& pęnis quęſt.24.
Regula ſit in propoſita quæſtione. nu.
199.uerſ.Amplia 1.par.1. Qđ ego falsũ
13 opinor,niſi† cõmunitates ſint ſub eodẽ
principe.Vide etiam ad hæc Carpan.ad
ſtat.Mediolani cap.375.Si de cętero,nu.
86. uerſ.Excuſat,par.2.ubi alios allegat.

Addit præterea in ditione Mediola-
nen.Decretum ideo eſſe, Boſſ. loco cit.
num.42.ut ad nos redeamus, ut eiuſmo
14 di ſtatutũ non procedat tempore† bel-
li, nec alio tempore, ubi de facto reſi-
ſti non poſſit,ut re uera eſt iu No. Cõ-
ſtit.in tit.de Pæn.cap. ſi quis fecerit ro-
bariam.§. Et quia. Carpan.ad ſtat. Me-
diol. cap. 375.Si de cætero, numer.85.
uerſ.Vbi infert, par.2.quod profecto,
15 & de iure communi † locum habet, ut
ſi damnum ab hoſtibus publicis, uel la
tronibus datum conſtet,tertium non ob
liget,Salyc.in.l.quæ fortuitis, numer. 9.
uerſ.Secundo caſu principali C. de pi-
gnor.action.Maſcar.de probat. concluſ.
893. Incendium præſumi, numer. 15.
uerſ.Sexto limitatur, qui ad hoc citat
tex. & ibi Salyc.in l. data opera C. de
his,qui accuſare non poſſ. Nec enim de
16 bet poſſe obligari† communitas ad im-
poſſibile l. impoſſibilium. ff. de regul.
iur.& in terminis noſtris, damni ſcili-
cet dati Luch.de Curt.ĩter cõſil.crimin.
conſ.62.nu.22.lib.1.Bertazz. cõſ.crim.
481.Sententia lata ad fauorem,num.11.
uerſ.Alioqui cenſeatur ſtatutum, uol.
2.ſic etiã uoluit Alber.in rub.ff. de Dã.
inf.num.14.uerſ.Quod uilla non tenea
tur,per tex.in.l.fluminum.§.quanquam
ff.de damn.infect.& ſi obligetur,non te
17 neri in † foro conſcientię, poſt Bero. in
cap.dilecti filij,nu.77.de arbit.& Mẽch.
controuerſ. illuſtr. capit.28. numer. 19.
ibi allegatos.ſcripſit Clarus lib.5.recep.
ſent.§.fin.q.62.nu.5.uerſ. Vnum autem
ſcias,quod dicit notandum,etiam, ſi ad
18 eſſet aliqua culpa,modo† leuiſſima, lo-
cis cit.Innoc.in cap.ſicut dignum,de ho
micid.Iaſ.in §.ſed iſtæ, nume.130.uerſ.
In materia noxa,Inſtit.de action. Dec.in
cap,quoniam cõtra,num.31.de probat.
Roman.ſing.104.Fel.in cap.audiuimus,
nu.2. uerſ.Quod intellige, de ſimonia,
Abb.in cap.dilecti filij,nu.12. de arbi-
tris,idem in cap.ſi culpa,nu.1.de iniur.
* & de * communi poſt Corſet.in ſing.in
uerbo Forum cõſcientiæ tradit Couarr.
qui plures allegat ĩ tit. de Matrimonio,
par.2.cap.6.§.8.His omnibus, num. 12.
uerſ.Quinto ex eadem opinione; ubi ta

men omnino uide, quia contrariam re cenſet opinionem, atque in illam omnino uidetur inclinare; Atq; declarat Feli. in cap. audiuimus, num. 2. uerſ. Cuius di ctum limita, de ſimon. eundem in cap. ſicut dignum, de homicid.

Hinc benè dixit Roman. conſ. 7. Viſis neceſſarijs, numer. 5. uerſ. Ex quo, ut dixi, quod eiuſmodi damnum reficien-
19 dum non eſt, ſi fiat de † nocte quia delictum eo tempore fuerit commiſſum, quo licuit ignorare, idem uoluit Alex. ad Bartol. in l. nequid. numer. 2. ſub litera D, uerſ. Quæro, & reuoco ff. de incend. ruin. & naufr. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, numer. 10. uerſ. Et iuxta prædicta, C. de Epiſcop. & Cleric. Barbat. conſ. 66. numer. 5. inter conſ. Calcanei, Marſil. in tract. de Bannitis in uerbo Villa, nu. 16. & numer. 23. Bertaz. conſ. 45. Magnifica communitas, num. 13. uerſ. Vltimò, & hoc, lib. 1. Maſcard. concluſ. 1413. numer. 21. D. meus Præſ. Menoc. lib. 5. præſumpt. 31. nu. 26. uerſ. Declaratur quartò, Oſaſch. deciſ. 88. Viſis quibuſdam, numer. 11. uerſ. Accedit, quod etſi, Idem deciſ. 138. Anno 1519. numer. 24. uerſ. Ignorans. n. & præcipuè, numer. 25. plures citat Farin. quęſt. 24. numer. 208. uerſ. Sublimita 2. par. 1. plures adducit Guid. Pancirol. conſ. 49. Giachellinus, numer. 1. lib. 1. & licet non de fuerint, qui uoluerint ſtatutum eiuſmodi comprehendere etiam damna, & ma
20 leficia commiſſa † nocturno tempore, is fuit Bald. conſ. 103. Præſuppoſito ſtatuto, in princ. vol. 1. Grammat. in conſ. criminali 22. Calcan. conſ. 39. & conſ. 63. Aretin. de Maleficijs in uerbo Ad denunciationem, numer. 8. plures tamē
21 contrarium † ſuſtinuerunt, ut ſcilicet ſtatuta eiuſmodi non comprehēdat maleficia facta de nocte, ut teſtaē Guid. Pancirol. conſ. 49. Giachellinus, nu. 9. uerſ. Sed quoniam lib. 1. modo debitā impē-
22 dant † diligentiam, ut male factorem cō prehendant, Fran. Marc. deciſ. 765. Quæritur, ſi iſti ſyndici, nu. 5. par. 2. Cuman. conſ. 151. In cauſſa uertente per totum, Afflict. in commentar. ad conſtitut. Neapol. Rubr. ſuper inciſionibus, nu. 31. Alber. in 1. part. ſtat. quæſt. 83. Item uero ſi conſules, latè Mandoſ. ad Roman. d. cōſ. 7. nu. 5. ſub litera B, in uerbo Ignorare, latè etiam Plot. in repert. ad. l. ſi quando C. unde vi, in uerbo Damno dato, uel de licto cōmiſſo uerſ. Quarto ſtatutum nō procedit, qui allegat Dec. cōſ. 64. Luchinus de Curte inter conſilia criminalia conſ. 62. Cōtingit caſſinam, nu. 15. uerſ. Quinimo diligentiam, lib. 1. Aretin. cōſ. 57. Diligenter, & copioſiſſimè, ante numerum 1. uerſ. illud debet intelligi. Bar. Bald. Ang. & alij in l. 1. §. occiſorum. ff. ad Sillan. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 375. Si de cætero, nu. 85. uerſ. Maximè, ſi fiat noctis tēpore. Angel. in l. ſi ſerui veſtri per illum tex. C. de noxal. Burſat. conſ. 59. num. 39. uol. 1. Oſaſch. deciſ. 138. Anno 1519. nu. 25. uerſ. Quod maximè locum habet, & uerſ. Hinc diximus, quod ſtatutum.

23 Quinimo in dubio ad † abſoluēdā cōmunitatem, delictum, ſeu dānum noctis tēpore commiſſum fuiſſe ſcripſit Plot. ad d. l. ſi quādo C. unde ui, i uerbo Damno dato, uel delicto cōmiſſo, uerſ. Et in dubio præſumitur, qui ad hoc allegat Alex. conſ. 47. lib. 6.

Niſi forte hoc expreſſe per ſtatutum
24 caueretur, ut ſ. teneretur † etiam pro damnis de nocte datis, in quibus terminis conſuluit Rochus de Curte inter co ſilia Calcanei conſ. 64. Chriſti, nu. 4. & Horat. Mandoſ. ad Roman. conſ. 7. ſub litera B, in uerbo Ignorare. Vel etiam per
25 verba † ęquipollētia, de quibus Oſaſch. deciſ. 88. Viſis quibuſdam, num. 33. uerſ. Vel poteſt reſponderi, Farinac. in tit. de Delictis, & Pœnis, quęſt. 24. num. 209. uerſ. Limita hanc, par. 1. Guid. Pancirol. conſ. 49. Giachellinus, & Antonius, nu. 9. uerſ. Sed quoniam lib. 1.

Sed Boſſius in d. tit. de captura, num. 42. uerſ. Vnde dubitatur, non immerito
26 † dubitat de ualiditate eiuſmodi ſtatuti.
27 Ego uero omiſſa diſtinctione † Barba. conſ. 17. col. 4. uerſ. Etſi quiſpiam opponat, lib. 2. de qua Mandoſ. ad Roman. d.
28 conſ. 7. in uerb. Ignorare, ſic † diſtinguerem. Aut ſumus in ſimplici caſu ſtatuti in omne æuum prouidentis, nec ualeat eiuſmo-

eiuſmodi ſtatutum, tanquam ad impoſ
ſibilia quodam obligans pacto. Aut ſu-
mus,ſeu in ſtatuto,ſeu in proclamate ad
tempus,ſeu ad determinatam anni præ-
cipiens partem vigilias, cuſtodiamque
ſub pœna damni reficiendi, & valeat.
29 Sed certè,ſi ea eſſet†ratio,cur commu
nitates teneâtur damnum emendare,de
qua Bart.in l.dominus horreorum. ff.lo-
cati,in l.ſi ita §.fin.ff.de fund.inſtruct.&
in l.2.ff.de vi publ.Socin.Sen.conſ.54.n.
12.lib.3. Tiraquel.de Pœn.cauſ.23. nu.
11.Plot.in l.ſi quando, nu.887. C.vnde
vi,de quibus D.meus Præſ.Menoch. de
præſump.lib.5.præſumpt.31.Conuenit
hoc loco,num.18.verſ.Decimatertia eſt
coniectura,Cæpol.conſ.crimi.18. Statu
tum eſt Vincentiæ,nu.23.verſ.Tertia ra-
tio eſt,remiſſiuè etiam Pariſ.con.158.Si
ius commune,nu.8.verſ. Et etiam quia,
vol.4.Franciſ.Brunus in tit. de Indicijs,
& tortura. par.1.q.5.nu.1.verſ. Nam li-
30 cet præſumptio,quia ſcilicet damnū† à
vicinis, atq; adeò ab ipſa communitate
datum cenſeatur, Maſcar. etiam de pro-
bat.concluſ.473.Damnum in dubio,nu.
3.verſ.Sic etiam, Bald.in l.1.nu.7. C.lo-
cati;tunc profectò nulla eſſet conſtituē-
da differētia inter damnum datum diur
31 no tempore,aut †nocturno.

Quo caſu, nec haberet locum diſtin-
ctio Gramma.deciſ.47.In cauſſa vniuer
ſitatis,num.6.verſ.Quod concedendum
non eſt,dum voluit ſtante ſtatuto, vt cō
32 munitas teneatur ad † duplum reſpe-
ctu damni dati, illud ſibi locum vendi-
cet ſtatutum, quoties communitas fuit
in culpa commiſſiua, ſecus, ſi in omiſſi-
ua,puta, quia delictum fuerit clandeſti-
num, quale eſt damnum datum † no-
33 cturno tempore, quia ad emēdationem
ſimpli tantùm tenebitur communitas.
Non haberet inquam locum, ſi vera eſ-
ſet hæc poſtrema ratio, ſiquidem com-
34 munitati ſemper culpa in † committen
do poſſet obijci. Sed de hoc aliquid in
ſequenti cap.

Illud tamen ſine difficultate omnino
procedit,vt ſtante eiuſmodi ſtatuto com
munitates ad emendationem damni da
ti obligāte,niſi malefactorem ceperint,
vel aliter damnum prohibuerint, cōmu
nitas abſoluatur, ſi maleficium fuit no-
cturno cōmiſſum tempore,& rector,ſeu
35 poteſtas,clauſis portis, claues † apud ſe
obſeruabat,ita quòd illi de villa non po
tuerunt exire, & malefactorem capere,
vel aliter maleficium cohibere, Bar.in l.
3.§. ſ..buenitur. ff.ad Syllan. Carpan.ad
ſtatuta Mediolani,cap.375. Si de cæte-
ro,num.92.verſ.Statutum ſi imponeret,
* part. 2. & ita *doctores tenere ſcripſit
Clar.lib.5.recept.ſent.§.fi.quæſt.29.Sæ-
pe numero contingit,num.9.verſ. E cō-
uerſo etiam, Auguſt.de Arimin.ad Ang.
de Malef. in verbo Qui iudex dictū Ca-
ium, poſt nu.12. ea ratione, quia factū,
36 & impedimentum † ſuperioris non po-
teſt communitati imputari, quod dictū
in terminis generalib. ſatis vulgatū eſt.

DE IVRAMENTO in litem. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem non habet locum reſpectu damni nocturno tēpore dati ex Plot.*
2 *Iuramentum in litem locum non habet, niſi de duobus conſtet.*
3 *Iuramentum in litem etiam nocturno tempore locum habere videtur ex Plot. ſi conſtet de lumine.*
4 *Luna ēt īplenilunio, lugubres habet radios.*
5 *Teſtes in plenilunio, licet in criminalibus non probent plenè de viſis nocturno tempore. probant tamen in ciuilibus.*
Alijs præcipuè concurrentibus, nu. 6.
7 *Iuramentum in litem quandam includit criminalitatem.*
8 *Iuramentum in litē non admittitur in criminalibus, niſi, quando agitur ciuiliter.*
Non tamen ideo admittitur reſpectu nocturni damni, num. 9.
10 *Iuramentum ſuppletorium non conceditur ad conuincendum aliquem criminoſum.*
11 *Iuramentum in litem non datur aduerſus communitatem reſpectu nocturni dāni.*
12 *Iuramentum in litem non datur cōtra tertium, qui ex vi ſtatuti pro alio obligetur.*
13 *Iuramentum in litem dicitur probatio priuilegiata.*

14 *Probationes priuilegiatæ non admittuntur contra tertium.*

15 *Iuramentum in litem datur contra tertiū ex Bero.*

16 *Villa dicitur dediſſe damnum præſumptiuè, non autem uerè.*

17 *Iuramētum in litem requirit dolum uerū.*

18 *Iuramentum in litem Mediolani datur ēt contra nullam.*

ARGVMENTVM.

¶ Iuramentum in litem, nullum pleno iure ſibi uendicare locum de nocturnis damnis, tota etiā ſplendeſcente luna, nec in odium ipſius malefici, nec in pœnam negligentis communitatis.

IVramentum in litem, quod ad ſuſceptā prouinciam pertinet, ſtāte ſtatuto, vt credatur iuramento damnum paſſi, an habeat locū,
1 ſi damnum † nocturno tempore fuerit datum, negat abſolutè Plot. in l. ſi quando, nu. 840. verſ. Quadrageſimo, limita omnia C. vnde vi, ea ductus ratione, quia ad hoc, vt habeat lo
2 cum iuramentum in litem, de † duobus debeat conſtare, & de quidditate delicti, & de eo, qui deliquit, ita vt nihil ſuperſit aliud, niſi iurare ſuper quantitate. Nocturno autem tempore, inquit ipſe, ſi teſtes non admittuntur abſq; lumine dicentes ſe Titium delinquentem cognouiſſe, ergo multò minus damnū paſſus, qui & maiori laborat morbo, cum hoc caſu iudex fit in cauſa propria, in eaq; teſtis dicatur, Gallin. in ſuo trac. de verb. ſignific. lib. 8. cap. 7. num. 21. Carpan. ad Stat. Mediolani cap. 375. Si de cætero, num. 156. in verbo Credatur damnum paſſo, vol. 2.

Videtur autem à contrario ſenſu in-
3 nuere Plot. quòd, ſi adſit lunæ † lumen poſſit iurari in litem etiā nocturno tempore per damnum paſſum, quæ omnia ab ijs pendent, quæ inferius dicemus in cap. de Viſu. Interim neq; hoc uerum uidetur, nec etiam in ipſo plenilunio, cum
4 adhuc luna habeat † lugubres radios, qui ſemper perfectam, atq; abſolutam delinquentis cognitionem impediunt. Et licet ea ſit diſtinctio, quòd id verum dum eſt in criminalibus, in ciuilibus tamen
5 omnis exceptio reiicitur, omne † obducitur uulnus, Roland. à Valle conſ. 3. nu. 43. verſ. Sicut, nec etiam, vol. 3. Viuius communi opi. 950. Teſtis deponens de nocte, nu. 9. verſ. Nam aſſerebam, Boſſ. in in praxi in tit. de Indiciis, nu. 173. verſ. Sed parcant mihi, Farin. de oppoſit. contra perſon. teſtium, quæſt. 62. in 2. limit. principal. nume. 40. verſ. Amplia ſecundò, Maſcard. de proba. concluſ. 1114. Noctis tempore, num. 5. uerſ. Huic tamen
6 communi. Maximeq; ſi † alia concurrerent, perfectam, & inuulnerabilem dānum nocturno tempore inferentis cognitionem inducentia, puta, maxima familiaritas, uox damnum inferentis, paries albus, nix, & huiuſmodi, Plot. in d. l. ſi quando, num. 844. uerſ. Fallit 3. C. unde ui.

Et ipſum iuramentum in litem, quia
7 ſapit pœnam, ſatis dicitur eſſe quid † criminale, ſeu quandam includens criminalitatem, ut ſcripſit Alba conſ. 285. Motiua excitata, nu. 5. uerſ. Cæterùm, quod obiicitur, ubi id confirmat, non ſolùm reſpectu inſtantię, & aliorum, ſed etiam reſpectu effectus.

Quòd, ſi etiam illam teneamus opinionem, quæ cōmunis eſt, quòd licet iuramentum in litem, quod præſtatur in criminalibus, eo admittatur caſu, quo
8 agitur † ciuiliter, quia iudicium uidetur ciuile, ut poſt plures ibi allegatos de* cōmuni teſtatur Plot. ad l. ſi quando, à nu. 686. uerſ. Quinquageſimò amplia, quod pluribus de more poſſem cōprobare, ſi illud uſui futurum uiderem; attamē ad-
9 huc dico † nocturno tempore non admiſſum iri iuramentum in litem, tum quia adhuc dicatur quodam pacto iudicium criminale, ut diximus, tunc quòd nos nō differamus de probatione quātitatis damni dati, quæ, cùm ſit permanens, poteſt etiam diurno tempore conſiderari

per

Digitized by Google

per damnum paſſum, licet noctu fuerit damnum datum;Sed manifeſte hoc caſu ageretur de conuincendo malefacto-
10 re & criminoſo,quo caſu†non defertur, aut ſtatur alicui iuramento ſuppletorio,etiam ſi de eo aliquis, ſingularis tamen,deponat teſtis, Roman.& Iaſ.in l.
* fin.ff.de in lit.iurand.de * cõmuni Plot. in l.ſi quando,num.686.uerſ.Quinquageſimo amplia,in uerbo,Et hęc eſt communis opinio,C. vnde ui. Dum autem diſputamus nos de iuramento in litem reſpectu nocturni temporis, nõ diſputamus de cõprobanda quãtitate damni dati,ſed de conuincendo nocturno malefactore, & de conſtituendo apud Iudicem certo reo,qui damnum nocturno intulerit tempore.Vide Proſp. Farin.in tit.de Delictis, & pœn.quæſt.24. numer.217. uerſic. Amplia primo hanc quartam ſublimitationem.

Sed neque iurari poterit in litem ad
11 uerſus communitatem reſpectu†nocturni damni; ea enim eſt indubitata iuris regula,quod ſtante ſtatuto, ut credatur iuramento damnum paſſi,id ſibi locum uindicat, ſi agatur aduerſus eũm, qui
12 damnum dedit, non autem ſi, † tertius quiſpiam ea de re conueniatur; quare, dum ex ui ſtatuti dominus tenetur, pro famulo,pater pro filio,villa pro damno dato in territorio , nec contra dominum,nec contra patrem,nec contra nullam iurari poterit in litem, Crauet. cõſ. 196. Et ſi abundè, num. 8. uerſ. Non omitto in hac materia,Bart.in l.nequid ff.de Incend.ruin.& naufr. Idem in l.1. ff.furt.aduerſ.naut.Idem in l.1.ff.arbor.
* furt.cæſarum,& hoc eſſe*regulare ſcripſit Corn. conſ.123. Viſo proceſſu, numer.3.uerſ. Primo, quia eorum intentio,uol.1.Hipp.Marſil.ſing.338. Extant ſtatuta,Dec.conſ.83.In cauſſa accuſationis,numer.3.uerſ.Secundo ex aliò prin
* cipali capite,de*communi Dec.qui di-
13 xit hanc eſſe probationem † priuilegiatam , & probationes priuilegiatas
14 non admitti contra† tertium, Dec. inquam conſ.410.In cauſſa mota Mediolani,numer.13. verſ. Quarto principaliter reſpondetur,Benintend.deciſ. 16. Iudicatum fuit, nu.5.uerſ. Non obſtat ſtatutũ,Maſcard.cõclu.471.numer. 21. 832.numer. 5.& 934. nu. 17. & 19.Anchar.Iun.q.61.nu.1.par.1.de communi etiam Farin.de Delictis,& pœn. q. 24. nu.216. uerſ. Quia tamen iſto caſu Abb.in cap. fi.uerſ.Et hæc faciunt ad quæſtionem,quod met.ca.Iaſ.Dec.Ang. & alij, tum in l. in actionib.ff. de in lit. Iurand.tum in auth.ſi quis in aliquo C. de edend.Plot.in l.ſi quando num. 768. uerſ. Quarto limita C. unde vi , Pariſ. conſ.158.Si ius cõmune , num.28.uol. 4.de communi etiam Clar.lib.5.recept. ſent. §. fi. quæſt. 82. in ultimo ſtatuto, uerſ. Statutum primum, num. 2. uerſ. Quæro nunquid, Bonacoſſ.in ſuis quæſ. crimin.in uerbo, De damno dato , uerſ. Stante ſtatuto, & in uerbo Villa,uerſ. Si dicit ſtatutum , Carpanus ad Statut. Mediolani,cap.375.Si de cætero, num. 160.uerſ.Verum,quod non ſtetur, par. 2. & latius cap. 371.Statuitur,num. 26. uerſ.Niſi hoc ſtatutum,ead.par.q.quic
15 quid uoluerit†contrarium ſentiens , &
* dicens forte id eſſe*commune Bero.cõſil.213.nu.18. & conſil. ſequenti. num. 7.uol.3.

Et licet in ſuperiore cap. inter alias rationes , ex quibus tenetur uilla de dãno dato, eam in medium attulerimus multis comprobatam doctorum authoritatibus,quia ſcilicet,dũ ignoratur malefactor,uicini ipſi,uillaq; cenſetur dã-
16 num dediſſe,attamen illud uerum eſt † præſumptiuè,nõ autem uere;ad hoc autem,ut habeat locum iuramentum in litem,requiritur omnino dolus uerus,nõ
17 autem ſufficit dolus† præſumptus,ſic in indiuiduo nocturni dãni,quod nõ poſſit ex eo aduerſus cõmunitatem in litẽ iurari ſcripſit Iaſ. in l.ſi quando,nu. 41. uerſ.Idem dico C.unde ui.

Mediolani tamẽ aliud eſt,ſic.n.diſponentibus iuribus municipalibus,etiam
18 aduerſus†uillam conceditur iuramentũ in litem per damnum paſſum , & ualet ſtatutum,Carpan.utrobiq. locis citatis, ſcilicet,& in dicto. cap. 375. num.160. & in allegato capitulo 371. Statuitur, num.26.par.2.

DE HOMICIDIO Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium nocturnum eſt impunibile, ēt ſi occidatur aggrediēs titulo furti. Etiam ſi ſimus in dubio, num. 2.*

Standumq; ideo eſt interficienti, eiusq; dicto, num. 3.

4 *Homicidium nocturnum eſt impunibile ēt ad ſolam tutelam domeſticorum.*

5 *Clericis licet nocturnū aggreſſorē occidere.*

6 *Feneſtra offendiculū apponens ad fures cōcludendos, nō eſt reus homicidij, quod inde ſequatur.*

7 *Alex. conſ. 149. num. 6 uol. 2. reprehenditur in ordine ad rationem.*

8 *Offendiculi ad feneſtrā, & oſtium appoſiti differentia in ordine ad homicidium inde ſecutum.*

9 *Offendiculū feneſtrę appoſitū, quo caſu in diſtincte non obliget apponentem.*

10 *Fur nocturnus non poteſt interdum occidi attenta aquitate iuris Canonici.*

In dubio tamē impunè occidi poteſt ratione dubia cadis, num. 11.

12 *Homicidiū nocturnum in dubio adſcribitur uicinis illis, quos penes repertum fuerit cadauer.*

13 *Mendacium eſt magis punibile in ordine ad homicidium nocturnum.*

14 *Adulterum nobilem nocturno occidens tēpore mitius punitur.*

15 *Homicidium nocturnum eſt difficilis probationis.*

16 *Homicidia, & alia ſcelera, ſapius nocturno tempore committuntur.*

17 *Homicidis nocturni plura remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Miſcellanea quędam, de homicidio nocturno tēpore perpetrato.

LORVM, quæ nunc dictu ri ſumus, pleraque licet legi poſſint in hoc uolumine varijs diſperſa locis, non tamen omnia, nec ſine cum maximo labore; nec opera ergo, nec oleum erit perditum, ſi perfunctoriè aliquid hoc capite obſeruemus de Homicidio.

Homicidium ergo licet, regulariter ſit prohibitum, talioniſq; ſubiaceat pęnis: multis tamen ex cauſſis, uel nullo condemnatur pacto, uel leuiori ſubijcitur uoto.

Ergo nocturno tempore, quemlibet aggredientem, etiam titulo furti, oc-
1 cidere licet † impunē, ſiue is ad furti tantum properet delictum, declarando, ut declarauimus in tit. de Fure; ſiue ēt
2 ſimus in † dubio, an potius ad occidendum accurat, quam ad furtum committendum, tex. in cap. ſi perfodiens de homicid. Petr. Gregor. Tholoſ. part. 3. ſyntag. Iur. uniuerſ. lib. 37. cap. 14. Alię ſunt periſtaſes, num. 10. uerſ. Alia obſeruanda, Iaſ. inſt. de action. in princ. num. 69. uerſ. Vos dicite, Alex. conſ. 140. Videtur in caſu, nu. 7. verſ. Aut ſe telo, uol. 2. Alexan. de Neuo inter cōſilia crim. Ziletti, uol. 1. cōſ. 87. Vidi proceſſum, nu. 1. uerſ. Et Iacopinus, nu. 2. uerſ. Nec obſtat, & nu. 9. uerſ. Vnde, etiam ſi ex uulnere.
3 Et quod magis eſt, ſtandum eſſe † interficienti furem nocturnum, ſi dixerit, quod aliter ſe, ſuaq; defendere nō poterat, ſcripſit Ang. de Malef. in uerbo Cōparēt dicti inquiſiti, num. 17. uerſ. Quid ſi interficiens, poſt Bart. in l. Mulierem, §. 1. ff. de ſicar. & Flo. in l. Itaq; ff. ad l. Aquil. ubi late Aug. Arimin. addit.

Atq; non ſolum pro tutela propria,
4 ſed omnium etiam † domeſticorum, & famulorū, licet nocturnum aggreſſorē, etiam titulo furti, occidere, Alex. d. cōſ. 140. nu. 7. uerſ. Ideo quēadmodū, uol. 2.

Nec laicis ſolum id licet, uerum etiā
5 † clericis, Alex. loco citato, num. 8. uerſ. Et ſic quando apparebat Licet enim, ubi de ſola rerum agitur iactura, non poſſit clericus arma ſumere ad occidendum ſed tantùm ad proprias facultates tuendas, ut uoluit Abbas in cap. ſuſcepimus, nu. 1. uerſ. Nota tertium caſum, de homicidio, iuncto dicto Decij in cap. ſignificaſti, nume. 22. uerſ. Vbi dicitur, de officio delegat. ubi tamen agitur, de neceſſaria ꝓpriæ ſalutis tutela, de qua pręcipue

cipuè agitur tempore nocturno,non ſo-
lùm licita eſt armorum delatio , verû et
homicidiû,quod eo caſu neceſſaria nun
cupatur defenſio,ſine peccato,& irregu
laritate,Roland.à Vall.conſi.3.Quod no
bilibus,num.1.& 2.vol.2.Hipp.Marſi.in
l.1.num.29.ff.ad l.Cornel.de Sicar.Bart.
Bertaz.conſi.crimin.135.Dubia ſubtili-
ter,num.25.verſic.Sed nec etiam,libr.1.
nec repugnat Alex.d.conſi.140.Videtur
in caſu propoſito,num.8.uerſ.Ex prædi-
ctis etiam,lib.2.Sed omnino uideas,quę
dixerimus in cap.de Fure,vbi latè dixi-
mus de clerico occidente nocturnum fu
rem,quibus addas latè plures allegantē,
* & de * communi atteſtantem Margari-
tam ad Felinum in uerbo Clerici , uel
laici.

Amplius,ſi etiā ſolo furti titulo, quis
6 ad furtum accedat,& ad feneſtram† of-
fendiculo decipiatur, & præcipitet in-
de,homicidii reus non erit, nec aliqua
plectetur pœna, qui tetenderit offendi-
culum,Alex.d.conſi.140. Videtur in ca-
ſu propoſito,num.6.verſ.Sic in propoſi-
to noſtro,vol.2.ſed parum dicti ſui con-
7 cludentem rationem affert† Alex.parcat
uir tantus,dicit.n.id eſſe , quoniam non
tendebat id ad ſpeciem delicti, quæ in-
de ſecuta eſt,ſcilicet ad præceps homi-
cidium,cum eſſet inſtrumentum ad ca-
piendum.Sed certè ego maximam con-
ſtituerem differentiam,attenta tamen ra
8 tione Alex.inter† offendiculum ad fene
ſtram,& ad oſtium,vel aliquid tacitam
humi conſiſtens,ut offendiculum ad fe-
neſtram obliget ad pænam extraordina
riam iudici arbitrariam,ſi quis inde præ
cipitet, quia nec ſit inſtrumentum re-
ſpectu ſitus aptum ad capiendum pror
ſus,nec tamen vigeat apertus occiden-
di animus,niſi fortè eſſemus ruri,uel ali
bi, uel etiam res ageretur apud fene-
ſtram debilioris in ordine ad potentio-
rem, ubi eiuſmodi offendiculum etiam
ad necem dici poſſit neceſſaria,& incul
pata tutela.Offendiculum uerò ad oſtiū
ſi ſit,uel offendiculum in uim ſit foueæ,
uel in uim funiculi , tranſeat opinio
Alex. quoniam eſt inſtrumentum ap-
tum ad capiendum.

Cæterum ubi impetus,uel cuiuslibet
9 †aggreſſionis imminet periculum,pro
ponaturq́;offendiculum, unde præcipi-
tent aggredientes,ſum ego cum Alexā-
dro, ut nulla offerenti periculum impo
natur pœna,non ea ratione, quia ſit in-
ſtrumentum ad capiendum aptum, ſed
quia ſanguinis impendet ruina, quem
redimere quolibet liceat pacto l. tranſi-
gere C.de tranſact.

Fallunt, quæ diximus de occidendo
10 fure attenta æquitate iuris † canonici,
quia, ſi fur cognitus fuerit, nec ſe telo
defenderit, furtum patiens debet prius
pallium dimittere, quam occidat,Ang.
in l.ſi ut allegas in fin. uerſ. Et prædicta
procedunt C.de ſiccarijs,idem in l.quo
niam multa facinora,nume. 4. uerſ. Ad
unum tamen aduerte C. ad l. Iuliam de
ui publica,Alex.qui non meminit Ange
li,in d.conſ.140.Videtur in caſu, uol.2.
eſt tex.in capit.ſuſcepimus de homici-
* dio, de * communi Margarita ad Felin.
in uerbo Clerici, uel Laici . Vide etiam
omnino Auguſt. de Arimin. ad Angel.
de Maleſ.in uerbo Comparent dicti in-
quiſiti , nu.18.uerſ. Et an prædicta ha-
beant locum.

11 Si tamen ſit dubium , an† cædis po-
tius, quam furti cauſſa acceſſerit , pote-
rit impunè occidi,Alex.loco cit. & nos
diximus ſuperius in c.de Fure,ubi uide.

Aliud de homicidio nocturno ſcribit
Iaſ.in l.ſi quando, nu. 40.uerſ. Et ad hoc
comprobandum C.unde vi,dum uoluit,
ſi reperiatur aliquis occiſus de nocte,
eam ſtatim oriri aduerſus uicinos præ-
12 ſumptionē,ut† uicini illū interfecerint,
iſq; præcipue uicinus, apud cuius oſtiū
repertum fuerit cadauer,quod notandū
* eſſe* ſingulariter ſcripſit Iaſ.loco cit.ſed
de hoc latius in ca.de uicinis.

Rurſum,ſi in ordine ad homicidium,
uel quodlibet aliud delictū adſit aliquis
13 †ſuſpectus,ſcripſit Caſon. eum interro-
gandum à iudice , ubi illa nocte fuerit ,
cum quo pranſus fuerit,cœnatus fuerit,
& ſi mendax reperiatur,aduerſus eū ma
ximam oriri præſumptionem,Caſon.de
Indiciis, & tormentis tract.3.cap.1. Vbi
fuerit videlicet,num.3.uerſ.Item ſecuto

Digitized by Google

aliquo delicto per Bar.in l.fi.ff.de quæſt.
Iterum,maritus occidens adulterum
nobilem,licet non ſit ex omni parte im-
14 munis,ſi tamen eundem†nocturno oc-
ciderit tempore,adhuc mitius punietur
l.Gracchus, & ibi doctores C. ad l.Iul.
de adult.Salyc.in l. non minorem, nu.3.
verſ.Opponitur, quod non C.de tranſ.
ſbid.Bald.nu.1. Fel.in c.conſuluit,nu 21.
uerſi.Contra iſta uidetur, de offi. & po-
teſt.iud.deleg.
Homicidium autẽ de nocte commiſ-
15 ſum eſſe†difficilis probationis,ita vt vix
probari poſſit,ſcripſit Dec.conſ.429. Li
cet in cauſſis,num.15.uerſ. Secundo præ
mittendum eſt,poſt Cuman. ibi allega-
tum in l.ſi cum exceptione §.in hac.ff. ꝗ
met.ca.adde Ang.in eod.§.in hac, idem
uoluit D.meus Præſ. Menoch.de præſũ.
lib.5.præſump.36.Contingit ſæpiſſimè
16 ambob.num. 1.& 2.ea ratione,quia†ſæ
piſſimè homicidia, & eiuſmodi ſcelera
nocturno tempore committantur. Sed
17 de hoc†latius in cap.de Teſte,de Proba
tionibus,de Viſu,& de Auditu.

DE SPONSIS Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 Sponſi qui dicantur.
2 Sponſi,cum benedictionem acceperint, debẽt eadem nocte in uirginitate permanere.
3 De conſilio tamen, non autem de præcepto, num. 3.
4 Sponſus prima nocte debet ſe prudentem ſponſa,non autem ſimplicẽ oſtendere,& quare.

ARGVMENTVM.

¶ Sponſi priore nocte quales ſe prę
bere debeant.

SPonſorũ appellatione,
non ſolum eos uenire,
iter quos breui nuptiæ
1 †futuræ ſint,ſed etiam
eos,quorum nuptię re
cens fuerint celebra-
tæ,docet omnino com
munis vſus loquendi.Eos ego nunc ſpõ
ſos appello,quorum non futuræ ſint nu
ptiæ,ſed celebratæ,& recentes.Atque ꝙ
ad nocturnum tempus attinet, duo col-
legi ego,alterum ex canonib.ſacris,alte-
rum ex Sylua nuptiali correcta.
Extat itaq; canon in cap. Sponſus, &
ſponſa,diſtinct.23. in hęc uerba. Spon-
ſus,& ſponſa,cum benedictionem acce
perint,eadem nocte pro reuerentia ip-
2 ſius benedictionis in†uirginitate perma
neant. Declarando tamen,ut ibid. de-
clarat glo.in uerbo.In Virginitate,ut ſci
3 licet illud ſit de†conſilio,non autem de
præcepto.
Et Io.Neuiz.in ſua Sylua,lib.4.in uer-
bo.Eſt nubendum,num.79.uerſi.Et com
muniter,ſcripſit cauere omnino debere
4 ſponſum, qualem ſe† prima nocte ſuæ
ſponſæ ſignificet,an ſimplicem,& bonũ
hominem,an callidum,& prudentem ui
rum,talem.n.ſępius conſueuit mulier vi
rum habere in poſterum,qualem prima
ſibi nocte perſuaſerit.

DE MARITO Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 Maritus de nocte debet commorari cum uxore.
2 Maritus quid à ſponſo differat.

ARGVMENTVM.

¶ Maritum nocturno tempore cum
propria uxore commorari debe-
re,etiam ſi legati lex aliud perſua
deret.

SCæuola lib.4. reſponſorum,
de quo in l.Męuia nepotem
§.vxore ff.de annuis legatis,
ita aliqñ reſpõdit.Vxore hæ
rede ſcripta, ita cauit: Li-
bertis meis omnibus alimentorũ nomi-
ne ſingulis annis denarios duodecim ab
hærede dari uolo,ſi ab uxore mea nõ re
ceſſerint.Quæro,cum paterfamilias ſua
uolun-

voluntate de ciuitate difficile profectus
ſit, ea autem aſſiduè proficiſcatur, an li-
berti cum ea proficiſci debeant. Reſpō
di non poſſe abſolute reſponderi, cum
multa oriri poſſint, quæ pro bono ſint
æſtimanda, ideoque huiuſmodi uarietas
uiri boni arbitrio dirimenda eſt. Hęc Scę
uola. Ex quo uerborum contextu. Barto.
ibid. num. 2. uerſ. Doctores noſtri, dicit,
* quòd * Doctores noſtri concludunt,
quod legatum alicui, ut cum aliquo com
moretur, eam admittit interpretationē,
ut in die moretur cum quo debet uirtu-
1 te legati, de † nocte uero cum uxore ſua,
ut ei debitum reddat, arg. l. medicus l. cū
patronus in fin. & l. pen. in fin. ff. de op. li
bert.
2 Differt autem † maritus à ſponſo, quod
ſponſus, ut diximus in ſuperiori cap. uel
eſt ante celebratas nuptias, uel poſt eaſ-
dem recenter factas. Maritus uerò non
eſt ante nuptias celebratas, ſed poſt ip-
ſas, uel eæ ſint recentes, vel antiquiores.

D E V X O R E
Cap. XXXV.

S V M M A R I V M.

1 *Vir, & uxor, dicuntur ſocij.*
2 *Vir regens, &*
Vxore obſequens.
3 *Vir, & uxor, non ſunt ſocij in ordine ad lucra.*
4 *Vir, & uxor poſſunt eſſe ſocij in ordine ad quæſtus.*
Non ſolùm ſocij particulares, ſed etiam uniuerſales, nu. 5.
6 *Coniuges lucra communicant. ſi ſocietatem coiuerint.*
7 *Vxor tenetur erga uirum ad operas obſequiales, non autem ad fabriles, & artificiales.*
8 *Vxor non communicat uiro id, quod ex aliquo artificio quærit.*
Niſi ideo aliqua impendeat impenſa uiro, num. 9.
Vel ideo ſeruitia uiro ſubtrahantur, nu. 10.
11 *Vxor debet omnes operas diurnas viro.*
Contrarium ſenſit iterum Baldus, numero 12.
13 *Baldi cerebrum uoluebatur, ſicut auis in aere ex Caſtrenſe.*
14 *Caſtrenſis Baldi ſocius.*
15 *Vxor conſequitur omnes operas nocturnas, quia eas uiro non debet.*
Niſi aliud uelit operarum natura, uel rei neceſſitas, num. 16.

A R G V M E N T V M.

¶ Diurnæ uxoris operæ, earumue commodum, quando ad uirum pertineant. Nocturnas, an eadem uxor, & quando, ſuo debeat uiro.

I N T E R uirum, & u-
xorem adeſſe ſemper
1 humanā † ſocietatem,
& amicabilem quan
dam cōiunctione eſt
text. in l. aduerſus C.
de crimine expilatæ
hæred. gl. pen. in ca. quod Deo 33. quæſt.
5. Imola in. l. rei iudicatæ §. ſocero quoq;
num. 3. verſ. Item nota, quod tacita ſocie
tas. ff. ſol. matr. Couarr. in 4. decret. 2. par.
c. 1. §. vnico, Incipit, Ex hoc ſequitur ma
trimonium, ubi dicit, quod inſtitutum ēt
fuit matrimonium, ut eſſet prima huma
nę ſocietatis copula; quæ amicabilem
quandam coniunctionem, alterius qui-
2 dem † regentis, alterius uero obſequētis
complecteretur. Non tamen eam adeſſe
3 ſocietatem, cuius occaſione inducatur †
lucrorum cōmunicatio, niſi forte aliud
haberet conſuetudo, ſcripſit idem Cou.
loco cit. per tex. c. pen. de conſuet. Imol.
in d. l. rei iudicatæ §. ſocero quoq; nu. 3.
ff. ſol. matrim. Petrus de Vbald. in tract.
de Duobus fratribus, in 3. par. princ. nu.
38. quæſt. 4.
4 Poſſe tamen, & inter eos † ueram ſo-
cietatem contrahi in ordine ad quæſtus
ſcripſit Ant. de Prato inter conſilia Ale.
conſ. 133. Verè crudelis, nu. 3. verſi. Hoc
pulchrè, quaſi in terminis, lib. 4. Bald. in
l. ſi uxorem, nume. 6. verſic. Sed hoc non
placet C. de condit. inſert. Idem Bal. cōſ.
299. Dicunt Petrus, & Cyn. num. 4. verſi.
Vnde

Vnde interdum vxor,lib.1.Gerard.ſing.
99.Inter virum,& uxorem,Hieron. Ma-
gon.Florent.dec.65.Domina Eliſabeth,
num.1.& eſt tex.in l.rei iudicatæ §.ſi mu
lier ff.ſol.matrim.& tex.in l.alimenta.§.
fin.ff.de alim.& cib.leg.atque hanc, non
5 ſolùm † particularem vnius dumtaxat
negociationis, ſed etiam uniuerſalem.
l.alimenta §.fin.ff.de alimen. & cib.leg.
Gerard. ſing. pen.Inter uirum, & uxo-
rem.

Maxima eſt autem differentia utroq;
caſu,vbi.n.contracta eſt ſocietas,uel uni
uerſalis,uel particularis alicuius nego-
ciationis,lucra omnia inde quęſita inter
6 coniuges†communicantur. l. coiri cum
pluribus ſeqq.ff.pro ſocio,Gerard. ſing.
pen.Bald.conſil.299. Dicunt Petrus,&
Cyn.num.4.uerſ.Ego tamen puto,uol.1.
Sed quando adeſt ſola illa humana ſocie
tas, tunc, quoniam uxor licet teneatur
7 erga uirum ad operas†obſequiales,non
tamen tenetur ad operas fabriles, & arti
ficiales,Ant.de Prato d.conſ.133.num.3.
uerſ.Hoc pulchrè quaſi,Bal.dicto conſi.
299.Dicunt Petrus,& Cyn.num.4. uerſ.
Ego tamen puto.lib.1.per notata in l. ſi-
cut ff.de oper.libert.& l.ſcripturæ C. de
fide inſtrum.Idem Bald.in l.1.num.9.C.
de legat.Idem in l.ſi uxorē,n.6.uerſ.De-
nuò quæro,& nu.7.uerſ.Cæterū,ſi uxor,
C.de condit.inſert. Petrus de Vbald. in
tit.de Duobus fratribus,4.par.princ.nu.
17.uerſic.Octauò quęro.Ideo quicquid
8 acquiret uxor ex aliquo artificio,id† ui-
ro non communicabit, Ant.de Prato in-
ter conſ.Alex.d.conſ.133.per totum,prę
cipueq; num.3.uerſ.Nota,quòd mulier,
uol.4.Bald.in l.ſi uxorem,nu.6.uerſ.Sed
hoc non placet,C.de condit.inſert.Cot-
ta in ſuis Memoralibus in uerbo Societa
tem talem iniri,ad fin.

Fallit primò,ſi ex ijs artificialibus ope
9 ris aliqua impendeat † impenſa uiro, il-
lius.n.omnino erit habenda ratio, Ant.
de Prato d.conſi. 133.in fin.uerſ. Fateor
autem.

Fallit ſecundò,ratione temporis ſub-
10 tracti † ſeruitijs uiro debitis, Gerard.
ſing.pen.nu.4.uerſ.Vnde ſæpius,qui di-
* cit ita * ſæpius de facto reſponſum fuiſ-
ſe.Quo fit,ut reſpectu diurnarum opera
rum ſenſerit Bal.in l.1.C.de bon. quęlib.
11 ad fauorem uiri,ut eæ† omnes uiro de-
beantur, quem tamen Ant. de Prato. d.
conſ.133.num.6.uerſ. Et hoc probatur,
12 tāquā ſibi†contrariū in l.uxorē,nu.7.C.
de cond.inſert.reprehendit,notamq; il
li perpetuam inurit ſubdens,nec mirum
13 quia † cerebrum Baldi per Paulum Ca-
14 ſtrenſ.eiuſdem Baldi † ſocium continuò
uoluebatur ſicut auis in aere.

15 Quicquid ſit,operas†nocturnas totas
ſuccedere uxoris lucro,quia non dicatur
tempus uiro,eiuſue obſequiis ſubtractū
16 niſi ratio obſequiorum,uel de†ſui natu
ra,uel ex neceſſitate horas nocturnas de
ſideraret,ſcripſit Gerar.d.ſing.pen.ad fi.
num.5. uerſ. Eodem modo fuit reſpon-
ſum, qui dicit, ita de facto reſponſum
fuiſſe. Ant.de Prato ueteri, a contrario
ſenſu,dicto conſ.133.num.6.uerſ.Et hoc
probatur authoritate,lib.4.inter conſilia
Alex.in illis uerbis,Niſi quæratur ex ma
ritalibus obſequijs, ſicut ſunt omnia
diurna,in quibus tenetur operari uiro,
Bald.in rub.C.de oper.libert.nu.1.uerſ.
De nocte autem,per tex.in clemēt.2.De
ætate,& qualitate,& tex.in l. continuus
§.cum ita,uerſi.In noctibus,& l.nec au-
diendus ff.de uerb.oblig.

DE ADVLTERIO
Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Adulter nocturno tempore uagatur.*
2 *Adulteria clam, & occultè committi con-
ſueuerunt.*
Adulteria ſunt difficilis probationis.ibid.
3 *Lucem odit,qui malè agit.*
4 *Adulterium per coniecturas, & præſumptio-
nes probari poteſt.*
5 *Adulterium præſumitur, ſi mulier nocturno
tempore in ædes proprias alienos admittat.*
Etiamſi ſint clerici,nu.6.
*Violentior tamen erit adulterii præſumptio ſi
mulier inhoneſtiores nocturno admittat té
pore,num.7.*
8 *Clericus impudicus,nulla ex parte temperat
adul-*

adulterij ſuſpitionem, ſi nocturno mulieris ædes ingrediatur tempore.

9 Clericus *ſcholaris non habet omnimodam præſumptionem pro ſe, nõ quia clericus, ſed quia ſcholaris.*

10 *Adulterium præſumitur fortius, ſi formoſioris mulieris domum quis nocturno tempore ingrediatur.*

11 Pulchritudo, *& pudicitia, litem habent perpetuam.*

12 *Adulterium non præſumitur, ſi quis mulieris ædes fuerit ingreſſus contra uoluntatem mulieris.*

Quid in dubio, num 13.

14 *Adulterium ſatis præſumitur, ſaltem in ordine ad torturam, ex ingreſſu nocturno in mulieris ædes.*

15 *Adulterij præſumptio, quo ad cõdemnationẽ, non deſumitur ſufficienter ex eo, quod mulier noctu viros admittat, ex Imol.*

16 Suſpicio nõ facit, *ut quis poſſit condemnari.*

17 *Tex. in l. abſentem ff de pœn. declaratur.*

18 Suſpicio, *& præſumptio differunt.*

19 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

Fallit in occultis, num. 20.

21 *Coniectura in occultis, qualia ſunt geſta nocturno tẽpore, plenam faciunt probationẽ.*

Etiam ad condemnationem, num. 22.

23 Adulterium *ex Crauet. & alijs, nec etiam ex violentis præſumptionibus conuincitur, ſed tantùm conatus ad illud.*

24 Adulterium *an præſumatur ex virorum admiſſione nocturna, diſtinctio.*

25 *Adulterium non præſumitur ex admiſſione nocturna uirorum, ſi agatur de imponenda pœna ordinaria.*

Secus ſi de pœna extraordinaria, num. 26.

27 Adulterium *ſatis probatur ex nocturna virorum admiſſione, quoad thori ſeparationem.*

Dotis admiſſionem, ibid.

Licet non quoad condemnationem criminalem, ibidem.

28 *Pernoctatio mulieris arguit adulterium ex pleriſque.*

29 *Pernoctatio mulieris non arguit adulterium, ex Crauet.*

30 *Pernoctare non dicitur, qui animo non redeundi recedit.*

31 Crauet. *conſ. 205. declaratur.*

32 *Vidua poteſt proprium conſtituere domiciliũ extra domum hæredum mariti.*

33 *Vxor ſequitur domicilium, & forum viri.*

34 *Vxor ſine iuſta cauſſa abſens à marito urgentius præſumitur adultera.*

35 *Vidua poteſt domicilium mutare.*

36 *Suſpicio ceſſat in palam geſtis.*

37 *Vxor ſatis dicitur impudica, dum ſine iuſta cauſſa à ſuo abeſt viro.*

38 *Damni vitandi cauſſa eſt magis priuilegiata, & in dubio pro ea pronunciandum.*

39 Damnum *eſt diminutio patrimonij.*

40 Damnum *quis ſentire dicitur, cum aduerſus illius agitur legitimam voluntatem.*

41 Vxoris *impudicitia nimis ſuum torquet virum.*

42 *Præſumptio hominis facilius tollitur, quàm legis.*

43 Adulterij *ſuſpicio magna oritur ex nocturno tempore, & locis abditis.*

44 *Argumentum à contrario ſenſu deſumere nõ licet ex gloſ. aut doctorum dictis.*

45 Argumentum *à contrario ſenſu debet deſumi ſuperſtitiosè penes corticem verborum.*

46 Pernoctans *mulier non eſt adultera verè, ſed præſumptiuè.*

47 Pernoctatio *vxoris ſine cauſſa iuſta ſufficit ad ſeparationem thori, & dotis amiſſionem.*

48 Pernoctatio *vxoris, vt ſupra, ſufficit ad irrogandam eidem pœnam extraordinariam, non autem ordinariam.*

49 Adulterij *actus proximus pœna punitur extraordinaria.*

50 *Laruata incedens mulier cum iuuenibus, maximè nocturno tempore, præſumitur adultera.*

Contrarium ſentit Bertaz. num. 51.

Sed loquitur attenta conſuetudine, numero 52.

53 *Pernoctans mulier apud ſanguine coniunctos etiam inuito viro, non præſumitur adultera.*

Diſtinguit Author, *num. 54.*

55 *Viles perſonæ non tanti faciunt vxorum adulteria, quanti nobiliores.*

56 *Pernoctans diutius vxor, etiam ſi non adulteretur, dicitur tamen virum ſuum quaſi poſſeſſione thori exſpoliare.*

57 *Adulterum nobilem, ſi occidat maritus nocturno tempore, mitius punitur.*

AR-

ARGVMENTVM.

¶ Adulterium, dum difficilis eſt pro
bationis, an ſatis illud colligatur
ex uirorum nocturna conſuetudi-
ne; Quid de mulieris pernocta-
tione; An nocturnus adulter, etiã
nobilis, impunè poſſit occidi; Ac-
curata ſatis, & diligẽs explicatio.

ADVLTERVM no-
1 cturno † uagari tempore
eſt uerus dictum, de quo
Franciſc. Marcus deciſ.
764. Quæritur quia, nu-
mer.3.par.2. Bald. in l. More. in fin. ff.
de feriis, Mantua in ſuo Dialogiſ.claſ.1.
cap.19. Accuſatus, nu.3.uerſ.Noctu ua-
gatur, Roman.conſ. 451.Quædam mu-
lier, num.2. uerſ. Secundo certum uide-
2 tur, adulteriaq; ut † plurimum clam, &
occulto cõmitti conſueuerunt, ideoque
difficilis ſunt probationis, ut tradit Ma-
ſcard.concluſ. 57.Adulterii crimen, nu.
3.uerſ.Quia crimen, ubi poſt ſexcentos
* allegatos teſtatur de * communi, D.
meus Præſ.Menoch.de præſumpt.lib.5.
præſumpt.41. Cum clam, & occulto, in
prin.Idem de arbitr.iud.lib.2.caſu 116.
Eueniunt aliquando, num.11.Septimus
caſus, Foler.in 2.par.ſecundę par.Rubr.
Item quod fuit leno, num.5.Bertaz.cõſ.
crimin.273. Duplici ex capite, num.5.
uerſ.Et quia hic agitur, uol.2.Roland.à
Valle in turpiſſimo caſu conſ.7.In cauſ-
ſa Antonii, nu.18.uer.Profecto hoc eſt,
* uol.1. qui dicit ita * paſſim DD. dice-
3 re, quia qui male agit † odit lucem, do-
ctores citati, quibus adde tex.in cap.cõ-
ſuluit, de offic.de leg. Bal.in cap.2.de fi-
de inſtrum.Abb.in cap. 1.de claudeſtin.
deſponſatione gloſ. in cap. vn.in uerbo
Occulta, ut eccleſiaſt.benef.Craue.cõſ.
35.Ex pluribus concludendum eſt, nu.
11.uerſ.Quinto præſumitur dolus, li.1.
4 qua de re probari poſſe p † coniecturas,
* & præſumptiones, uno ore teſtati ſunt *
omnes interpretes ſuperius allegati, &
Farin.tit.de Inquiſitione quæſt.2. num.
23.uerſ.Limita.5. Bertaz.conſ.crim. 20.
Vt qua maiore, per totum, uol.1.& conſ.
crim.273.Duplici ex capite, per totum
vol.2.Marc.Ant.Blan. de Indiciis, num.
69.uerſ.Facit pro hoc, Baiard.ad Clar.in
§.adulterium, num.33.uer. Adde quod,
Boſſ.in tit.de rapt.mul.num.12.& in ti.
de Coitu damnato, num. 59.uerſ.Et per
q̃ probetur, Paris de Put.in tract. de ſyn
dic.in uerbo Tortura, el.2.cap.1.Tortu-
ra licet, num.2. uerſ.Nam in adulterio,
Rolan.à Vall.cõſ.50. Quia præſens cauſ
ſa, num.2.uerſ.Quod præſumptiue adul
terium, uol.1.Idem cõſ.34.Scio etenim,
n.5.uerſ.Nec habet obſtare, uol. 2.Grat.
conſ.115.in præſenti cauſſa, nu.12.uerſi.
Nã licet præſumptiones, uol. 1.Gozad.
conſ.13.In hac cauſſa, nu.36.uerſ.Tamẽ
ſatis dicitur probatum, Abb.in cap.fin.
num.2.de adulter.& ſtupro, tex.ibid.In
noc.& omnes in cap.præterea de teſtib.
Pariſ.conſ.54.Afferte ſententiæ, nu.62.
uerſ.Et quia adulterium, uol. 4. Idẽ cõſ.
137.Contra Reuerendum, nu.29.uerſ.
Nam aduertẽdum eſt, eod.lib.4.tex.ite-
rum, & ibi omnes in ca.ex litteris, & in
cap.tertio loco, de pręſump.Corn.conſ.
171.num.1. uol.2.Bal.in l. teſtium §.ſed
Diui fratres, num.11.ff.de teſtibus Ang.
in l.capite 5.num.7.ff.de adult.

Hoc non habet difficultatem.

Sed nec illud ualde cõtrouerſũ eſt, an
ſi mulier nocturno tempore in proprias
ædes alienos admittat, ex eiuſmodi ad-
miſſione adultera præſomatur, conclu-
* dunt.n. * omnes quod † ſic; declaran-
1 do tamen, ut inferius dicemus; quia ſic
ſuſpectiſſimũ tempus illud, aptiſſimũq;
ad eiuſmodi committenda facinora, ita
ſane Bal.l.neq; natales prope prin.C.de
probat.Idem in l.fin. ad fin.ff. de hęred.
inſtit.Alciat.in cap.cum nõ ab homine,
num.27.de Indiciis, Maſcard.de probat.
concluſ.64.Adulterium quinimo, num.
10.uerſ.Adulterium itidem, Ioſeph Fon
tanellus inter conſ.crim. diuerſ.li.2. to.
primo conſ.97.num.35.de quo Domin.
meus Præſ. Menoch. de præſumpt.li.5.
præſumpt.41.Cum clam, & occulto, nu.
21.uerſ.Quinta eſt coniectura, Bart.in l.
final.ff.de furt.Anchar.in cap. ſemel ma
lus, de reg.iur.in 6. Maſcard.iterum de
proba.cõcluſ.984.Libidinis turpitudo,
uerſ.

Digitized by Google

dam mulier,uol.5.Sylua nupt.correcta, lib.4.in uerbo. Eſt nubendum, num.66. verſ. Præſertim,quando ueniunt de nocte,qui ad hoc adducit ſolum Cæpol.in repetio. l.ſi fugitiui, col. fin. C. de furt. Idem uoluit Abb.& Felin. in ca.3.loco, de præſumpt.Bar.in l.2.in princip.ff.de furt.de quibus Bertaz. conſ.crim. 20. Vt qua maiore,nu.12.uerſ. Secūdus teſtis, vol.1.Ioſeph.Fontanellus inter conſilia crim.Ziletti conſ.97. Thema. Donatus libidine,nu.35.uerſ.Nam mulier, vol.2. Neq; hoc caſu conſtituenda eſt differentia, an mulier admittat honeſtos uiros,an inhoneſtos;Etenim,& eadem oritur adulterij præſumptio, ſi nocturno
6 tempore† clericos in proprias excipiat ædes, Abb.in capit.1. ad fi.uerſ. Ex hoc infero,de cler.non reſid. Dec. in l. non hoc,num.11.C.Vnde legitimi,Felin.in c.pręterea,num.3.uerſi. Et ideo reprehendi debent,de teſtibus,Ang.in Auth. Quomodo oporteat Epiſcopos, in princip.Crauet.conſ. 244.numer. 4. in fin. Aug.ad Ang.de Maleſ.in uerbo.Che mi hai adulterato la mia donna, in princ. nu. 18.Maſcard.de probat. concluſ.984. Libidinis turpitudo, num.5. uerſ.Ampliatur hæc concluſio, D. meus Pręſ. Menoch.de pręſumpt.lib. 5. pręſumpt. 41.Cum clam, & occulto,num.19.uerſ. Extenditur hęc coniectura, ſtringit tex. cum gl.in uerbo In illis,in cap.1.de co-
7 habit.cle.& mulier. Fateor tamē,quod† violentiore pręſumptione pręſumitur adulterium,ſi nocturno pręcipuum tpe intra proprios lares admittat mulier inhoneſtiores,magiſq; effrenos adoleſcentes,Bal.in l.neq; natales C.de prob.Feli. in d.cap.pręterea,nu.3.uerſ.Puta ſi paſſim intrant,de teſtibus, Bar.in l.fin.ff.de furt.Maſcard.dicta concluſ.984.num.3. uerſ.Huc quandoq; tendit, Idem Maſcard.concluſ. 59. Adulterium primo, num.16.uerſ.Sed reprehenditur,& reiicitur,D.meus Pręſ.Menoch.de pręſum. lib.5.pręſump.41.Cum clam, & occulto,n.21.uer.Quinta eſt cōiectura,Imol. in l.fin.nu.11.uerſ. Vnde dicit ff. de hęred.inſtit.
8 Quo caſu pręſumptio bona muneris† honorificentiſſimi,etiam clericatus,obſcuratur à præſumptione effrenæ,& impudicæ uitæ; ideo dum alii diſtinxerunt inter mulier admittentem clericos & laicos, ut poſteriore caſu uehementior oriatur adulterii ſuſpicio, leuior priore caſu, ut etiam eos diximus; ubi tamen clericus eſt impudicus,nulla conſtituitur differentia, quo ad hanc pręſumptionem inducendam, inter clericum,& laicum,ſic in debilioribus termi-
9 nis,de admittente† clericum ſcholarem, quod pręſumatur adultera,poſt Bal.in l. neque natales C.de probat.ſcripſit Maſcard.d.concl.59.nu.16.uerſ.Pręſertim,ſi clericus.
10 Tanto magis,ubi † de formoſiori muliere ageretur,eo.n.caſu maior quoſque inſurgit ſuſpicio, D.meus Pręſ.Menoc. d.lib.5.pręſumpt.41.nu.19.uerſ.Extenditur hęc coniectura, ubi plures adducuntur,Bart.poſt Iacob.de Butr. in l.fin. ff.de hære.inſtituend.Bertaz.conſ.crim. 273.Duplici ex capite,nu.11.uerſ.Cum enim quis reperitur,uol.2.Ioſeph Fontanellus inter conſilia criminalia Ziletti conſ. 97. Thema. Donatus libidine,nu. 33.uerſ.Quinimo uoluit,lib.2.Angel.de Maleſ.in uerbo.Quod fama publica præcedente,& clamoſa,num.16.uer.Et idē, ſi quis iuuenis,Tiraquel.de ll.cōnubial. gloſ.1.par.2. per totā,præcipueq; à nu. 32.uerſ.Sed & hanc tanti fecere,Maſca. de probat.concl.61.Adulterium porro,
11 per totam.Lis eſt.n. perpetua, ac † bellum exitiale inter pulchritudinem, & pudicitiam,inquiunt hi patres in re propoſita.
12 Modo tñ ingreſſus fuerit de† uoluntate mulieris,plures adducit Bertaz.conſ. crim.20.Vt qua maiore,n.12.uerſ. Secūdus teſtis,uol.1.Idem conſ.273.Duplici ex capite,num.12.uerſ. Et licet eius dictum,& num.17.uerſ.Non obſtat,uol.2. Opportuna igitur erit mulieris acclamatio ad excludēdum cōſenſum. Sed,quid
13 ſi non† acclamet,qa eidē maximū impēdeat comminatæ mortis periculum? Vide omnino quę diximus in cap.de Vi, & de Violentia. Præterea requiritur, qđ non cōſueuerit extraneus de mariti uo-

luntate

luntate in domo nocturno tempore cō-
uerſari, Grat.conſil.50.In præſenti cauſ
ſa, num.1.iuncto num.18.uerſ.Et primò
Iacobus, uol.2.
Quo loco ſcripſit Imol. in l.fin.num.
11.verſi.Et ſic potes dicere.ff.de hæred.
* conſtituend. quod licet * abſq; dubio
præſumptio inde exoriatur ſuffic ens
14 ad† torturam, quoties è domo mulie-
ris, quis uiſus fuerit de media nocte e-
gredi, aut in eandem ingredi, ut etiam
uoluit Roman. conſ.451.Quædam mu-
lier, nu.2.uerſ.Secundò certum videtur,
Bal.l.in conſ.427. Quædam mulier, nu.
2.uer.Secundò uidetur certū, vol.5.non
15 tamen ſit eadem ſufficiens ad†condem
nationem. Et pro hac opinione faciunt
plura, rationes nempè, atq; iurium au-
thoritates.
Adducit priore loco tex. Imola. in l.
abſentem ff.de pœn.uerba tex. hęc ſunt.
Abſentem in criminibus damnari non
debere, diuus Traianus Iulio Frontoni
16 reſcripſit. Sed nec de † ſuſpitionibus de
bere aliquem damnari, diuus Traianus
Adſiduo Seuero reſcripſit.
Sed certè ille tex. loquitur de pręſum
17 ptione† hominis, ſecus de præſumptio-
ne legis, ut ibi declarat glo. in uerbo Dā
nari, in fin. Et præterea loquitur de ſola
ſuſpicione, nos autē de præſumptione,
18 maxime autem differre ſuſpicionem à†
præſumptione, & hinc illa grauiorem,
atq; potentiorem, latiſſimè ſcripſit D.
meus Præſ.Menoch. de præſump.lib.1.
quęſt. 7.per totam.
Adducit pręterea tex. in l.non hoc C.
unde legitimi, tex. in cap. In pręſentia ff.
de probat.& alia iura, ex quibus in ge-
19 nere colligitur, quòd † probationes de-
bent neceſſariò concludere, maximeq;
in criminalibus, in quibus debent eſſe
luce meridiana clariores.
Quod habet locum in ijs criminibus,
quæ de ſui natura palam etiam commit
20 tuntur, ſecus ſi ſimus in †occultis, qualē
eſt adulterium, pręcipuè nocturno com
miſſum tēpore, quo caſu reſpectu actus
occulti, & temporis nocturni, præſump-
21 tiones, & coniecturæ plenam indicunt†
probationem, D.meus Præſ.Menoch.de
præſumpt.lib. 1. quæſt.40.numer. 13.
Eugen.conſ. 17. numer. 12. Grammat.
conſ. crimi.22. In cauſſa ſtrenui militis,
nu. 15. uer. Et in clandeſtinis, qui dicit
* ita tenere * Modernus. Boer.deciſ. 164.
num.4. Crauet. conſ.73.nume.19. Grat.
conſ.94. Viſis facti ſpecie, nume. 12.uer.
Et pro hac opinione, vol. 2. Pariſ.conſ.
75.nu.18.lib.1. Oſaſch.deciſ.72.nu.1. de
* * communi Ioſeph Ludouicus concluſ.
45.uer. Ampliatur 7.& Farinac. in tit.de
Indiciis, & tortura, quæſt.50.nu.38.uer.
Quare, uel ſublimitationem, Maſcard.
concluſ.830. num.4.469.nu. 4. & 1220.
22 num.14. Etiam ad † condemnandum, ut
poſt Bald.in l.3. C. de Epiſcop. audient.
& Aug.in l.fin.C. de probat. loquens de
nocturno tempore ſcripſit Gramm.cōſ.
crim.17. Conditoris, nu.5.uerſ.Et quan-
doq; & in ſpecie adulterii, tum plures
ex ſuperius allegat. tum Grat.conſ. 115.
In præſenti cauſſa, nu.11. uerſ.Et ex præ
paratoriis, uol.1.
Et ita ego tenerem, licet difficillius
fortè eſſet obtinere, per ea, quæ ſcri-
bit Roſell. inter conſilia Baldi conſil.
445. Super prædictis.lib. 2. Matth.119
notab.Corn.conſ.192.in fin.lib.4. Cra-
uet.conſ. 205. Pernoctatio, nu.20. uerſ.
Sextò adduco, ubi uoluerunt, quod e-
tiam uiſio ſolius cum ſola, nudi cum nu-
23 da, non cōuincat† adulterium, ſed tantū
conatum ad adulterium, ubi agitur cri-
minaliter.
24 Quare è re erit † diſt inguere cum D.
meo Præſ. Menoch. de pręſump. lib. 5.
pręſumpt.41.num.15.uer. Verum impo
ni poſſe. Vt ſcilicet negatiua, quod non
ſufficiant eiuſmodi præſumptiones ad
condemnandum, locum habeat, quoties
25 agitur de imponenda † ordinaria adul-
terii pœna, ut ea imponi nequeat, cum
non conſtet.verè, & propriè, commiſſum
fuiſſe adulterio; opinio uerò affirmati-
ua, quòd imo eiuſmodi præſumptiones
ſufficiant ad condemnandum, procedat
26 reſpectu pœnæ† extraordinariæ, quæ in
fligi ſolet, quando delictum eſt pręſum-
ptiue probatum, quemadmodum ſcrip-
ſit idem D.meus de pręſumption. lib. 1.
quæſt.97.

Idem

Digitized by Google

Idem uoluit profectò, & Crauet. d.
conſ.205.num.20.verſ.Sextò adduco,dũ
eas præſumptiones dixit non ſufficere
quidem ad condemnationem crimina-
27 lem, ſufficere tamen ad thori † ſepara-
tionem,ſed & ad dotis amiſſionem, ut
concludit Grat. conſil.50.numer. 1.vo-
lum.2. Maſcard.de probat.concluſ. 60.
Adulterium probatur,in princip. Alex.
Socin.Iun.& Burſat. quos tres, & re-
fert, & ſequitur Bertaz.conſ.crimin.20.
Vt qua maiore,num.8.verſ.Et quod hoc
genus,vol.1.

Maior eſt difficultas,ſi mulier inſcio,
& reluctante marito, ſiue iuſta cauſſa p
noctauerit,an ea de re præſumatur adul
tera,& quod facit difficultatem eſt con-
ſilium Crauet.205.Pernoctatio, ubi plu
ribus fundamentis ſuſtinet negatiuam,
& tanti poſteriores illud fecerunt conſi-
lium, ut eandem negatiuam ſequantur
plerique,alii uerò maximè de affirmati-
ua dubitent.

28 Prima ergo fuit opinio † affirmatiua,
quod,ſi mulier,uel inſcio,vel reluctante
marito,ſine iuſta cauſſa pnoctauerit, ea
ſit coniectura commiſſi,& perpetrati a-
dulterij,ita dicunt omnes tenere Ange.
in §.minores auth. de nupt.Sed ego non
potui reperire hunc §.minores,benè re-
peri Ang.in §.mitiores,Authe. de nupt.
Sed de hac facti ſpecie Ang.inibi, ne ver
bum quidem. Hoc ergo uoluit D. meus
Præſ.Menoch.de præſumpt.libr. 5. præ-
ſumpt.41.Cùm clam,& occultò,nu. 23.
verſi. Quinta eſt coniectura,Felin.in ca.
præterea,num.3.verſ.Et idem,ſi perno-
ctaret extra domum,de teſtibus,Maſcar.
de probat.concluſ.60. Adulterium pro-
batur ex eo,in princip.qui ad hoc addu-
cit Dec.conſ.577.num.10.Boer.dec.297.
nu.9.D.meum Præſ.Menoch.conſ.31.n.
21.Alciat. reſponſo 25.in fi.Bal.cõſ. 221.
lib.2.& Grat.conſi.50.nu.1.vol.2.quorũ
plures id mihi non dicunt.Et eſt tex. ma
giſtralis in materia, ad quem recurrunt
omnes,in l.Conſenſu C.de repud.Quod
& ſatis innuit Iuuenal.Satyr.6.

Reſpice riuales diuorum, Claudius audi,
Quæ tulerit, Dormire uirum cũ ſẽſerat vxor,
Auſa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrum flauo crinem abſcondente galero
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam uacuam, atque ſuam, tunc nuda papillis
Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſcæ,
Oſtenditq; tuum generoſe Britannice uẽtrẽ,
Excepit blanda intrantes, atq; æra popoſcit.
Mox lenone ſuas iam dimittente puellas
Triſtis abit, ſed quod petit, tñ vltimã cellã
Clauſit adhuc ardens rigidæ tẽtigine vuluæ.
Et laſſata uiris nondum ſatiata receſſit.

Secunda autem fuit opinio Crauet.d.
conſi.205.per totum,qui ſuam ſatis ſibi
videtur comprobare ſententiam, ſi euitet
maximam difficultatem text.in d.l. con-
ſenſu, C. de repud. vult autem Crauet.
29 quòd ex pernoctatione † non inducatur
adulterium,& ne illius tranſcribere ui-
dear uelle conſilium, eiusque integras
rationes transferre,ſummatim eas tãtũ
recenſebo,& dum ipſe,quod ad rem no
ſtram attinet,octo iacit fundamenta lõ-
giora,latiora,ego eorum pleraque breui
bus conſtringam rationibus.

Primò igitur eam ſuſtinet opinionem
Crauet.loco cit.quia mulier illa è domo
mariti diſceſſerat animo recedendi, nec
amplius reuertendi,quo caſu non dici-
30 tur pnoctare,pnoctare †.n.eſt foris totã
noctẽ vigilare l.vrbana familia §.pnocta
re ff.de verb.ſig.hæc autem non perno-
ctauit,cum foris non uigilauerit, ſed in
proprio domicilio,ad quod tranſmigra-
uerat, ergo non eſt illa mulier in caſu l.
conſenſu C. de repud. quæ loquitur in
pernoctante muliere.

31 Reſpondeò,quod Crau.loquitur in †
vidua,quæ non cogitur eſſe apud hære-
32 des mariti iam prædefuncti,ſed † ꝓpriũ
põt conſtituere domicilium,nos uerò in
vxore,quæ dẽt eſſe apud uirũ,illiusq; ſe
33 qui † domicilium,& forum,l.fi.C.de In
colis,lib. 10.l.Mulieres C.de dignit. lib.
12.l.exigere dotem ff.de iud. Alba conſ.
255.Non eſt dubium,in prin.late Tiraq.
de ll.connubial.l.1.gl.1.par.1.n.28.verſ.
Illud ẽt,Gozadin.conſ.79. Viſo proceſſu
vtriuſque nu.5.verſi.Ideo ipſa nupta.

Tan-

Digitized by Google

Tantoq; urgentius,ubi ſumus in uxo
re ſine iuſta cauſſa a marito recedente,
34 præſumitur † adultera mulier, quanto
longiori tempore à ſuo aberit uiro, Bal.
conſi.221.Nam quandoque per totum,
volum.2.

Nec aliud uult Crau.d.conſi.205. nu.
11.verſ.Nam cum ſimus,ſi recte ponde
35 retur,dicit.n.quòd, quia † uidua poteſt
domicilium mutare,& per diem, & per
noctem,præſumitur egreſſa uidua è do-
mibus quondam mariti, non ut mali qc
quam committat, ſed ut transmigret l.
Iniuriarum §.1.ff.de Iniur.l.3.§.his tamẽ
ff.de lib.hom. exhiben. l. nullus uidetur
ff.de reg.iur.

Secundò,quia mulier illa receſſit pa-
lam,non autem clam, ergo debet ceſſa-
36 re omnis † ſuſpicio,argu.l.non exiſtimo
ff.de admin.tut.l.fin.ff.de tit.nupt. Cyn.
& Bal.in l.nemo Clericus C. de ſumma
trinit.& fide catholica,Caſtren.conſ.68.
col.2.ad fin.lib.1.

Reſpondeo illud adhuc procedere in
vidua,ſecus in vxore, quam non ſufficit
palam nocturno tempore domum egre-
di mariti, ſed requiritur inſuper mariti
voluntas,vt ſunt clara uerba text.in d.l.
conſenſu C.de repud.ibi,Aut ipſo inui-
to,ſine iuſta,& probabili cauſſa foris per
noctantem.

Tertio, quia, ſi ſeipſam proſtituiſſet
mulier illa poſt commutatum domiciliũ
à communiter accidentibus diffuſa fuiſ
ſet improba impudicæ mulieris fama,
quod factum non eſt.

Reſpondeo illud adhuc procedere in
vidua,nos loquimur in uxore,quæ eo ip
37 ſo † impudicitiæ ſuſpecta dicitur, ex
quo à proprio abeſt uiro.

Quartò,quia mulier dum conuenitur
ad amiſſionem dotis agit de damno ui-
tando, cæteri uero de lucro captando,
ideo in re dubia pronunciandum eſt fa-
38 uore mulieris, quia potior eſt cauſſa †
damni,quam lucri,l.proculus ff.de dam.
infect.l.ſi is,cui,§.fin.ff.de furt.l.fin.§. li-
centia C.de iure delib.l.fin. C. de codi-
cill.

Reſpondeo,quòd Crauet.loquitur in
ordine ad hæredes mariti, nos uero lo-
quimur in ordine ad ipſum maritũ, quo
caſu,& ipſo maritus agit de damno ui-
tando,egit.n.mulier inuito marito per-
noctans, contra legitimam uoluntatem
mariti, quo caſu dicitur agere maritus
de damno vitando.Nec.n. tunc demum
pati dicimur damnum,cum noſtrum di
39 minuitur † patrimonium l.3.ff.de damn.
inf.ſed etiam quando aliquid agitur con
40 tra † volũtatem noſtram à legibus appro
batam,ut eſt tex.in l.fin.ff.de Vſu, & ha
bit.tex.in §.præterea.Inſt.de action.Cla
riſſim° olim collega meus D. Philippus
Maſſinius in ſuis doctiſſimis commenta-
rijs ad l.1.C.de edendo,numer.71. verſ.
Quartò per locum à conſequenti deſtru
cto,Grat.conſi.122.Et ſi iuribus,nu. 27.
verſ.Nã mihi fauorabile,libr.2.D. meus
Præſ.Menoch.de recuperand. poſſeſſ.re
med.1.nu.422.verſ.Quinimmò damnũ,
Ricciard.Piſtorienſ.ad prin.tit. Inſt.q.b.
mo.re contrah.oblig.num.50.uerſ.Con-
firmatur & tertiò.Maximè noſtro caſu,
vbi agitur contra uoluntatem mariti in
ijs,quæ ſapiunt uxoris impudicitiam,ni
41 mis enim torquetur maritus ex † vxoris
impudicitia,Crau.d.conſi.205.num.29
verſ.Quartò,maior eſt dolor.

Reſpondeo ſecundò,qđ in dubio ſe-
quitur interdum abſolutio,ſi ſit dubium
42 ex ſola † hominis præſumptione,ſecus,
ſi etiam ex præſumptione legis l. ſi qui
adulterij C.de adulteriis,§.his illud,Au
then.Vt liceat matri,& auiæ,gloſſ. in l.
abſentem, in uerbo Damnari,in fine ff.
de pœn.

Quintò, quia ſuſpicio adulterii ma-
43 gna oritur,quoties noctis † tempore in
locis abditis maſculus,& fœmina repe-
riuntur,ergo à contrario ſenſu ceſſat ſu-
ſpicio,quando in locis non abditis repe
riuntur maſculus,& femina.

Reſpondeo,quod Crau.in ſenſu dire
cto,non vtitur aliquo iure, ſed tantùm,
doctorum authoritate,quo caſu ſuccedit
theorica Alex.in l.1.ff.de legat.1. Euerar.
in loco A contrario ſenſu,prope ſi.verſi.
Vltimò circa hanc materiam,quod non
44 licet deſumere † argumentum à contra-
rio ſenſu ex dictis gl. ergo multo minus
ex dictis aliorum doctorum.

Re-

Reſpondeo ſecundò, quod argumen
45tum à contrario ſenſu debet fieri † ſu-
perſtitiosè, limitatè, eius reſpectu dun
taxat, ꝙ in ſenſu directo cõtinetur, Dec.
conſ.110.Vere, ut puto, numer.5.uerſ.Se
cundo probatur hoc. Idem conſ.386.Li-
cet, nu. 4. uerſ. Quia tale, ubi adducuntur
alii, Ruin.conſ.132. Viſis, nume.2. uerſ.
Sed ad iſtud, uol.2. Pereg.de fideicom.
artic.40.Hæres, numer.64.uerſ. Rurſus,
quo ſtante, non bene deducit Crauet.ar
gumentum a cõtrario ſenſu, dicit enim
ipſe, ſuſpicio adultetij magna oritur,
quoties noctis tempore in locis abditis,
maſculus, & fœmina deprehenduntur,
ergo ſecus, ubi in locis non abditis. Di
co argumentum a contrario ſenſu eſſe
eiuſmodi ſaltem præſuppoſitis uerbis
Baldi, & Rom.ibi allegat. ergo ſuſpicio
adulterij non oritur, ubi diurno tem-
pore, in locis non abditis reperiuntur.
Bene attenta formula Crauettæ non in-
utilis eſſet eiuſmodi argumentatio à
contrario ſenſu. Sextò, q.a in l.Conſenſu
C. de repudijs, non dr, quod ſine iuſta
cauſſa pernoctans, inſcio, uel reluctante
marito, ſit adultera, ſed quod illi peru i-
rum repudij libellus tranſmitti poteſt,
quod & uoluit Sylua nuptial. correcta
lib.4.uerſ.Eſt nubendum, nu.64.uerſ.Et
non ſine cauſſa.

Reſpondeo, quod ille tex.non probat
quidem hanc pernoctantẽ mulierẽ eſſe
46uere adulteram, ſed † præſumptiue: ideo
concludo omnino, ut ſuperius concluſũ
fuit in alio articulo, ut ſcilicet, ſi agatur
ciuiliter, ſatis dicatur probatum adulte-
47rium per pernoctationem ad thorum †
ſeparandum, & dotẽm amittendam, qđ
etiam concedit tandem, ſi bene cõſide-
retur Crauet.d.conſ.205.num. 20. uerſ.
Sextò adduco, Bertaz.conſ.crim.20. Vt
qua maiore, nu.8.uerſ. Et quod hoc ge-
nus, uol.1. poſt Alex.conſ.77.nu.2.uol.
7.Socin.Iun.cõſ.32.uol.2.& Burſat.cõſ.
69.nu. 11.Grat.cõſ.50. In pręſenti, nu.
1.uol.2.de quo Maſcard.cõcluſ.60.Adul
teriũ probatur, in prin. Si uero crimina-
liter, eiuſmodi præſumptio ſufficiat ad
48irrogandam pœnam † extraordinariam,
non autem ad pœnam ordinariam infli-
gendam, Dominus Præſ.Menoch.de præ-
ſumpt.lib.5.præſumpt.41.Cum clam, &
occultò.num.15.uerſ. Conciliari poſſunt
hæ opiniones, ita, ut potius dicatur de-
uentum ad actum proximum adulterij,
quam ad ipſummet adulterium, quo ca-
ſu omni procul dubio ſola imminet pę-
49na † extraordinaria, Grammat. deciſ. 2.
Franceſchella, nu.24.uerſ.Nam conſtat.
Multoq; magis probaretur adulterium,
50ſi pernoctans mulier † laruata cum iuue
nibus inceſſiſſet, ita poſt Rimin.iun.
conſ.260.num.41. & conſ.274. per totũ.
ſcripſit Baiard. ad Clarum in §. adulte-
rium, num.38.uerſ.Et de pręſumptioni-
51bus, quicquid nimis indulgens in † con-
trarium ſenſerit, & conſuluerit Bertaz.
crim.conſ.311.D.Camilla, num.2.uol.2.
Quãquã ipſe, filiuſq; ſuus Claudius ibi
52addens, id potius ſuſtinent uigore † inue
teratæ conſuetudinis, ut indiſtinctè mu-
lieres cum iuuenibus laruatæ incederẽt.
53 Fateor tamen, quòd, ſi † luculentiſſimis
probationibus comprobaret mulier, ſe
pernoctaſſe apud ſanguine coniunctos,
quod non ideo eſſet adulterij rea, nec ẽt
præſumptiue, doctores fere omnes ſu-
* perius citati, nec uidi* contradictorem.
54 Sed ego omnino † diſtinguerem inter
ſanguine coniunctos nobiliores, & ui-
liores, ut primo caſu mulier apud ſan-
guine coniunctos nobiliores degens nõ
eſſet rea adulterij, nec etiã præſumpti-
ue; ſecundo caſu maior inſurgeret ſuſpi
cio, non quod ſanguine cõiuncti perno
ctanti mulieri immiſcerentur, ſed extra
neos, uel immitterent, uel admitterent,
per ea, quæ in fortioribus terminis tra-
dit tex.iuncta gl.in uerbo In illis, in cap.
1.de cohabit.cler.& mulier.uiles.n. per
ſonę parum de huiuſmodi curant, nec.n.
55tantus ijs labor eſt, aut cura, ſi † uxores
propriæ proſtituantur, nedum ſorores;
ita poſt plures ibi allegatos Boer. deciſ.
297.Et uidetur dicendum, num. 9. uerſ.
Veruntamen licet.Hanc tamen præſum
ptionẽ nolo ego nũc firmare, ac pro cer-
ta ſtabilire, animus tamen meus incli-
nat maxime.

Quicquid ſit, ſi diutius foris immore
tur vxor ſine iuſta cauſa, uxorẽ in uirum

Digitized by Google

tiſſimum tempore.

1 *Sacra nocturna paganorum, impudicum nõ ſemel præbuere ſuffragium.*

12 *Chorea quando laudanda.*

13 *Chorea dicta à choro & quare.*

14 *Chorea unde dicta ex Authore.*

15 *Choreus pes eſt Trochæus.*

16 *Choreus pes conſtat ex longa, & breui.*

17 *Choreus pes ſaltationib. opportunus, et quare.*

18 *Larua nocturno tempore, an choreis nocturnis turpitudinem addat.*

ARGVMENTVM.

¶ Choreæ, & ſaltationes, cum ſint actus de ſe indifferentes, quando ad malum accedant. Quid de nocturnis. quid ſi addatur nocturna larua. Chorea tandem ex Authore nouiſſimè unde dicta.

1 CHOREAS, quas† Latini ſaltationes appellant, de ſe eſſe actus† indifferẽtes,
2 nec de ſe malas eſſe, quia, & benè duci poſſint, teſtatur poſt Ala. in 4. ſent. diſt. 16. Syluester in ſua ſumma in uerbo Chorea.

3 Condemnantur autem Choreę † triplici potiſſimum de cauſſa, Syluester loco cit. Si exerceantur ſcilicet ad prouocandam libidinem, ſi non conueniant perſonæ, ut ſunt clerici, & religioſi, ſi fiant tempore incongruo. Quòd, ſi fiant ex cauſſa alicuius honeſtę lętitiæ, congruis loco, & tempore, nec repugnet perſonæ conditio, non ſunt illicitæ ſaltationes, & Choreæ. Hactenus Syluester.

Cuius conditionis poetica illa eſt ſaltatio apud Virg. lib. 6. Aeneid.

Largior hic campos æther, & lumine veſtit
Purpureo: Solemq́; ſuum, ſua ſydera norunt.
Pars in gramineis exercẽt membra paleſtris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt Choreas, & carmina dicunt.
Nec non Threicius longa cum ueſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina uocũ.
Iamq́; eade digitis, iã pectine pulſat eburno,

Quòd, ſi non conueniant perſonis, loco, tempori, & cauſſæ, condemnantur choreæ. Atque Syluester loco cit. incon-
4 gruum † tempus exemplificat in tempore triſtitiæ, & pænitentię.

Sed certè nec laudãdum nocturnum tempus, quo tempore non ſolum cho-
5 reas, ſed † cœtus in uniuerſum inire lege 12. tabul. inhibitum erat teſte Greg. Tholoſ. in Syntag. Iur. uniuerſ. lib. 35. capit. 6. De ſeditionis crimine, uerſ. Conſidera, & l. 12. tabul. Hoc. n. potiſſimum
6 tempore ex tenebrarum † lenocinijs peſſima quęque ſectantur ſtudia, ut plures adduximus in cap. de Adulterio in prin. & in cap. de Homicid. in fin. pulchrè Petrus Angelius Bargæus Gynegeticorum, lib. 6.

At iuuenes læti villarum ad tecta reuertunt:
Perq́; uices vna conuiuia grata frequentant:
Et facta exponunt timidis malè tuta puellis
Quiſq́; ſua. hic dubia ſubijt diſcrimina pugnæ
Cõminus. hic rabido cõprenſum ex ore ueruttũ
Eripuit: manibuſq́; audax auellit ab uncis.
Tum ioca, tum riſus tũ dulces ore cachinnos,
Fundunt, & cunctos laſciuia læta peruagat.
Atq́; ita. q̃ longa eſt, noctẽ inter pocula ducũt,
Donec ab Eois coniux Athamantia terris,
Læta redit, panditq; diem Matuta, nouiq;
Solis equos curſu longè præcedit & aſtris
Imperat excelſo paſſim decedere cælo.

Quòd, ſi cœtus quilibet nocturno cõdemnantur tempore, multò profectò
7 magis † choreæ, quæ licet aliqua ex parte indifferentes actus dici poſſint, magis ta-
8 men eſt, ut ad † malum ex corruptis moribus, ac deprauato ſæculo accedant. Vnde Virg. lib. 9. Aeneidos.

Omne æuum ferro teritur uerſaq; iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat uires animi mutatq́; uigorem:
Canitiem galea premimus ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice ueſtis:
Deſidia cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & hẽt redimicula mitræ.

I 2 Quod

Quod & maniſeſte pluribus in locis,
&; ſenſit, & ſcripſit Sylua nuptial. lib. 4.
in verbo Eſt nubendum, num. 63. ad fin.
uerſ. Vnde non eſſet culpandæ, ideoque
loco cit. num. 72. uerſ. Quarto, & ma-
gis proxime, ijs a correctione reiectis,
quę reijcienda erant, uoluit Neuizan. va
9 lere edictum † Principis, per quod cho
reę nocturnę prohiberentur, quod & uo
luit Prępoſ. ibi allegat. in capit. cum ceſ-
ſante, co. 3. de appellat. Sed & maximam
choreis nocturnis illud turpitudinem
10 addit, quod peſſimi † ſpiritus ad nefan-
diſſima ſcelera choreas nocturno præci-
puum tempore frequentant, ut eſt teſtis
Tholoſan. in lib. ſyntag. Iur. vniuerſ. par.
3. lib. 34. cap. 20. Dicuntur mira de La-
mijs, nu. 16. uerſ. Sed propius ad rem, ad
quo tamen latius in cap. de Lamijs.

Accedunt ergo ad malum facillime
nocturnæ choreę.

11 Quinimo in ipſis quodq; † ſacris paga
norum obſcuræ noctis tenebrę impudi-
cum præbuere ſuffragium, ut notabimus
in ca. de Sacris Paganorum, unde hic ali-
quid ſupplendum erit, ex Prologo Aulu
lariæ apud Plautum.

Is ſcit adoleſcens, quæ ſit, quam compreſſerit.
Illa illum neſcit.
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris Vigilijs.

12 Quanquam, ſi id fiat animi gratia ad †
expellendas diurnas animi curas, ubi de
bitæ intercedant circunſtantiæ, non ſo-
lum non condemnari, ſed potius laudari
conſueuit; Qua de re non deſunt, qui cho
rizantem Aeneam laudent nocturno tem
pore apud Virg. lib. 10. Aeneid.

Iamq; dies cælo conceſſerat, almaq; curru.
Noctiuago Phœbe medium pulſabat Olympũ.
Aeneas, neq; n. membris dat cura quietem,
Ipſe ſedens, clauumq; regit, ueliq; miniſtrat.
Atq; illi medio in ſpacio chorus ecce ſuarum.
Occurrit comitũ: Nymphæ, quas alma Cybele.
Numen habere maris, Nymphasq; è nauib. ie.
Iuſſerat. innabant pariter, fluctuſq; ſecabant,
Quot prius æratæ ſteterant ad littera proræ.
Agnoſcunt longe regem, luſtrantq; choreis.

13 Dictæ autem ſunt † Choreæ, ut id obi
ter admonuerim, uel à Choro, corona ſci
licet, multitudine, ſodalitio, quod non
ducantur choreę, niſi in frequenti uiro-
14 rum, mulierumq; corona. Vel, quod †
uerius opinor, licet apud quenquam nõ
15 viderim, à Choreo pede, quẽ † Trocheum
pedem notiori uocabulo dicimus. Eſt au
16 tem † Choreus pes conſtans ex longa, &
breui, Cicero in oratore. Dichoreus eſt,
inquit Cicero, cum duo extremi Chorei
ſunt. i. e ſingulis longis, & breuibus. Pes
17 profecto † ſaltationibus opportunus ual
de, maximeq; accommodatus, quod ip-
ſa comprobat ars ſaltatoria, dum ſalta-
tiones omnes ex ſeſqui altera modera-
18 tur, ac regit. An autem † Larua nocturno
tempore in choreis adhibita, maiorem
excitet turpitudinis ſuſpicionem, vide
omnino, quę dixerimus in cap. de Adul-
terio, num. 50. 51. & 52.

DE SARIS PAGA- norum. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacra nocturna pleraq; apud Ethnicos.*
2 *Sacra nocturna a Dionyſio apud Euripi-*
dem defenduntur.
Condemnantur à Pentheo ad mulierum,
pudicitiam, num. 3.
4 *Sacra nocturna quædam Cereris uigilijs.*
Qua nocte uiro concumbere piaculum erat
num. 5.
6 *Phedria noctu in Vigilijs Cereris cõpreſſa.*
7 *Sacra Paganorum nocturna, condemnata*
etiam antiquiorem ſeculo.
8 *Sacra Paganorum nocturna, condemnata,*
ad id Romuli lex.
Reaſſumpta à Cicerone, & Dionyſio Hali-
carnaſſeo, num. 9.
10 *Sacra Paganorum nocturna condemnata,*
Conſtantij conſtitutio
11 *Sacraficia Baccho celebrata Nyctalia nun*
cupata.
Alij Nyctilegia dixerunt, num. 13.
12 *Bacchus Nyctelius dictus.*

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

¶Sacra paganorum nocturna, quippe, quæ mulierum pudicitiæ inſidiarentur, ab ipſo etiam Romulo, atq; à Conſtantio condemnata.

APVD Ethnicos olim ſacra quædam nocturna ad fuiſſe, vt ſexcentos alios antiquiores æui miſſos faciam, teſtati ſunt † no-
1 ſtri ſeculi interpretes grauiſſimi Petr. Greg. Tholoſ. in 1. par. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib. 2. cap. 17. in tit. Particulari de Vigilijs Eccleſiaſticis, incipit, Quia feriæ feſtiuæ, Couar. variar. reſolut. lib. 4. cap. 19. Feſti dies olim apud Gentiles, nu. 10. verſ. Nam, & Romulus cum ſuos ciues, Franciſc. Balduin. ad leges Romuli, ad leg. viij.

Quibus dum notam turpitudinis aliqui inurunt, à Dionyſio apud Euripidē
2 in Bacchiis actib. ſecund. defenduntur† hoc pacto.

Pentheus, τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς,
Dionyſius, νύκτωρ τὰ πολλά: σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Pentheus, τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιον ἐστι, καὶ σαθρόν.
Dionyſius, κἂν ἡμέρα τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν, Ideſt.
Pen. *Nocturna an interdiu hæc ſacra (ideſt orgia) peragis?*
Diony. *Noctu plerūq; habēt religionē tenebræ.*
Pen. *Hoc ī mulieres doloſū et vitio obnoxiū.*
Diony. *Quum & ī die qs inueniat turpitudinē.*
Ego lego ſic.
Penth. *Noctu ne, an īterdiu hæc ſacra pagis?*
Diony. *Noctu plerunq; &c.*

Hanc Euripidis tutelam ad nocturna paganorū ſacra recenſere Tholoſ. loco cit. ſcilicet in 1. par. ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 2. cap. 17. num. 3. verſ. Erant & apud Ethnicos.

3 Sed certē opportunē accuſabat † Pentheus eiuſmodi ſacra, q̄ noctu celebrarētur, tanquam mulierum pudori maximē inſidiantia. Quod cūm multis cōprobare poſſim exemplis, illud tanquam notiſ ſimū vnico contentum erit, vt uideatur.

4 Erant igitur olim apud Ethnicos † ſacra quædam nocturna in quibus mulieres olim in æde Cereris peruigilabant,
5 qua quidem nocte viro concumbere † piaculum erat. Explicet autem virgo Phedria Euclionis filia q̄d ſibi ea nocte contigerit. Illam enim Leonides filius Eumoniæ, nepoſq; Megadori Virginem
6 Phedriam † compreſſit, de qua Lar familiaris in Aulularia Plauti, in Prologo, his uerbis.

Is ſcit adoleſcens, quæ ſit, quam compreſſerit:
Illa illum neſcit: neq; cōpreſſam aūt pater &c.
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris Vigilijs.

Sed & ea tempeſtate ad fragilis ſexus vindicandam pudicitiam nocturna illa
7 paganorum † ſacra condemnata fuiſſe etiam ſub grauiſſimis ſupplicijs teſtatur tum Couar. d. lib. 4. variarum reſolutionum cap. 19. num. 10. & Balduinus ad leges Romuli ad l. viij. vide eos. Satis eſt mihi ſatisfeciſſe perſuaſero, ſi binas glorioſiſſimorum Cæſarum ad id conſtitutiones retulero.

8 Scripſit itaq; † Romulus, vt obſeruat etiam Balduin. loco cit. ſcripſit inquam in nocturna ſacra legem eiuſmodi.

NOCTVRNA MVLIERVM SACRIFICIA NE SVNTO, PRÆTER ILLA, QVÆ PRO POPVLO RITE FIANT.

9 Quam legem eleganter de more † ita explicat eam reaſſumens, & Cicero, & Dionyſ. Halicarnaſſeus, de quib. Couar. loco cit. his uerbis. Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, præter illa, quæ pro populo ritē fiant, & ſubdit. Quid autem mihi diſpliceat in nocturnis, poetę indignantur Comici. Qua licentia Romæ data, quidnam egiſſet ille, qui in ſacrificium cog tatam libidinem intulit, quo nec imprudentiam quidem oculorum adiici fas fuit?

10 Sed & † Conſtantius conſtitutionem hanc edidit. Videlicet.

VT ABOLEANTVR NOCTVRNA SACRIFICIA MAGNENTIO AVTHORE PERMISSA.

Digitized by Google

Teſtis eſt Balduin.ad ll. Romuli, ad
obſeruatam legẽ viij. Ex Codice Theo-
doſiano in x.libro.

Scio autem, ne horum ignarus videa
prorſus, ne non cõdemnatum iri, quod
hanc Conſtantii legem maiuſculo nota
uerim charactere, quod forte is potius
ſic legis ſenſus,quam legis edicta forma
lia verba.

Sed & in eam me impulit ſententiam
Couarr.eandem referens legem, lib. 4.
Variarum reſolut.cap.19. Feſti dies,nu.
10.verſ.Eadem ratione, qui dum eandẽ
obſeruat Conſtantii ſanctionem,illã no
lat,cũ eadẽ prorſus formula,his uerbis.

Atq; vt poſteriora prioribus conue-
niant, quoniam de Bacchiis ſacrificiis
11 ſermo inceptus eſt,ſacrificia eiuſmodi†
falſo Deo Baccho celebrata Nyctelia ap
pellabantur,inde deducta, quod,ut di-
12 ximus,noctu celebrarẽtur,vnde & †Bac
chus Nyctelius fuit appellatus. Quan-
13 quam alii † Nyctelia eadem ſacrificia
dixere.

DE COETIBVS
Cap. XL.

SVMMARIVM.

1 *Cœtus nocturni capitali iudicio condemna-
ti.*

Ratio adducitur, num. 2.

3 *Cœtus nocturni à Romulo ad tuendam pu-
dicitiam prohibiti.*

4 *Cœtus nocturni Tertulliani tẽporibus chri-
ſti fidelibus interdicti cur in bacchanalib.*

ARGVMENTVM.

¶Cœtus nocturnos omnes magiſq; bacchationum temporibus cõdẽnatos,& quare.

SED & in vniuerſum cæ-
tus omnes nocturnos, no-
cturnaſq; omnes coitio-
nes, aut alios quoslibet
clandeſtinos conuentus
lege 12. tabul. abolitos fuiſſe, atque
1 †capitali iudicio condemnatos, lege
etiam Gabinia promulgante, ſcripſit
Petrus Greg.Tholoſ. par.3.ſyntag.Iur.
uniu.in tit.generali de Actionibus, lib.
35.cap. 6. in tit.particulari, de Sedi-
tionis crimine, incipit, Ad maieſtatis
crimen,numer.16.verſ Conſidera,& le
ge.Qui nocturni conuentus, ne fierent,
licet,ſub capitis pœna in maſculis can-
2 tum eſſet,ne † ſeditionibus, lædendæve
maieſtati humanæ locus eſſet, nec ta-
men ij mulieribus libere patere potue-
runt,ne aliqua impudicitiæ, vel realis,
vel imaginariæ nota,pudicis alias,& ho
neſtis,aut virginibus,aut matronis im-
penderet. Qua de re, Romulus in lege
viij. ſic eum interpretante Franciſco
Balduino,ne pudor muliebris abeſſet,
3 pudicitiaq; contaminaretur in † no-
cturnis, virorum, & mulierum cœti-
bus,ac congreſſibus,prudenter ſanxit in
hæc verba.

NOCTVRNAS IN TEMPLO VIGILIAS NE HABENTO.

Hi autem nocturni congreſſus, dum
cum mulieribus ſẽper prohibentur, eo
potiſſimum tempore condemnantur,
quo magis effreni animi in voluptates
præcipiti quodammodo efferuntur,qua
le eſt in bacchanalibus.Quod & eo ma-
gis bacchationum tempore,a Tertullia
4 no† Chriſti fidelibus fuit interdictum,
quod Ethnici exiſtimarent, Chriſtianos
in his conuentibus fęda illa cæcitate cri
mina, quæ olim ab ipſis gentilibus im-
pie in tenebris,religionis prætextu com
mittebantur,vt teſtis eſt Couar. lib.4.va
riarum reſolut.cap.19.Feſti dies, nu.10.
verſ.Eadem ratione.

DE OPERATIO
Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Operarius non tenetur operas praſtare no-
cturno tempore.*

2 *Scriptor non tenetur ſcribere de nocte.*

3 *Vxor non debet nocturnas operas uiro ſuo.*

4 *Opera debentur etiam nocturno tẽpore, ſi id,
uel conſuetudo uelit, uel ſtatutum.*

Opera-

Digitized by Google

8 *Operarius, qui in alienis operetur aruis, excuſatur allegans mandatum ſeu dominum in iudicio nominans.*
Fallit pluribus ex cauſſis, num. 6.
Præcipueq; ſi nocturno tempore operaretur, num. 7.
Sublimitatur, num 8.
9 *Suſpecti actus legitimantur, ubi neceſſitas imminet, omnisq; ideo dolus abeſſe dicitur.*
10 *Opera diurna melior eſt nocturna.*

ARGVMENTVM.

¶ Operarium certa conuenta mercede conductum, nocturnas operas non debere, niſi aliud uelit loci cõſuetudo, poſſe tamen operari. Sed an impunè nocturnas operas non domino locare poſſit, Ploti negatiua opinio temperata.

OPERARIVS, qui certa conuenta mercede ad operandum ſit conductus, an etiam nocturno tempore teneatur operari; hoc eſt, quod priore loco eſt inueſtigandum: poſteriore uidendum, an poſſit.

Quod igitur pertinet ad primum, An conductus operarius teneatur nocturno
1 tempore operari. Dicendum eſt, quod † non, Ant. de Butr. in cap. 1. in 2. notab. de treug. & pac. Azo in ſumma de operis libert. in prin. Alber. in l. More ff. de ferijs. Dec. in cap. conſuluit de off. deleg. num. 36. Bartol. i rubr. C. de oper. libert. ibid. Bal. Mantua in ſuo Dialogi. clal. 4. c. 50. Scio, quod dies, nu. 2. uerſ. In operibus hominum, qui ſolo nititur tex. in l. 1. ff. de oper. libert. & eſt text. in l. 2. in fin. ff. de annuis leg. unde inferunt doctores ad
2 † ſcriptorẽ, qui promiſit operari, vel ſcribere, ut non teneatur, nec operari, nec ſcribere de nocte, Angel. & Imol. in l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de uerb. oblig. Alex. in l. More, nu. 12. uerſ. Et an ille, qui promiſit ff. de fer. per Bart. in l. ſi non ſortem §. libertus, col. 4. uerſ. Veniamus ad gloſ. magn. ff. de condict. indeb. addo Dec. in cap. conſuluit, nu. 37. uerſ. Et ideo ſcriptor, de offic. delegati. Faciunt ea, quæ ſcripſimus in cap. de Vxo-
3 re in fin. quod ſcilicet † nocturnæ operæ nõ debentur ab uxore uiro ſuo, Gerard. ſing. pen. ad fin. num. 5. uerſ. Eodem modo fuit reſponſum, Ant. de Prato ueteri, inter conſil. Alex. conſ. 133. Vere crudelis, num. 6. uerſ. Et hoc probatur authoritate, lib. 4. Bald. in rub. num. 1. uerſ. De nocte autem, C. de oper. libert. per iura ibi allegata, de quo dic, ut ibi notatũ eſt.

Fallunt hæc omnia quoties extaret, uel ſtatutum, uel conſuetudo in contra-
4 rium, quoniam eo caſu dies † operarum extenderetur etiam ad nocturnum tempus, & in omnibus, ac per omnia ſtandum eſſet conſuetudini, & ſtatuto, Cæpol. in l. 2. §. fin. & præcipuè in 2. & 4. q. ff. de uerb. ſignif.

Quod pertinet ad ſecundum. An cõductus operarius poſſit nocturno tempore operari; Certe ſic, quilibet enim fauori ſuo, & iuri pro ſe introducto poteſt renunciare uulgatis iuribus. Bene tamen animaduerta, ne ea de re ſibi aliquod impendeat malum. Atque illa erit obſeruatio omnium inſtar. Certa eſt
5 iuris regula, quod † conducti ad operandum, ut ſcilicet, uel metant ſegetes, uel uuas colligant, uel herbas excidant, uel ſuccidat ſyluam, uel quippiam ſimile agant, ſi id faciant in alieno ſolo, & ſic iniuriam, damnumve tertio inferant, excuſantur ipſi, ſi mandatum allegent, comprobent, dominum conductorem operarum, illiuſue iuſſum nominent, conuincant, ita Caſtr. qui tamen ex particulari ratione contrarium conſtituit in conſ. 470. Ad primum quæſitum, par. 1. Afflic. qui ita dicit Neapoli
* fuiſſe * determinatum deciſ. 217. Fuit dubitatum, num. 3. in caſu ſtatuti ciuitatis Papiæ ita conſuluit Bald. conſ. 463. Statuto communis Papiæ, uolu. 3. Alex. conſ. 36. Viſis ijs, quæ per Dominos, nu. 3. verſ. Præterea dixit ſingul. lib. 1. Felin. conſ. 23. Viſa petitione, num. 9. uerſ. Se-

cundo loco pro abſolutione,& conſi. 24. Circa cauſſam,num.1.Angel.in trac. de Maleſ.in verb.Sempronium mandatoré, quæſt.4.Socin.Sen.in l.rem, quæ nobis, col.fin.ff.de acq.poſſ.Bald.in l. non ideo minus,col.1.C.de accuſat.Dec.in l.velle non creditur,num.8.uerſ.Et quod ſupra dictum eſt ffd.e reg. iur. Ripa in cap. 2. num.61.de Iud.Pract. Pap. in forma libelli pro turb.poſſ.in glo.§.animo,& intentione turband.nu.3.uerſi. Ex quibus,
* de * communi Plot.ad l.ſi quando, num. 780.uerſic.Sexto limita, circa mediũ C. vnde vi,Iaſon in l.de pupillo §.nũciationem,nu.7.uerſ.Extra gl.ff.de op.no.nũc. qui adducit Alber. in l. ſi quis id quod col.fin.ff.de iuriſd.om.iud.dicentem, ſe
* ita pluries obtinuiſſe in *practica.

Fallit hoc dictum pluribus modis,qui cum ſuis iuribus,& authoritatibus uideri poſſunt,& apud Dec.in d.l.uelle non creditur,à num.8.ff.de reg. iur.& prolixius apud Plot.in d.l.ſi quando, à num. 781.C.vnde vi,puta,ſi operarii conueni
6 rentur ex † proprio delicto,ſi operariis facta fuiſſet proteſtatio,uel inhibitio, ſi operarij feciſſent actum illicitum,& de genere prohibitorum,ſi feciſſent actum contrarium,ſi fuiſſent in aliquo dolo,puta,quia eſſent uicini,&c.ſi exceſſiſsẽt operarii fines mandati. Et quod ad rem
7 noſtram attinet,ſi,uel clandeſtinè, uel † nocturno tempore operati fuiſſent laboratores, quia non excuſarentur nominã do dominum,Plot.in d.l.ſi quando, numero 790.uerſicu. Sexto limitantur C. vnde vi.

Niſi fortè ea concurriſſent nocturno
8 tempore,quæ actum † nõ clandeſtinum, ſed palam factum arguerent,ut in indiuiduo Plot.loco cit.in fin.per ea, quæ ſcribit Crau.conſi.205.Pernoctatio. Addo ego,uel neceſſaria de cauſſa operis nocturnis fuiſſet incumbendum.Quid.n.ſi iam maturis ariſtis maximum è cœlo impenderet periculum,uel ex grandinis iniuria,uel ex maxima ui uentorum, ut quotidie docet experientia,eo enim caſu dicerem ego hos operarios adhuc eſſe in bona fide,& omnino excuſandos, quo-
9 niam actus licet † ſuſpecti nocturno tempore,ubi tñ imminet neceſſitas,legitimãtur,& omnis dolus in dubio dicitur abeſſe,Bal. in ca.1.col.pen.de fide inſtrumẽ. Iaſ.in l.More Romano,nu.20.uerſic.Aduerte tamẽ ff.de feriis,faciunt dicta Decij in ca.conſuluit,nu.35.uerſi. Secus autem eſt in actibus de offic.deleg.

Non ideo tamen exiſtimes eum, qui operas eſt pollicitus, eaſdem nocturno tempore inuito cõductore præſtare poſſe,ea.n.ratione deterior efficeretur con
10 ditio conductoris, quoniam opera de † mane eſt melior,quã de ſero,Bald.in rubr.C.de oper.liber. Alex.in l.More ff.de fer.in fine,gl.Angel.& Imol.in l. ſtipulationes ff.de uerb.oblig.

D E O P E R I S
Cap. XLII.

S V M M A R I V M.

1 *Nocturna opera olim apud Romanos, ne ſtatua dimouerentur.*

2 *Nocturnarum operarum pleraq; remiſſiuè.*

A R G V M E N T V M.

¶ Comitem Romanum nocturnis operis inſeruiiſſe, quæ illius eſſet prouincia. De nocturnis operis alia remiſſiuè.

POSSET hoc caput non perperam poni inter ea, quæ de Excubiis, Campario, Vigile, & aliis eiuſmodi dicemus ſuo loco, ſed nec ineptè hic iacet, meo quidem iudicio, poſteaquam de Operario ſuperius fuit pertractatum. Rem ipſam tandem aggrediamur.

Nocturnis operis inſeruire dicebatur apud Caſſiodorum Comes Romanus, qui cum ſuæ Comitiuæ militibus inuigi
1 lare tenebatur nocte, ne † ſtatuæ dimouerentur locis ſuis,uel ſepulcrorum monumenta furto auferrẽtur,inſidiãteſque pri-

Digitized by Google

priuatorum fortunis, & mœnibus rei ue ritate diſcuſſa puniebant, Caſſiod. lib. 7. Variarum, ca. 15. de quo Petrus Gregor. Thol. par. 3. ſyntag. iur. lib. 47. cap. 35. in tit. de Præfecto vrbi, uum. 12. uerſi. Nocturnis etiam operis. Vigilias hodiernas
2 † uidebimus loco ſuperius commonſtrato, & aliquid prætcrea dictum eſt in ca. de Operario, & in ca. de Vxore.

DE EDICTO EORVM, qui effuderint, uel deiecerint Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. 1. in prin. ff. de his, qui effuder. uel deiecerint, ex Baſilicis ſupplendus.*
2 *Edictum eorum, qui effuderunt, uel deiecerūt, nō hēt locum nocturno tēpore ex Baldo: Temperatur, nu. 3.*
Iudicis tandem arbitrio relinquitur, nu. 4.

ARGVMENTVM.

¶ 1 dictum eorum, qui effuderint, uel deiecerint, nocturno etiam tē pore uigere interdum, aduerſus Baldum.

I VLIANVS in l. 1. in princ. ff. de his, qui effud. uel deiecer. refert Prętoris edictum in hæc uerba. Vnde in eum locū, quo vulgò iter fiet, uel in quo cō
1 ſiſtet, Baſilici † textus addunt, & bene, in quo ex more conſiſtet, deiectum, uel effuſum quid erit, quantum ex ea re damnū datum, factumuè erit in eum, qui habitauerit, in duplum iudicium dabo, &c. An illud edictū ſemper ſibi aſſumat locum, quādocunq; & nocturno tempore, quid eiectum, effuſumuè fuerit, quā ob rē tranſeunti, uel immorāti damnum datum ſit.

Et Bal. in l. hoc edictum. §. labeo ait ff. eo. de his, qui effud. uel deiecer. dicit qđ
2 ſi deijcitur in illum, qui uadit de † nocte, non punitur deijciens, atque hoc dicit * notandum benè, quoniam contingit ſæpè de facto.

Sed certè licet Labeo id abſolutè uelit, Paulus tamen in d. §. labeo, Labeonis tēperat dictum. En uerba tex. Labeo ait locum habere hoc edictum, ſi interdiu de-
3 iectum ſit, non † nocte. Sed quibuſdam locis, & nocte iter ſit.
4 Hoc igitur erit iudici † arbitrarium inſpecta loci, & temporis qualitate.

DE MALEDICTIS, et Malè ſcriptis. Cap. XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Maleficiorum appellatione ueniunt etiam maledicta.*
2 *Maleficium non tantum committitur re, ſed etiam uerbo.*
3 *Maleficij appellatione uenit omne delictum ex Grato.*
4 *Maleficiorum appellatione non ueniunt maledicta ex alijs.*
5 *Maledictum, & conuicium quomodo differant.*
6 *Conuicium dictū quaſi cōnocium, & quare.*
7 *Maledictum poteſt fieri ſine conuicio.*
8 *Maleficium quid ſit.*
9 *Blaſphemia, &*
Iniurioſa uerba ueniunt appellatione maleficiorum largè, & impropriè.
10 *Maleficia nocte commiſſa ſi duplici pœna puniendæ ſunt, maledicta non cadunt ſub ſtatutum.*
Contrarium ex Aretino, & alijs, nu. 12.
11 *Maleficiorum appellatione ueniunt etiā maledicta, & quomodo.*
13 *Blaſphemans in palatio duplici non punitur pœna, ſtante ſtatuto, quòd maleficia in palatio duplici pœna puniantur.*
Contrarium uerius, & quare, num. 14.
15 *Statuentium mens eſt attendenda.*
16 *Ratio unica, ubi reddi poteſt, eadem pro expreſſa habetur.*
17 *Maledicta nocturna non puniuntur duplici pœna ſtante ſtatuto, quòd malefacta nocturna ita puniantur, ex Bartol.*
Contrarium ſuadetur, nu. 19.
18 *Tenebræ inuitant ad delinquendum.*
20 *Maledictum, &*

Bla-

Blaſphemia dicuntur delicta.

21 *Delicta nocturna ſi duplici puniãtur pœna, etiam maledicta, & blaſphemia in ſtatuto continentur.*

22 *Delictum eſt genus ad maleficium, & male dictum ex Authore.*

23 *Maleficij appellatione uenit omne delictum ex Grato.*

Sed largè ex Authore, nu. 24.

25 *Crimen.*

Delictum &

Maleficiũ largo modo ſumpta confundũtur.

26 *Delictum eſt id, quod re tantum committitur ex Ozerio.*

27 *Tex. in l. reſpiciendum §. delinquitur. ff. de pæn. declaratur.*

28 *Maledicta nocturna duplici pœna puniuntur ſtante ſtatuto, ut maleficia ita puniantur, ex ueriori opinione.*

Et ita communiter practicatur, nu. 32.

29 *Libelli famoſi dicuntur mal ſicta ex communi uſu loquendi.*

30 *Communis uſus loquendi etiam in odioſis, & pœnalibus præfertur propria uerborum ſignificationi.*

31 *Libelli famoſi ſæpius nocturno tempore affigi conſueuerunt.*

33 *Rubrica nigrum declarat.*

ARGVMENTVM.

¶ Sanciente municipali iure, ut malè facta nocturno tempore duplici puniãtur pœna, an blaſphemiæ, uerba iniurioſa, cæteraque id genus, malè dicta, & malè ſcripta cõtineantur; Affirmatiuè cum communi opinione, & recepta praxi, aduerſus Bartolum tandem determinatur.

GRAVIS eſt controuerſia inter ſcribentes, an appellatione maleficij ueniat maledictum, & malè ſcriptũ. Et dum plura adduci poſ-
1 ſunt ad probandum appellatione† maleficij uenire etiam maledicta, & maleſcripta, blaſphemias, aliaue iniurioſa uerba, ut eſt glo. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. in princip. in uerbo Iniuria, gloſſ. inſtit. de obligat. quę ex quaſi delicto in prin. uerbo, Sed non ui, ubi gloſſ. uult quod
2 maleficium non tantum † committatur re, ſed etiam uerbo, quod etiam uoluit gloſſ. in l. ex maleficiis in fin. ff. de action. & obligat. text. in l. ſed ſi unius. §. quædam. ff. de iniur. text. in Authent. ut non luxur. contr. nat. Grat. conſil. 48. Vt ex litteris, num. 10. uerſi. Et appellatione maleficij, lib. 1. qui uoluit appellatio-
3 ne maleficij uenire † omne delictum. Atque alia pleraque faciant ad proban-
4 dum † non uenire alterum alterius expreſſione, ut in fortioribus terminis ſcripſit Tholoſanus part. 3. ſyntag. Iur. uniuerſ. in tit. generali de action. lib. 38. capit 5. in tit. particulari, de uerbis illata iniuria, ſeu de contumelia. Incip. Claudianus I.C. num. 4. uerſ. Verbis iniuria facta, poſt iura ibi allegata, ſcilicet poſt tex. in l. 1. §. iniuriam autem. ff. de iniur. in l. item apud Labeonem, in l. 15. §. ait prætor cum §§. ſeqq. C. eo. in §. iniuria autem inſt. eo. de iniur. ſcripſit inquã Thol.
5 differre † male dictum, & conuicium, qđ
6 conuicium dicatur quaſi † commocium, uel à uicis, in quibus prius habitatũ eſt, ſeu etiam a cõfuſis uocibus in uicis, quia conuicium non niſi concitatione, & conuentu, quo cõcurrunt plurium uoces di-
7 citur, & † maledictum ſine his fit, dat ibi uaria exempla Tholoſ. eaque iuribus omnia comprobat, uide eum. Et ſatis probatur ex definitione maleficii, dum definit
8 maleficium, quod ſit † malefactũ, Sebaſt. Med. in tract. de definitionibus, part. 2. definitione 38. Maleficium, num. 1. Bart. in l. omne delictum, nu. 2. ff. de re milit.
* *communis tamen illa uidetur reſolu-
9 tio, quòd † blaſphemię, aliaue iniurioſa uerba ueniant appellatione malefactorũ, ſeu maleficiorũ largè, & impropriè, nõ aũt ſtrictè, & propriè, ita Auguſtin. Arimin. ad Angel. in tractat. de Malef. in uerbo Verba iniurioſa, nu. 5. uerſi. Quid autem ſi ſtatuto, in fin. addit. Io. Franciſ. Ozer. inſt. de obligat. in princ. nume. 30. uerſ.

uerſ.Quare tu ſic ſolue,Natta cōſ. 597.
Prætermiſſo multiloquio, nu. 15. uerſ.
Aliud.n.facere, Bartol.in l. Aut facta,in
princ.nu. 1. ff.de pœn. Aretin. Inſtit. de
obligat. quæ ex delict. in princ. num. 1.
uerſ.Sed cōtrarium tenet, Tiber. Deciā.
in ſuo tract crimin.lib. 1. in titu. de Ma-
leficio,cap.8.Maleficium ſimiliter,num.
9.uerſ.Sed hæc quæſtio.Baiar.ad Clarū,
lib.5.recept.ſent.§. 1.num.19.uerſ. Sed
quæro nunquid.

Quod ſi uerū eſt,optime deduxit Bar.
in l.Aut facta in princ.num.2.ff. de pęn.
uerſ.Et per hoc dico, quod ſi ſtatuto ca-
uetur,ut in maleficiis commiſſis de no-
cte pœna duplicetur, quod hoc non ha-
10 bebit locum in † uerbis iniurioſis, ſunt
formalia uerba Bartol. Idem additur ad
Angel.Aretin.in tractat.Malef.in uerbo
De nocte, ut mandatum,num.2.additio
incipit,Dicatur nox, uerſ. Nota tamen.
Idem uoluit Angel.in eod.tract. Malef.
in uerbo.Verba iniurioſa, nume.5.verſ.
Quid autem ſi ſtatuto. Idem in his ter-
minis probauit Alex. conſ. 77. In cauſſa
accuſationis,numer.10.uerſ. Ergo non,
lib.1.Idem uoluit Tiber. Decian.in ſuo
tract. crimin. lib. 1. de Maleficio cap.8.
Maleficium ſimiliter nomen eſt,num.9.
uerſ.Sed hæc quæſtio,qui tamen,nu.10.
contrarium tenet.Idem etiā uoluit Alc.
in l.uerbum facere.ff.de verb.ſignifi.qui
dicit eſſe * cōmunem. Idem uoluit Bar-
thol.Bertaz.crim.conſil.215. D.Bartho-
lomeus,num.7.uerſ.Tertio,& ſi potuiſ-
ſet,uol.1.

Hanc Bartoli,& aliorum opinionem
dubitanter dixit falſam Auguſtinus Ari
min.ad Aretin.in d.verb. Verba iniurio
ſa,num.5.verſ.Tu adde,quod dubito,per
plura iura, aliaſq; authoritates, quibus
colligitur maniſeſte appellatione maleſi
11 cii uenire etiam † blaſphemias, & alia
male dicta,quibus tamen,& ipſe reſpō-
det,quod improprie intelliguntur. Sed
quæ eſt ſumma rerum neſcit euitare
contratiam Baldi authoritaem in l.
Ignorantia C. de crimine ſtellionat.di-
cens uidendum Baldum, quoniam Bal-
di authoritas alio modo eſt fundata, &
pro opinione Baldi contra Bartol.addu-
cit etiam Catal. in materia Syndic.
quæſt.126.

Et contra Bartol.eadem nitens autho-
ritate tenuit Aretin.Inſt.de obligat.quę
ex delicto in prin.num.1. uerſ.Sed Bald.
ubi dicit hoc eſſe * uerius, ut ſcilicet
12 etiam † nocturno tempore maledictorū
duplicetur pęna, ex l.atrocem C. de in-
iuris,quæ eſt baſis,& fundamentum,tū
Baldi,tum ſequacium, contrariam opi-
nionem contra Bartolum ſuſtinentium,
& male,non ratione Baldi,ſed in ordine
ad ſequaces,ut inferius apparebit.Hanc
etiam ** ueriorem opinionem in pun-
cto dixit Angel.de Malef. in uerbo Ver-
ba iniurioſa,num.5.verſ.Quid autem,ſi
ſtatuto in fi. dum remittit ad ſeipſum
in eod.uerbo, Verba iniurioſa,num.13.
verſ.Quid ſi ſtatuto dicatur,de quod ma
gis eſt contra Bartolum dixit * commu-
nem Alex.ad eundem Bart.in d.l.aut fa-
cta,in prin.litt.in E,in uerbo verbis in-
iurioſis ff.de pęnis,qui etiā dicit contra
Bartolum communiter * practicari,quod
blaſphemia dicatur delictum; de quo
aliquid etiam in fine capitis obſerua-
bamus.

Sed male omnes in re propoſita tan-
ti uiri, dum Aduerſus Bartolum inſur-
gūt,præpoſuiſſem impetrata venia, vel
eorum pace, ſi id neceſſum foret dum
tantum ſuſtinemus patrem, quantus eſt
Bartolus.

Bene quidem dicit Bald. in l.Ignoran
tia C.de crimine ſtellionatus, ſed male
inducitur cōtra Bartolum in propoſito,
conſuluit.n.aliquando Bart.ſtante ſtatu-
to, quod in Palatio duplicentur pœnæ
13 maleficiorum,aliquis Deo † blaſphemiis
in Palatio maledixit, an ſint ideo du-
plicandæ pœnæ,conſuluit inquam Bar.
& reſpondet,quod nō,quoniam nō erat
malefactum,ſed maledictum.Cui meri-
14 to iure † inſurgit Bald. in l. Ignorantia,
num.3. uerſ.Præterea maleficium C.de
crimine ſtellionatus,per tex.in l. Atro-
cem C.de iniuriis,quia ſtatutum dupli-
cat atrocitatē delicti,& hic inquit Bald.
reſultat maior atrocitas ratione loci,er-
go habet locum pœna ſtatuti. Et opti-
me Baldus, in ſtatutis enim non cortex
ver-

Digitized by Google

15 uerborum, ſed † mens ſtatuentium eſt
attendenda, Iaſ. in l. 1. §. ueteres, nu. 29.
* ff. de acq. poſſ. & eſt vulg. Iur. * regula,
16 quod quoties † vna tantum ratio in ſta-
tuto adduci poteſt, habetur ea pro ex-
preſſa, & omnes caſus, in quibus ea mili
tet ratio, ij omnes in ſtatuto expreſſi cẽ
ſentur. l. Cùm pater. §. dulciſſimis, & ibi
DD. ff. de leg. 2. tex. & gloſ. in. l. ſi is, qui
animo ff. de acq. poſſ. in. l. milites agrũ,
in princ. ff. de re milit. Tiber. Decian. in
tract. crim. lib. 1. in tit. da Maleficio, cap.
8. Maleficium, numer. 10. uerſ. Ex qua
ratione.

Sed non facit ad rem, quoniam ibi du
plicatur pœna ratione loci; & ratione lo
ci, eiuſq. reuerentiæ eadem militat du-
plicationis ratio, tùm in maledictis, tum
in malefactis: ſiquidem ex ſtatuti mente
utrobiq; duplex fit offenſio, altera ratio-
ne delicti, altera ratione loci. Bartolus
autem loquitur de duplicatione pœnæ
17 in ordine ad † tempus, quo tempore, ni-
mirum ſi valeat duplicatio pœnæ in or
dine ad malefacta, cũ quis difficilius ſe
eximere, ſi offendatur, ſe ipsũ, ſuaq. tue-
ri poſſit nocturno tempore, fruſtra. n. eo
tempore contremeſcentibus omnibus,
omnibus ſomno, uinoq; ſepultis, auxiliũ
imploratur, ideoq. magis audax hoſtis
18 efficitur, eumq. † tenebræ ad delinquen
dum quodã pacto dicũtur inuitare, Iaſ.
in l. Titius. §. Lucius, num. 13. uerſ. Nam
tenebræ inuitant, ff. de lib. & poſth. & la
tè ſcripſimus in cap, 2. Nox vnde dicta.
Ratione autẽ maledicti, & maleſcripti,
potius uidetur temperanda pœna, quã
amplianda, cum ea minus innoteſcere
conſueuerint, quæ nocturno enũciantur
tempore, ut dicemus in cap. de Edicto
publico.

19 Ni forte, & hoc caſu † velimus ex iden
titate, uel etiam ex maioritate rationis
duplicari pœnam, ad quorundam ſcele
ſtiorum compeſcendam malitiam, pra-
uoſq. cõpeſcendos mores, qui interdiu,
nec catulo, quod aiunt, audent maledice
re, nocturno uero tempore ipſos etiam
Deos, antiqua obſeruata locutione, con
uiciis laceſcere non pertimeſcunt.

* Nec negocium facit, quod * com
mune addit Alex. ad Bartol. in l. Aut fa-
cta in princ. in litera E, i. uerbo, Verbis,
iniurioſis ff. de pœn. dum contra Bartoli
dictum inſurgit, dicens, quod Maledi-
20 ctum, & † Blaſphemia dicitur delictum,
cõcedo. n. quod ſit delictum, ſed nego ꝙ
ſit maleficiũ, quod dicẽdi modo utitur,
& bene, Bartol. Quare, ſi extaret ſtatu
21 tum ut † delicta nocturno tempore du-
plici condemnarentur pœna, etiam ma
ledicta, & blaſphemiæ, etiam maleſcri-
pta duplici pœna eſſent plectenda, & in
hoc libenter communi concederemus
opinioni. Sed Bartolus non loquitur de
delicto, ſed de malefacto, & enixè loqui
tur ſemper, quod maledictum non eſt
malefaciũ. Sed tamen Tiberius Decian.
in tract. crimin. lib. 1. de Maleficio, cap.
8. Maleficio ſimiliter, num. 10. uerſ. Vbi
refert Bartolum, & ipſe confundit hos
terminos, delictum ſcilicet, & malefi-
22 cium, & male: eſt. enim † delictum ge-
nus ad maleficium, & maledictum, hæ
autem ſunt duæ delicti ſpecies, quic
quid in contrarium ſcripſerit Grat. cõſ.
48. Vt ex litteris, nu. 10. uerſ. Et appella-
tione maleficij, uol. 1. dum uoluit, quod
23 appellatione † maleficii veniat omne de
24 lictum: niſi dixeris uenire † large, ut ſu-
perius diximus in principio huius ap-
paratus, eo, enim caſu confundi, & a-
25 liud pro alio ſumi, crimen. ſ. † delictum,
& maleficium ſcripſit poſt plures ibi al
* legatos de * communi teſtans Proſper
Farinac. de delictis, & pœnis, quæſt. 18.
num. 5. uerſ. Aduerte ſecundò, ubi Bald.
Caſtrenſ. Cæphal. Cotta, D. meus Præſ.
Menoch. & alii adducuntur.

Nec obſtat, quod deduci poſſet ex
Ozerio Inſt. de obligat. in prin. num. 30.
uerſ. Quare tu ſic ſolue, quem tamen in
indiuiduo nemo ponderat, quod ſcilicet
26 † delictum ſit id, quod re tantum com-
mittitur, non autem uerbis, citat autem
is tex. in l. reſpiciendum. §. delinquitur
27 ff. de pœn. Propterea, quod tex. ille † lo-
quitur exemplificatiue. Verba text. hæc
ſunt. Delinquitur autem, aut propoſito,
aut impetu, aut caſu. Propoſito delin-
quunt latrones, qui factionem habent.
Impetu autem, cum per ebrietatem ad
manus,

manus,aut ad ferrũ venitur,Caſu verò, cùm in venand,otelum in feram miſſũ, hominem interfecit. Hæc text.Certum eſt autem,quod exempla cũ ad rem obſcuram illuſtrandam deducantur, rem ipſam ex facto oculis debent ſubijcere, non autem ex verbis auribus. Horat.de Arte Poetica.

Segnius irritant animos demiſſa per aurẽ,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. *

Atq; idem voluit Bald. in l. 1.,num.2. ff.de Iuſtitia,& Iur.

Non tamen recedas à communicõtra
* Bartol.in foro, quam ** veriorem ſcripſit etiam Tiber.Decian.in ſuo tract.crimin.lib.1.de Maleficio,cap.8.Maleficiũ ſimiliter,num.10.verſ.Puto in ſpecie propoſita. Nec quidẽ contẽnendis orationibus,voluit.n. Decian.contra Bartol. qđ ſtatuto loquente de Maleficiis nocte cõ-
28 miſſis, comprehendatur, & † iniuria verbo,& ſcripto facta,in qua noctis capta occaſio videatur. Siquidem, inquit ipſe,nullus negauerit, ex communi vſu
29 loquendi,maleficia dici etiam† famoſos libellos,& atroces iniurias verbales, q̃ famam lædant,& in ſtatutis,etiam pœnalib.& odioſis,ſi modo,dico ego, hæc
30 ſtatuta odioſa ſunt, communis† vſus loquẽdi præfertur proprietati uerborum
* ut ipſe teſtatur de * communi. Inſuper ratio ſtatuti ea eſt, ut occaſio temporis tollatur,quo commodiùs delinqui conſueuit, quod ſecurius occulentur delicta.Et tandẽ à communiter accidenti-
31 bus, frequentius.n. nocturno tempore† famoſi libelli affigi conſueuerunt, turpiaq; ac fœdiſſima decãtari ab inhoneſtiſſimis,& procaciſſimis hominibus,& ſi colaphus nocturno tempore adeo ſeuere punitur, ut illius regularis pœna duplicetur, cur non duplicentur pœnæ iis,qui famoſis libellis,turpiſſimiſq; cantilenis nocturno tẽpore familiarum honeſtatem lædunt,ac deturpant,non ſine totius Ciuitatis ſcandal o, ac perturbatione.

Et refert Decianus loco cit. num. 10. uerſ.Dicit tamen, Catal.de Bõcompag. in ſuo trac.ſyndic.quæſ.73.Inci. Adde quod ſtatutum duplicans pœnas,dicentem ſe vidiſſe,quod,cum quidam Iudex uoluiſſet ſequi doctrinam Bartoli præallegatam,uix euaſit in*ſyndicatu, quod
* etiam monumentis commendauit Bald. inſt.de oblig.quæ ex delicto naſcuntur, in prin.de quo etiam Claud. Berrat. ad conſil.patris ſui,conſ.215. D. Bartholomeus,ſub littera C,uerſ.Bald. uero,uol.
* 1. qui & ipſe dicit * communem contra Bart.de cõmuni etiam Soarez. in ſuo Theſaur.in uerbo Maleficium,num.20. qui referens Alciatum in l.uerbum facere ff.de uerb.ſignif.dicentem cõtrarium
* eſſe * receptum, dicit Alciati opinionẽ explodendã magis uerbi ſubtilitate,quã ſolidis iuris rationibus fulciatur.Et hãc eandem opinionem,poſteaquam cõem
* contra Bartol.dixit Clar, eandem ſibi * magis placere teſtatus eſt li.5.receptar. ſent.§.1.num.11.uerſ.Sed quæro nunq. maleficium;& amplius refert Alexãdrũ
32 dicentem contra Bartolum † communiter
* practicari. Idem uoluit etiam Proſper Farinac.in tit.de Delict.& Pœn.q. 18.Delictum generale nomen eſt,nu.4. uerſ.Aduerte primo. Remiſſiue ſolum adducens Clarum uideri poteſt Bernardus Henricus in ſuis magis communib. lib.1.concluſ.123.Maleficium,an etiam dicatur,qui attento titulo,& rubrica ex
33 † qua nigrũ declaratur l. 1.ff. ſi cert.pet. Aret.in prin.procem.inſtit.num.13.uer. Quæro,an hęc rubrica,Iaſ.in rub.inſtit. de action.nu.14.uerſ. Aduertit tñ Alex. in l.1.num.8.uerſ.Sed ſi non habent,ff.ſi cert.pet.Idem Alex.conſ.101. Super eo, nu.4.uerſ.Quia ex rubrica, uol.3. Idem Alexan.conſ.227. Ponderatis narratis, num.6.lib.6.Idem Alexand.conſ. 70.In cauſſa,& lite,num.8.uerſ. Hoc enim primo patet, Idem late cõſil. 6. Attentis uerbis dicti ſtatuti, per totum, eodem lib.7.innui, inquam Bernardus Henricus loco cit. dum illius operis titulum inſcribit, De magis communibus opi-
* nionibus, eam eſſe ** magis communẽ opinionem. Nec certe,poſt fori authoritatem,omni caret ratione.

D E

Digitized by Google

DE PLVRALITATE Delictorum. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Plura delicta quando plura reputentur, remiſſiue.*
2 *Furta plura eadem committens nocte, non dicitur plura commiſiſſe ad hoc, ut ſuſpendatur.*
Ratio adducitur. num. 3.
4 *Statutum Medioliani in Criminalibus, ca. 65. declaratur.*
5 *Furtum unicum cum armis nocturno tempore committens furcis ſuſpenditur.*
Sed certe potius dicendus eſt aſſaſſinus, quam fur.

ARGVMENTVM.

¶ Plura delicta, quando ad unum reuocentur, remiſſiuè. quid de pluribus delictis eadem nocte patratis.

NON eſt præſentis inſpectionis longiore ſtylo examinare, an, & quando plura delicta pro vnico reputentur, & quando in vim plurium perſeuerent, videri po-
1 terit † late rem examinans Proſper Farinac. in tit. de Delictis, & Pœnis, quæſt. 22. Regula ſit, quod plura delicta, per totam, Clar. libr. 5. recept. ſent. §. fin. quæſt. 84. Dictum eſt de Pœnis, ibid. Baiard. Baiard. iterum ad Clar. in §. furtum, nume. 46. poſt Caſſan. ibi allegat. Cæpol. in Auth. Sed nouo iure, nume. 68. verſ. Et dicitur vnum furtum, cũ pluribus ſeqq. C. de ſeru. fugit. Bart. in l. nũquã plura, poſt nu. 4. ff. de priuat. delict. Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 10. De his criminibus, nu. 8. verſ. Hactenus tractatum eſt. Atq. alij, quos non eſt neceſſe huc referre.

Sed quod ad rem attinet, licet futurũ thema tam diurno tempori poſſit cõuenire, quam nocturno, quia tamen Plot.
illud effingere voluit tanquã noctu commiſſum furtum, placet illud hoc in opere recenſere. Plot. itaq. in Aut. Sed nouo iure, nu. 72. verſ. Sed dubitari poteſt, C. de ſeru. fugit. ſcribit de facto illud Ve-
2 ronæ contigiſſe, ut † quidam eadem nocte plura commiſerit furta, an pro vno reputẽtur furto, ne furcis ſuſpẽderetur, an vero nullum negocium faciente noctis identitate, plura adhuc furta perpetraſſe diceretur, & concludit in re, de qua agebatur, ad id ne ſuſpẽderetur, vnicum furtum furem illum ea nocte cõ-
* miſiſſe dicitq; ita fuiſſe* iudicatum Veronæ. Illudque optima quidem ratione, quia ſcilicet, quod ex tertio furto quis ſuſpendatur, id in odium prauę cuiuſdã conſuetudinis, ex qua furetur, fuit intro-
3 ductum, quæ conſuetudo † nõ poteſt proprie verificari in vnius noctis multiplicato, ac continuato furti delicto.

Hinc declarari poſſunt pleraq; ſtatu-
4 ta, atq; inter alia Statutum † Mediolani in criminalibus, cap. 65. Si quis fuit non famoſus.

Quanquam attento iure communi, ut quis furcis ſuſpẽdatur, ſufficit etiam vnicum furtũ, ſi quis tamẽ ad furtũ cum
5 † armis accedat, ita poſt Caſſan. ibi allegat Baiard. ad Clar. in §. furtum, nu. 45. verſ. Et quod fur nocturnus. Sed certe is
6 potius † aſſaſſinus dicendus eſt, quam fur ſimplex.

DE CONSVMMATIONE Actus Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Conſummationis hora denominat actum.*
2 *Inſtrumentum incertum ante mediam noctem, & perfectum poſt, attribuitur diei ſequenti.*
3 *Conſummatum de nocte, licet inceptum de die, dicitur nocturnum.*
4 *Inſtantanei actus denominãtur ab hora qua conſummantur.*
Secus ſucceſſiui, ſaltem in pœnalibus, nu. 6.
5 *Inſtrumẽta, quomodo ſucceſſiua dici poſſint, & quomodo inſtantanea.*

Tem-

Digitized by Google

7 *Tempore illicito inceptum, licitè poſtea expeditur.*

8 *Mixtum non continetur ſub ſimplicibus in pœnalibus.*

9 *Viatoribus nocturnis, quando culpa adſcribatur, licet iter diurnis inceperint horis.*

10 *Vulnerans, ſi ſit in uno territorio, & vulneratus in alio, vbiq; poteſt puniri.*

Sed alij voluerunt puniendū tantum in loco vulneris, & conſummationis actus, nu. 11

Prima verior, num. 13.

12 *Eccleſia. Non dicitur in Eccleſia percuſſus, qui per mantellum ab eccleſia extractus, extra eccleſiam percutitur.*

14 *Percutere, & trahere differunt natura, & effectu.*

15 *Pluralitas pœnarum, quando detur ex unico actu.*

ARGVMENTVM.

¶ Actus, an ab illius conſummatione denominetur, & ratione loci, & ratione temporis; Ideoque an nocturnus actus ſit, quid diurno quidem inchoetur, nocturno uerò tempore expediatur.

PLVRIBVS horis, ſi
quid agatur, denomina-
tionem faciendam eſſe
1 ab actus † conſummatio-
ne, atque conſummatio-
nis hora voluit Io. Andr. in addit. ad Spe
cul. de Inſtrum. edit. §. 2. in verbo Hora
diei, Felin. in cap. paſtoralis, nume. 7. de
reſcript. Cagnol. in l. ſi librarius, nume.
72. ff. de regul. iur. & nouiſſimè Barthol.
Bertaz. in tract. clauſul. clauſ. prima, glo.
5. Poſt indictionis, num. 8. verſ. Et in hoc
hora conſummationis, qui ideo volue-
runt ſcripturam, ſeu inſtrumentum le-
ctum partibus ante mediam noctem,
2 ſi poſt † mediam noctem perficiatur le-
ctura, & ſtipuletur inſtrumentum, ut
aiunt, apponatur in inſtrumento dies
ſequens, & ſi actus inchoetur interdiù,
ſi nocturno tempore expediatur, & con
ſummetur, ac abſoluatur, dicatur cele-
3 bratus non diurno tempore, † ſed no-
cturno; faciunt ea, quæ dicemus in cap.
de Notario, & in cap. de Falſis.
Quod uerum ego intelligo in actibus
4 † inſtantaneis, & momentaneis, qualia
ſunt inſtrumenta, quæ, licet quoad tra-
5 ctatum poſſint dici † ſucceſſiua, quò ta-
men ad capiendam ſubſtātiam ſunt mo
mentanea, atq; inſtantanea, ut diximus.
6 Quod, ſi ſimus in actibus † ſucceſſiuis, ar
bitror rem aliter ſe habere, maximè ad
euitandam pœnam, vt quæ diurno tem
pore fuerint ichoata, licet nocturno fue
rint conſummata, non ideo dicantur ge
ſta nocturno tempore, nec ea de re pœ-
na incurratur. Illud ſit exemplum. Piſis,
qui naui, uel ſcapha, tranauerit flumen
Arnum poſt datum ſignum ſalutationis
Angelicæ in Veſpertino crepuſculo, da
re tenetur pœnas triremium, aliquis in-
greſſus eſt ſcapham ante datum ſignū,
& dum tranat ſalutatur Virgo, an poſ-
ſit impunè totum tranare flumen. Et di-
co, quòd ſic. Idem dico de prohibitis,
uel grana, uel farinam uehere poſt ſolis
occaſum, quid enim ſi ſol occidat prius,
quàm domum peruenerint uiatores, cū
tamen ante ſolis occaſum iter arripue-
rint; Quoniam ſcilicet negocium eſt ſuc
ceſſiuum, quo caſu, non tam conſumma-
tio attenditur, quam inchoatio, unde ne
gotium tanquam inceptum tempore li-
7 cito, licitè etiam poſtea † expeditur, glo.
fin. in l. nemo poteſt ff. pro ſocio, & fa-
cit quoad recitatos caſus, quia eſt nego
cium mixtum, partim diurno tempore
celebratum; partim nocturno, & in pœ-
8 nalibus, ſub ſimplicibus non † continet
mixtum, Aretin. in §. omnium, nu. 6. in-
ſti. de Action. l. uim paſſam §. præſcrip-
tione ff. de adult. Roman. conſ. 294. Hæc
confeſſio, num. 4. uerſ. Certum eſt autē.
Idem Roman. conſ. 259. In caſu propo-
ſito, num. 5. uerſ. Hęc exceptio, latiſſimè
Tiraquel. de ll. connubial. gloſ. 5. nu. 71.
uerſ. Sed & hæc, ubi ſexcenti recenſen-
9 tur. Niſi fortè poſſit † uiatoribus aliqua
obiici culpa, quòd nimis tarda hora
iter arripuerint, ita ut ueriſimiliter ſibi
perſuadere potuerint, ſe non peruentu
ros domum ante ſolis occaſum, uel poſt
ſolis occaſum potuerint in itinere com
modè morari.

Verùm

Digitized by Google

Verùm arguendo de loco ad tempus,
obſtare uidetur, quod ſcripſit Bald. in c.
1. §. Iniuria, de pac. iur. firm. prout eum
refert Alex. ad Bar. in l. Et ſi amicis §. ſed
& ſi, nu. 1. ſub littera B, uerſi. Dicimus de
inſultu ff. ad l. Iul. de adult. quod ſcilicet
ſi vulnerans eſt in aliquo territorio, &
explodat tormentum manuale, & explo
ſum tormentum aliquem occidat in a-
10 lio territorio, poteſt † ubique puniri, er-
go non fit denominatio à conſummatio-
ne, & perfectione actus, ſed ab utroque
termino, à tempore inchoationis, & per
fectionis, quod & uoluit Abbas in capi.
cum inter, num. 3. uerſ. exemplum in eo,
de conſuetud. Idem in cap. 1. in ſecundo
notab. de pręſumpr.

Sed certè non defuerunt, qui contra-
rium ſuſtinuerint, ut ſcilicet non poſſit
11 quis ubique puniri, ſed tantũ in loco †
uulneris, & conſũmationis actus, is fuit
Cyn. & Ray. in l. 1. C. ubi de crimine agi
oporteat, de quibus Alex. loco cit. & in
ea opinione conquieſcit etiam Alex. lo-
co cit. Pro quo facit, quod uoluit Bald.
in cap. 1. §. Iniuria punitur, nu. 12. uerſi.
Quærunt doctores, de pace iuram. fir. qđ
12 non dicitur percuſſus in † Eccleſia, qui
per mantellum, quod extra pendebat tra
ctus eſt extra eccleſiam, & ibi percuſſus,
de quo etiam Io. And. in cap. fin. de Im-
munit. eccl.

Sed in hac facti ſpecie ulterius non
inſiſto.

Tenẽdo igitur, quod ubique poſſit pu
13 * niri † tanquam iudicio meo * ueriorem
opinionem, dico maximam eſſe differen
tiam inter utrumque caſũ, quoniam, qui
ante ſignum ſaluationis ſcapham ingre
ditur, non peccat in primo extremo ex
natura actus; hoc caſu peccat in utroq;
extremo, in loco vulneris ex effectu, in
loco exploſi tormenti ex affectu, qui pu-
niretur ẽt non ſecuto effectu l. ſi quis nõ
dicam rapere C. de SS. Eccleſ. à fortiori
text. in l. is, qui cum telo. ff. de ſicar. ideo
vbique poteſt puniri.

Nec obſtat ſimile de extrahente ab ec
cleſia, qui punitur tantùm reſpectu con-
ſummationis actus, & ſic percuſſionis ex
tra Eccleſiam. Reſpondeo enim illud eſ-
14 ſe, quia aliud eſt trahere, aliud † percu
tere, & diſcrepant ad inuicem natura, &
effectu. l. neque ff. de ſurt. l. Sed eximẽdi
ff. ne quis eum, Bald. loco cit. qui inde op
timè notat, quòd quando actus non ter-
minatur ad unum terminum, nec ad unã
15 ſpeciem delicti, ibi eſt † pluralitas etiam
pœnarũ. Noſtro autem caſu actus explo-
ſionis tormenti manualis, ad unum tan-
tùm terminum, & unam ſpeciem deli-
cti terminatur, ſcilicet ad homicidium.

DE MAGISTRATIBVS, Quò ad Nomina. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus nocturni, qui.*
2 *Comites Romani fuerunt ex nocturnis uigilibus.*
3 *Triumuiri nocturni.*
4 *Præfecti uigilum.*
5 *Prætor populi nocturnus.*
6 *Nyctoſtrategi.*
7 *Nyctoſtrategi, nõ Nicoſtrategi ex Pancirolo.*
Sed utroq; modo legi poteſt ex Authore n 8.
9 *Nyctoſtrategi nocturni milites ex Sudao.*
Declarat Author, nu 12.
10 *ϛρατηγία tam militationem, quam præturã importat.*
11 *Nyctoſtrategi inter magiſtratus enumerati.*
13 *Ædiles magiſtratuum nocturnorum muneri ſucceſſerunt ex Tholoſ.*
Contrarium ſentit Author, nu. 14.
15 *Aediles ex magiſtratibus nocturnis deligebantur.*
16 *Aediles &*
Tribuni plebis interueniebant interdum cum magiſtratibus nocturnis.
17 *Ædiles aliqui nocturni.*

ARGVMENTVM.

¶ Magiſtratus nocturni penes nomina recenſentur. Panciroli, Budæi, & Tholoſani, uel corriguntur lapſus, uel certè dicta declarantur.

MA-

1 MAGISTRATVS veſpertinos,† ſeu nocturnos
fuiſſe teſtatur Petrus Greger. Tholoſ. poſt alios ibi
allegatos part.3. Syntag.
Iuris uniuerſ.lib.47.ca.35.
Magiſtratus vrbicus,in titu.de Præfecto
vrbi,in tit.generali de Acti.nu.10. uerſi.
Sed & inter Vrbanos Pręfectos. Qua de
re autem fuerint adinuenti dicemus in
ſequẽti capite,ſit ſatis modo,quibus nominibus nuncuparentur uniuerſi,breuiter admonere.

2 Comites Romani fuerunt ex † nocturnis uigilibus, de quibus Caſſiod.
libr.7. Variarum, cap. 15.& Tholoſan.
dict.cap.35.num.12.uerſi.Nocturnis autem.

Triumuiri alij,qui tamen non ſimpli-
3 citer triumuiri, ſed triumuiri † nocturni appellabantur,l.1.ff.de off. præf.
Vig.

4 Pręfecti† Vigilum,de quib.text.in l.2.
& 3.ff.eo.de off.præfect.Vig.

5 Prætores † populi, de quibus Guido
Pancirolus in fine ſuæ notitię, De Magiſtratibus municipalibus,capit.24. Arcendis,in tit.de Nyctoſtrategis, & Petr⁹
Gregor.Tholoſ.d.par.3.lib.47.cap.35. à
num.10.quos forte nocturnos Pręrores
dixit Alciat.cuius quidem indicem, dũ
cum opere confero, indicat mihi index
nocturnum pręrorem, ſed is nocturnus
pręror in opere latitat,nec.n.eum uſquã
potui reperire,non vulgari profecto adhibita diligentia.

6 Nyctoſtrategi† recenſentur à text. in l.
munerum.§.legati quoque ff. de muner.
& honor.

Hic ualde tumultuatur alioqui doctiſſimus uir Guido Pancirolus de Magiſtra
tibus municipalibus d.cap.24. dicens le-
7 gendum eſſe† Nyctoſtrategi, non Nycoſtrategi,parum animaduertens,quod u-
troque modo legi poſſit, dum.n. Nycto-
8 ſtrategi† legimus dictionem illam compoſitam à ſimplici νύκτωρ græcè, latinè
nocte aduerbium deducimus,dum uero
dicimus Nycoſtrategi,à græco νυχὸς. ꝙ
eſt nox,latinè deflectimus,Quinimo forte,uel Nycoſtrategi, uel Nyctiſtrategi,
nõ Nyctoſtrategi legendũ eſt,quæ.n.per
Nyct. componuntur,in Nycti ſępius deſinunt;Νυκτίβιος.i.in nocte uiuens. Νυκτικόραξ coruus nocturnus.Νυκτιλόχοι.i.
latrones nocturni.

Qua in re,iure ſaltem hodierno attento,exiſtimo aliqua ex parte, ex alio tamen capite, lapſum etiam eruditiſſi-
9 mum Budæum, qui hos † Nyctoſtrategos nocturnos milites appellauit excubias agentes, ut additur ad l. Munerum.
§.legati quoque ff.de muneribus, & honoribus.

10 Scio certe,quod † στρατηγία apud Gręcos tam militationem, quam præturam
importat,non uideo tamẽ quomodo militatio inter magiſtratus adnumeretur,
11 inter quos tamen enumerantur† Nyctoſtrategi,glo.in l.2.§.Deinde Cornelius,
in uerbo Magiſtratus.ff. de orig. Iur. &
tex.in l.2.ff.de off.pręfect.vig.

12 Dico ergo hos † Nyctoſtrategos, ab
initio quidem recte nocturnos milites
dictos eſſe, nec.n.ab initio erant magiſtratus,tex.in d.§.Deinde Cornelius,cũ
glo.in uerbo Magiſtratus,hodie uero nocturnos prætores nuncupandos, per ea,
quæ ſuperius dicta ſunt.

Horum tãdem Magiſtratuum noctur
13 norum muneri ſucceſſiſſe † Aediles teſtatur Greg.Tholoſan.in par.3.Synt.Iur.
lib.47.cap.35.num.10.uerſ.Quorum poſtea muneri Aediles ſucceſſerunt.

14 Sed† parcat, & oculatiſſimus Tholoſanus, ni ego hallucinor,nec.n. Aediles
muneri Magiſtratuum nocturnorum ſucceſſerunt, ſed ex Magiſtratibus noctur-
15 nis Aediles† deligebantur.l.2.§. Deinde
Cornelius,verſ.Nam prefectus.ff.de origin.Iur.Benè interdum cum Magiſtrati
16 bus nocturnis interueniebant,&† Aediles,quemadmodum, & Tribuni plebis,
ut apertè legitur apud Paulum in l.1.ff.
de off.præfect.Vig.

17 Aediles tamen fuerunt † Magiſtratus
quidam nocturni,de quibus in ſequenti
capite.

Atque hæc de Nocturnorum magiſtratuum nominibus ſatis. Accedamus autẽ
ad eorundem magiſtratuum nocturnorum munera.

DE MAGISTRATIBVS Quò ad Munera. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus nocturni cur adinuenti.*
2 *Comitum Romanorum prouincia.*
3 *Triumuiri nocturni qua de re creati.*
4 *Præfecti uigilum cura.*
5 *Prætores populi eundem penſum habebant, quem Præfecti uigilum.*
6 *Nyctoſtrategorum, ſeu Triumuirorum munus.*
7 *Aediles generales, interdum cum triumuiris nocturna incendia arcebant.*
8 *Aediles particulares nocturnas uigilias ad ſacras ædes agebant.*

ARGVMENTVM.

¶ Magiſtratuum nocturnorum prouinciæ ſigillatim obſeruatæ.

FVERVNT autem adinuē-
1 ti Magiſtratus † nocturni, ut
quo nocturno tempore apparere Magiſtratus inconueniens iudicabatur, uices ipſi Magiſtratuum obirent. Et quidem ad uaria munera deſtinati.

Comites etenim Romani, eiuſque co-
2 mitiuæ milites † inuigilare debebant noctе, ne ſtatuæ dimouerentur locis ſuis, nèue ſepulchrorum monumenta furto auferrentur, inſidianteſque priuatorum fortunis, & mœnibus puniebant, rei ueritate diſcuſſa, Caſſiodorus, lib. 7. uariar. cap. 15. Petrus Gregor. Tholoſ. par. 3. ſyntag. Iur. lib: 47. in tit. generali de Action. cap. 35. Magiſtratus urbicus, nu. 12. uerſ. Nocturnis etiam operis, in tit. particul. de Præfecto vrbi.

3 Triumuiri nocturni, ea de † re creati fuerunt, ut excubias noctu agerent, ne incendia fierent, tex. in l. 1. ff. de off. præf. Vig. Thol. d. cap. 35. nume. 10. uerſ. Sed & inter Vrbanos, Guido Pancirolus in fine Notitiæ, de Magiſtratibus Municipalibus, cap. 24. Arcendis incendiis, in tit. de Nyctoſtrategis.

Præfecti † uigilum a Cæſare conſtituti ut notionem haberent de nocturnis furibus, effractoribus incendiariis, de fraudatoribus in capſarios, qui ſuſpiciebant in balneis cuſtodienda ueſtimenta, ij noctu excubias faciebant, & urbem pererrantes ferebant hamos, & dolabras, toto tit. ff. de offi. præfect. Vig. præcipueque l. nā ſalutem Thol. d. c. 35. nu. 11. verſ. Et cùm præfecto, Pancirollus d. c. 24. verſ. Romę uero præfectus uigilum.

5 Prætores populi eundem † habuiſſe pē-
ſum, quem Præfecti uigilum, teſtatur Pancirol. d. c. 24. in fin.

6 Nyctoſtrategos græcè, latinè † Trium-
uiros illos nocturnos ad arcenda incendia delectos dicit Panciroll. eod. cap. 24. in princ.

7 Aediles † generales, qui interdum in-
terueniebant cum Triumuiris ad arcenda nocturna incendia, l. 1. ff. de offi. præfect. Vigil. Tholoſ. part. 3. ſyntag. lib. 47. in tit. de Aedilibus, cap. 31. num. 9. in fin. uerſ. Proſpiciebant, & ædiles. Aediles
8 inſuper quidam † particulares, quibus
præcipiebatur, ut noctu uigilias agerent ad ædes ſacras, de quibus Cicero Vaticinium.

DE MAGISTRATIBVS Quò ad Honorarium. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Papiæ ſtatutum de nocturnis cuſtodijs, & Magiſtratuum honorarijs.*
2 *Cuſtodiæ, & Magiſtratus nocturni dicuntur munera perſonalia.*

ARGVMENTVM.

¶ Magiſtratus nocturnos, nocturnaſque cuſtodias munus eſſe perſonale. Vtilitas.

1 EXTAT municipale ius † Papiæ in ſtatutis ciuilibus, ſub Rub. 132. Adtollendum, in fin. in hæc uerba. Cuſtodiæ uero nocturnæ, & diurnæ, & ſalaria Poteſtatum diuidantur per capita tantum, & non pro hauere.

Idem omnino dicendum eſt de Iure
2 communi, quandoquidem hæ † cuſtodiæ munus perſonale appellantur, L. munerum §. legari ff. de mun. & honor. Guido Pancirolus in fine Notitię, de Magiſtratibus Municipalibus, cap. 24. Arcendis incendiis.

DE EXCVBIIS Cap. L.

SVMMARIVM.

1 *Excubiæ ab excubando dictæ.*
2 *Excubare eſt foris cubare, &c.*
3 *Excubiæ interdum uigiliæ, interdum cuſtodiæ dictæ.*
4 *Cuſtodia eſt communis ad nocturnam, & diurnam.*
5 *Excubiarum,*
– *Vigiliarum, &*
Cuſtodiarum prouincia, remiſſiue.
6 *Excubiæ. Tholoſani locus plenus de excubiis nocturnis.*
7 *Vigiles, iis qui noctu circumeunt, notas dant, & teſſeras.*
8 *Excubiæ cuſtodiam relinquentes fuſte cædun tur.*
9 *Excubiis nocturnis ignes debiti.*
10 *Leonis Baſilii Imperatoris filii factum ſingulare ad excubias nocturnas experiundas.*
11 *Excubias gerere, quis cogi poſſit, & quando, licet immunis.*

ARGVMENTVM.

¶ Excubiæ unde dictæ. Quid differant Excubiæ, Vigiliæ, & Cuſtodiæ. Quis ordo in nocturnis cuſtodiis; quæ pœna negligentis, quis ad excubandum, etiam inuitus poſſit accerſiri, licet alias immunis.

1 EXCVBIAS ab † excubando dicta eſſe ſatis manifeſtum eſt, excubāt autem,
2 qui extra, ſeu † foris cubant, ſeu extra cubile sũt. Alio nomine Vigilię appel
3 lantur, Cuſtodiæ † etiam interdum. Et licet Excubię aliquando diurnę, Vigilięq; diurnæ ab interpretibus dicantur, inepte tamen, cum quilibet excubet interdiu, atq; euigilet. Cuſtodiæ melius diurnę modo, modo nocturnæ appellantur, cum cuſtodia ab utroq; abſtrahat tempo
4 re, atq; omnibus † inſeruiat horis, in potẽtiori tamen ſignificato, cuſtodias nocturnas ſignificat Cuſtodia ſimpliciter dicta, quia eo potiſſimum tempore cuſtodiarum opera, fideiq; eſt opus. Vnde Virgil. lib. 9. Aeneidos.

Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos
Collucent ignes: noctem cuſtodia ducit
Inſomnem ludo.

5 Quod eſſet † Excubiarum, Vigiliarum, & Cuſtodiarum munus, dictum eſt in c. De Magiſtratibus Nocturnis Quo ad Munera.

Hoc tamen loco, nec debeo, nec poſ
6 ſum ſilentio præterire pulcherrimum † Tholoſani locum de Excubiis nocturnis poſt Polybium li. 6. in hæc verba. Caſtris metatis tribuni exigunt a ſingulis nihil furto e caſtris ablaturos: poſtea excubias circa caſtra uallata ponunt, uigilias, & circuitiones noctu agunt ſcilicet Romani. Aliqui præcedenti die admoniti per ſingulas uigilias, & alii certas circuunt, alii poſt eos ſequuntur, Qui circuit a
7 ſingulis † vigilibus accipit notas, & ſuas teſſeras, ſi inueniat vigiles dormientes, vel reliquiſſe cuſtodiam, cum ſociis atteſtationes accepit, & mane apud Tribunos producit teſſeras, ex quibus cognoſcitur, qui reliquerint cuſtodiam, & Tribuno cuſtodię uocato, res agitatur:
8 ſi damnetur, fuſte † cæditur, Sequitur Tholoſ. poſt Diodorum ſicul. lib. 29. fuiſ

ſe in caſtris uigilias quatuor ternarum
9 horarum, ubi & ſingulis † ignes noctu.
Et ne ſingula recenſeam, Tholoſanumq;
huc totum referre uelle uidear, id tandē
ſit ſatis, quod ibidem obſeruat ex Liuth-
prando Tonnenſi, de Rebus per Europā
10 geſtis, lib. 1. cap. 3. Leonem ſcilicet † Ba-
ſilij Imperatoris filium, ut experiretur di
ligentiam cuſtodiarum, & excubiarum,
quæ ob metum uicinarum gentium di-
ſponuntur ſingulis noctibus per Ciuita-
tem Conſtantinopolim, edicto, ut ſi quis
noctu erat, cęſus carceribus mancipetur,
ut poſtea mane de eo iudicium habeatur
ipſummet incognitum, ſolum, noctu in
cuſtodias data opera ſe conieciſſe, dicen
tem, ſe proficiſci in lupanar, & corrupta
prima cuſtodia 12. aureis proceciſſe: in-
cidiſſeq; in ſecundam, quam & 20. aureis
datis euaſit, in tertiam poſtea uenientem,
cæſum, & carceribus mācipatum. Verum
ipſe ſe declarans carcerum Præfecto, in
ſedem ueniens poſtea, exilio mulctauit
primam, & ſecundam cuſtodiam, & ter
tiæ harum, & alia bona dedit. Hęc Tholo
ſan. par. 2. ſyntag. Iur. uniuerſ. in tit. gene-
rali, de Perſonis lib. 19. cap. 11. Milites in-
ter cætera, nu. 3. & 4. uerſ. Qui excubias
Palatij.
11 Quis autem ad excubias poſſit † com-
pelli, etiam alias immunis, & quo tempo
re, uide late eundem Tholoſan. in d. ſyn-
tag. Iur. uniuer. li. 6. ca. 3. nu. 16. cum ſeqq.
lib. 3. cap. 8. nu. 4. lib. 18. ca. 20. nu. 3. lib. 9.
ca. 6. nu. 29. & d. li. 19. ca. 11. Specul. in tit.
de Accuſat. §. 5. ad fin. Bened. in repet. ca.
Raynutius, col. 4. de teſtam.

DE CANIBVS Cap. LI.

SVMMARIVM.

1 *Canes, nocturni uigiles Romæ.*
2 *Canes noctu obdormientes furcas fixos, & ſuſpenſos.*

ARGVMENTVM.

¶ Canes nocturnas cuſtodias exercentes, obdormientes, furca Romæ fixos, & quare.

SED & cuſtodias no-
1 cturnas † canes exer-
cuiſſe, publiceq; Ro-
mæ in Capitolio ali-
tos, ut ſignificarent, ſi
fures uenirēt, ſcripſit
Cicero pro Sexto Ro-
ſcio, cuius loci, licet non meminerit Tho-
loſ. mox allegandus, ipſe tamen idem ex
Liuio, & Plinio teſtatur. Amplius dicit
Tholoſ. hoc canes ad cuſtodias noctur-
nas retentos, cum obdormiſſent, nec de-
2 texiſſent hoſtium aduentum, Romę † fur
ca fixos, & ſuſpenſos fuiſſe, ut hominib.
exemplo eſſent, non eſſe cuſtodias, & ui
gilias ſegniter agendas, uel omittendas,
Tholoſ. par. 2. ſyntag. Iur. uniuerſ. in tit.
generali de Perſonis, li. 19. ca. 11. Milites
inter cætera, num. 4. uerſ. Apud Plinium.

DE LATRONVM Excubiis. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Excubia nocturna qua de re admuenta.*
2 *Latrones noctibus excubantes, ne deprehenderentur.*

ARGVMENTVM.

¶ Latrones ſortes ductos, noctibus ad propriam ſalutem ut excubarent.

EXCVBIÆ nocturnæ
quanquam ea potiſſimum
1 de † re fuerint introdu-
ctę, ut inde ſaluti, com-
modiſque Reipubl. ſatis
eſſet conſultum, non de-
fuerunt tamen ſceleſtiores homines, qui
eiſdem fuerint abuſi ad eiuſdem Reip.
incommodum, & ruinam. Scribit itaque
Apuleius, lib. 4. Meta. de quo Tiraquelli
de

de Iure Primigeniorũ opinione. prima, quæſt. 17. num. 83. uerſ. Iuſtinus lib. 1.
2 Latrones † forte ductos fuiſſe, noctibus ut excubarent ſpeculandi gratia, ne ſcilicet inuenti latrones deprehẽderentur.

DE ACCVSATIONIBVS, et Inquiſitionibus. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio requirit temporis qualitatem.*
2 *Nocturnum tempus, interdum eſt circunſtantia aggrauans, interdum alterans.*
3 *Accuſator tenetur exprimere, & probare nocturni temporis qualitatem, ubi eſt circunſtantia alterans.*
Secus eſt in circunſtantia aggrauãte, nu 4.
Quam tamen ſi exprimat accuſator, tenebitur etiam probare num. 5.
Quod diſplicet Claro, num. 6.
Reprehenditur Clarus & in quo, num 8.
7 *Accuſatus cũ qualitate nocturni tempori, de delicto, quod eſt delictũ de ſui natura, non probato tempore, non ideo abſoluitur.*
9 *Accuſans aliquem de delicto cum qualitate nocturni temporis, addat clauſulam, Non ſe adſtringendo, &c.*
10 *Accuſans aliquem cum qualitate nocturni temporis, debet clare, & ſpecifice horam, & horæ qualitatem exprimere.*
11 *Accuſatus de delicto cum qualitate nocturni temporis ſi delictũ mitius altera noctis hora puniatur, ea præſumetur hora deliquiſſe qua mitius puniatur.*
12 *Accuſatus, quod commiſerit delictum a prima hora noctis, intelligitur poſt finitam primam horam.*
13 *Accuſare non poteſt euntem de nocte is, qui, & ipſe nocturno inceſſerit tempore.*
14 *Inquirens Iudex, & in inquiſitione dicens, poſt ſonum Campanæ, non intelligitur poſt finitum niſi addat.*
15 *Inquiſitus de crimine nocturno, abſoluitur ſi probetur commiſſum de die.*
16 *Inquiſitus, quod cum enſe percuſſerit, abſoluitur ſi probetur percuſſum cum baculo.*
17 *Inquiſitus quod percuſſerit in facie, abſoluitur ſi probetur percuſſio in humeris.*
18 *Inquiſitus abſoluitur probata diuerſitate factorum.*
Declarantur hæc omnia ab Authore, n. 19.
20 *Inquiſitio nõ procedit niſi præcedete infamia.*
21 *Accuſatio procedit, etiam non præcedente infamia.*

ARGVMENTVM.

¶ Nocturna delicta, quis poſſit accuſando detegere. Accuſans, aut inquirens iudex de nocturno crimine, a quibus ſedulò debeat præcauere.

INTER ea pleraque, quæ tum ex iure communi, tum ex inueterato cuiuslibet ditionis ſtylo in accuſationibus requiruntur, nõ modici eſt mo
1 menti qualitas † temporis, quam cum alibi in cap. de Dolo exactiſſimè conſiderauerimimus, hic illud tantum commonuiſſe ſufficiat, quod ſtrictè ad noſtrum pertinet inſtitutum.
Quoniam nocturnum tempus, inter
2 dum eſt † circunſtantia aggrauans, interdum alterans, ut dictũ eſt in cap. de Circunſtantia, licet teneatur accuſator re
3 ſpectu nocturni temporis † alterantis, illud, & exprimere in accuſatione, & ſimul probare, ut dictum fuit ibid. ubi ta
4 men eſt circunſtantia † aggrauans, ut de vulnere illato de nocte, ꝙ uulnus eſt delictum, etiam abſq; nocturni temporis qualitate, caueat omnino accuſator, ne uulnus coniungat cum nocturni temporis qualitate: etenim ſi accuſator Iudici detulerit aliquem, quod noctis tempore intulerit vulnus, conſtito de vulnere, non probata nocturni temporis qua
5 litate, † reijcietur acuſator, Bart. quæſt. 17. Iure municipali, faciunt dicta Marſil. in tract. de fideiuſſ. nu. 72. uerſ. Et pro illis facit, poſt Aretin. de Maleficijs in uerbo, Anno præſenti, uerſ. Secũdo quæro, Bartol. in l. Is, qui reus, nu. 9. ff. de pu
* bl. Iud. de * cõmuni poſt Bertrand. conſ. 217. num 2. lib. 6. teſtatur Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 12. Hactenus de Inquiſitione,

ſitione,numer.14.uerſ. Sed quid, ſi ac-
cuſator.

Et licet Clarus loco cit. verſ. Quæ ta-
men opinio,dicat, quod hæc opinio ſibi
6 nunquam placuit,credẽs, quod cum ma
* gna difficultate poſſet ſuſtineri in * pra-
ctica, addens,quod ubi ageretur de eo,
quod eſſet ita delictum de die, ut de no-
cte,ſeu tam in uno die,quam in alio,pro
bato delicto, non tamen probata qualita
te,crederet adhuc reum non ideo eſſe ab
7 ſoluendum.Bene† dicit non eſſe ideo ab
ſoluendum:Sed pace tanti viri, non be-
8 ne alterum ex altero † deducit, dicit. n.
communem,ſibi non placere, dum uult,
quod accuſator ſuccumbat,ſubdens ibi,
quod imo reus non eſt abſoluendus. Sed
certe cumulantur hæc duo, & ſimul eſſe
poſſunt,ut reus ſuccumbat, & reus con-
demnetur.i.non ad inſtantiam accuſato
ris,ſed ex iudicis inquiſitione, ut latius
diximus in cap.de Circunſtantia.

Quare bonum erit,ſi accuſator poſtea
quam uulnus illatum,cum circunſtantia
nocturni tẽporis detulerit, ſubiiciat clau
9 ſulam illam ſalutarem † Non ſe adſtrin-
gendo &c.Clar.loco cit.

Caueat etiam accuſator,dum aliquem
deferet occaſione eius,quod non eſt deli-
ctum,niſi ratione nocturni temporis,uel
ratione eius,cuius pœna ex nocturno tẽ-
10 pore duplicetur,ut clare, & † ſpecifice
horam criminis,& horæ declaret quali-
tatem,Barr.in l.1.§.hoc autem,num.4.ff.
ad Sillan.Idem in l.Aut facta §. tempus,
nu.2.ff.de pœn.Quare,ſi accuſator quiſ-
piam deferat aliquem de ſero deliquiſſe
debet addere quo tempore tenebræ den
ſiores erant ſuper terram, ita, quod ho-
mines de facili nõ cognoſcebãtur, alias
uel totalis ſequetur abſolutio in primo
genere delicti, uel in poſteriore, pœna
delicti ſimpla erit,Iaſ.in l.Titi*§.Luci*,
num.17.uerſ.Tu dic,quod imo.ff.de lib.
* & poſth.& de* communi ibid.num.18.
uerſ.Item nox.Idem Iaſ.in l.More,num.
18.uerſ. Et ſi in aliqua, ibid. Alex.nu.6.
uerſ.Quid aũt ff.de fer.Bal.in l.2.ad ſi.C.
quibus res iud.Feder.de Senis,q.44. Sta
tuto cauetur,nu.2.uerſ. Nam tunc dies,
Bologn. conſ.37. Licet alias in præſenti
nu.13.verſ.Iſto tamen caſu, Natta conſ.
659.Extat decretum,num.4.uerſ. In cõ-
trarium,& num.5.uerſ.Et quia qualitas,
* & ita fuiſſe * iudicatum dixit Clar.lib.
5.receptarum ſententiarum §.fin. quæſt.
82.in uerbo Statutum el 9.num.4.

Animaduertat inſuper, & diligenter,
quòd,ſi illud deferat delictum, quod al-
tera noctis hora, uel nullo punit pacto,
vel mitius, altera uero grauius animad-
uertitur,niſi & noctis determinatam ad
dat horã,quo crimen commiſſum eſt,ea
11 in † dubio cenſebitur noctis hora patra-
tus actus,qua,uel nulli ſubiaceat pœnæ,
uel mitiori ſubijciatur, Feder. de Senis
quæſt. 44. Statuto cauetur, num. 2. uerſ.
Nam tunc, faciunt dicta Crauet. conſ.
205.Pernoctatio,nu.10.verſ.Vbi ſi acri*
* & de * cõi D. Cotta in ſuis Memorali-
bus in uerbo Diẽ,uerſ.Sed ne uideamur.
12 Si quis tamen detulerit, quod† a pri
ma hora noctis commiſſum eſt delictũ,
intelligitur a prima hora finita. Franciſ.
Aretin.conſ.72.Diligenter, & maturè,
num.5.uerſ.Item prædictus; ſed de hoc
dicendum erit in cap. de Dictionibus.

Sed neq; illud ſilentio prætereundũ,
quod ſtãte ſtatuto,ne quis poſſit noctur
nis horis incedere,non poterit quis eun
13 tem de nocte, ſi & ipſe de † nocte ierit,
aut accuſare, aut contra eum teſtifica-
ri,Felin.in cap.prudentiã in prin. uer..
Et qui uadit de nocte,de mutuis petit.

Sed & iudex inquirens,licet amplio-
res, ac laxiores habenas habeat, quam
accuſator,ipſe tamen, & caueat ratione
nocturni temporis in formanda inquiſi
tione,ſiquidem ſtante ſtatuto,vt poſt ſo
num campanę finitum pęna duplicetur
14 ſi iudex inquirat,& dicat † poſt ſonum
campanæ,nec addat dictionem illam,fi
nitum, non concludet ad duplican-
dam pœnam, Angel. de Malef. in
uerbo De nocte, ut mandatum exe-
qui,numer.2. in fin.uerſ. Et facit ad ſta
tutum, per notata in l.2.§.appellata.ff.ſi
cert.pet.& in l.In inſulam §.fructus ff.
ſol.matrim.

Sed de hoc latius in cap.de Dictioni
bus.

15 Rurſum inquiſitio de crimine † no-
cturno

Digitized by Google

ſturno non procedit, ſi probatur fuiſſe
commiſſum de die, Flor.in l.ſi commu-
nem §. ſi is,qui ff.quemadm.ſeruir.amit
tat. quod pulchro ſimili comprobatur,
ſiquidem inquiſitio de percuſſione, qđ
16 cum † enſe fuerit facta, non procedit,ſi
probatur percuſſio cum baculo;atq; in-
17 quiſitio de percuſſione in † facie non
procedit, ſi probetur facta percuſsio in
humeris, ex diuerſitate.n.factorum de-
18 bet iudex inquiſitum † abſoluere, Flo.in
l.is cuius, in princ. ff.quemadm.ſeruit.
amittt.

Quod verum intelligo in inquiſitio-
ne largo modo ſumpta, ad inſtantiam
19 ſcilicet accuſatoris, ſecus ex † Iudicis
officio,ne delicta impunita remaneant,
ſic etiam fortè colludentibus aliquādo
iis,quorum intereſt. Videri poſſunt ea,
quæ ſcripſimus in cap. de Circunſtātia.

Eſt autem non modica differentia re
ſpectu criminis nocturni,& aliorum oc
cultorum criminū,inter accuſationem,
& inquiſitionem, quòd, Inquiſitio non
20 procedit,niſi præcedente † infamia,cap.
qualiter el 2.de accuſat. Accuſatio verò
21 procedit etiam non præcedente † infa-
mia,modò locus ſit probationib.ca.ple
rumque 2.q.7.

DE SYNDICO Cap. LIV.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus dicitur patria defenſor.*
2 *Syndicorum prouincia remiſſiuè.*
41 Teſtis ſi dicit; atq; eo magis, ſi † remotiores erant teſtes; ut in ſuo caſu conſiderat, poſt ibi allegatos, Celſus Hugo conſ.62. Tanta eſt copia, num.5.uerſ.Si enim eſt uerum.

Non tamen condemnarim prorſus e-
* go ſententiam* condemnatoriam, quam iniuſtam dixit Mantua in ſuo Dialogiſ. Claſ.1.cap.16. Accuſatus, numé.5.qua

Digitized by Google

condemnati fuerunt rei ex depoſitione teſtium nocturno tempore aſſerentium quod luna lucebat; quoniam proſequitur Mantua, non erat plenilunium; quid
42 enim ſi propius accedebat luna ad † orbem, licet adhuc eum non compleuiſſet.

43 Declarando ſecundo, ut † licet etiam totum completa ſit orbem luna, nõ ideo reddat eiuſmodi teſtem omni exceptione maiorem, & inuulnerabilem, quia ha-
44 beat luna † lugubres radios, Felin. in cap. Sicut, nu. 5. uerſ. Item inficiari, de re iud. Farinac. de Oppoſit. contra perſon. teſtium, quæſt. 62. in 2. limitat. principali. num. 40. uerſ. Amplia 2. Rol. à Vall. conſ. 3. In cauſſa inquiſitionis, nu. 43. uerſ. Sicut nec etiam, uol. 3. Brun. inter conſilia crim. Ziletti tom. 2. conſ. 115. Sacratiſſime, nume. 42. verſ. Et teſtis, Viuius communi opin. 950. Teſtis deponens de nocte, num. 9. verſ. Nam aſſerebam, Boſſ. in praxi in tit. de Indiciis, nu. 173. uerſ. Sed parcant mihi, Corn. conſ. 217. Viſo themate, nu. 3. vol. 1. Crauet. conſ. 99. Io. Fihus, num. 9. verſ. Pro hoc adduco, lib. 1. Maſcard. de probat. cõcluſ. 1114. Noctis tempore, num. 5. uerſ. Huic tamen communi. Niſi eſſemus in ciuilibus, quia plena adhiberetur fides, locis cit. vel verſa uice eſſemus in criminalibus, & ageretur de cognoſcendo, ad totius etiam lu-
45 næ lume 1, † feneſtram ingredientem, quia nulla adhiberetur fides, vt ita fuiſſe
* iudicatum latè concluditur in ſyntag. comm. opin. par. 3. in tit. de Probation. cap. 26. Pars exhiberi, col. 3. uerſ. Sed aduerte nonnihil, loco 9.

Sed & ego idem arbitrarer in crimi-
46 nalibus, ut ſcilicet † plenam in plenilunio, uel circa plenilunium facerēt fidem teſtes de nocturno crimine deponentes ſi concurreret uicinitas teſtis, & bene compoſitum uiſus organum, beneq; diſpoſita potentia uiſiua, ad ea percipienda, quæ nocturno tempore committerentur, vidi deinde Baiard. Plotum, Viuium, & Maſcard. allegantem, quæſt. 21. num. 21. verſ. Sed quid, ſi teſtes.

Declarando tertio, ut in his maxime
47 poſſit, plurimumq; faciat † theorica nouilunii, plenilunij, & aliorum eiuſmodi, in ordine ad varia anni tempora, ſic Cæpol. caut. 231. Si aliquis fuit accuſatus, in prin. & clarius Viuius concluſ. 950. Teſtis deponens de nocte, nu. 4. uer. Idemq; dicendum, in fi. noi. in ſyntag. com. opin. par. 3. loco 9. in tit. de Probat. cap. 26. Pars exhiberi, per totum.

Quare, ſi ad calculum reuocatis lunæ diebus appareat lunam ea nocte non effulſiſſe, reiicietur teſtis, * & falſi damna-
* bitur, ut ita aliquando fuiſſe * damnatos ſcripſit Bald. & Angel. in l. ſi cum exceptione §. in hac ff. quod met. ca. Oldr. & alii, de quibus Margar. ad Felin. in uerbo Teſtis illiteratus. Idē ſi luna erat par-
48 ua, uel † pluiſſe conſtet, Oldrad. conſ. 207. Vniuerſis preſentes, Felin. in capit. ſicut, num. 6. uerſ. Et contra teſtes dicentes. Margar. loco cit. in verbo Teſtis, ſi dicit, Baiard. ad Clar. quæſt. 21. num. 21. verſ. Sed quid ſi teſtis, qui ad hoc adducit D. meum Præſ. Menoc. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu. 279. nu. 3. & Plot. in l. ſi quando, num. 844. C. vnde ui.

DE VOCE, ET AVDITV Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens de actu nocturno ex auditu, quam faciat probationem.*

2 *Teſtis de auditu in nocturnis criminibus non facit plenam probationem, ut ex ea ſequatur condemnatio.*

3 *Teſtis deponens de crimine nocturno facit ſufficiens indicium ad torturam, ex Iaſone, Baldo & aliis.*

Declaratur ibidem.

Modo non poſſit decipi in uoce, num 4.

Quod Iudicis arbitrio relinquitur, num. 5.

Si tamen teſtis ſit omni exceptione maior, nume. 6.

7 *Teſtis deponens ex auditu de nocturno crimine non probat, nec quo ad torturam ex Crauet. Roland à Valle, & aliis.*

Et ita iudicatum fuit Papia ex Cotta, & aliis, num. 8.

Niſi alia concurrant coniectura num. 9.

10 *Teſtis deponens de auditu in nocturno crimine,*

Digitized by Google

nu. faciet interdum indicium ad torturam ex Authore, & quando.
Contrarium arbitratur Bartolus, nu. 11.
Declaratur Bartolus, nu. 12.
13 Teſtis de auditu in ordine ad actũ nocturnũ, Cæco æquiparatur, ex Farinac.
14 Cæcus poteſt eſſe teſtis in iudicio ciuili.
15 Vox. In uoce quis decipi poteſt de facili.
16 Iacob patrem Iſaac decepit dicens ſe Eſau.
17 Obſtetricum manus, & oculi ſæpè fallũtur.
18 Inſtantiã afferre non eſt ſoluere difficultatẽ.
19 Cæcus ex alijs in iudicio ciuili facit ſemiplenam tantum probationem.
20 Teſtis vel cæcus, vel de nocturno actu deponens, quando in ordine ad vocem notam probet.
21 Teſtis de uoce plenè probat in ciuilibus, ex Alex. de Neuo. & quare.
22 Teſtis deponens de actu nocturno, uel ſimpliciter de auditu, etiam ad effectum ciuilem, in materia tamen pœnali, non facit de ſe probationem.
Fortè in praxi ſeruaretur contrarium, ex Imola, nu. 23.
24 Teſtis deponens de contractu nocturno ex auditu, &
Cæcus probant.
Modo habeant notam vocem contrahẽtium, nu. 25.
Vtrinq; tamen adeſſe opiniones teſtatur Corneus nu. 26.
27 Teſtis adhibitus in inuentario debet uidere res quæ deſcribuntur.
Ratio adducitur, nu. 28.
29 Teſtis de auditu non probat, vbi aliquis ex cõtrahentibus eſt infirmus.
30 Teſtis de auditu probat ubi agitur de impediendo matrimonio contrahendo.
31 Fornicatio ſimplex probatur per auditum.
32 Matrimonium contrahendum impeditur etiã per ſolum teſtem.
33 Matrimonium iam contractum probatur per auditum & quomodo.
34 Matrimoniũ iam contractum non dirimitur quo ad thorum per teſtem de auditu.
Etiam ſi teſtis habeat notas uoces nu. 35.
Ratio, remiſſiuè nu. 36.
37 Matrimonium non probatur contractum per auditum ex Felino, & Roland. à Valle.
Declaratur illorum dictũ ab Authore, n. 38
39 Matrimonium in ordine ad teſtes maximas concedit partes iudicis arbitrio.
40 Teſtis de ſolo auditu poteſt eſſe teſtis in teſtamentis ex gl.
Contrarium commune, nu. 41.
Etiam ſi haberet teſtis notam uocem teſtatoris, nu. 42.
43 Vox facile immutatur propter infirmitatem.
44 Teſtamenta militum, inter liberos, & ad pias cauſſas, uolunt teſtes ad ſolam probationẽ.
45 Teſtis nocturno tempore, ſine lumine, uel etiã, Cæcus poteſt eſſe teſtis in teſtamentis perſonarum priuilegiatarum ex Caſtr.
Contrarium uerius, nu. 46.
47 Teſtis de auditu quando probet, latiſſimè, & remiſſiuè.

ARGVMENTVM.

¶ Teſtis de auditu in nocturnis actibus, quatenus probet in iudiciis Criminalibus, in Ciuilibus, in contractib. in matrimonialibus, in Vltimis tandem uoluntatibus.

TESTIS aliquid deponẽs ab aliquo nocturno factũ tempore, eáque reddẽs rationem ſcientiæ, quia faciẽ rẽ cognouit de uoce, ſeu,
1 vt dicũt doctores, ad uocẽ, quam faciat † probationem, id eſt, in quo non parum Iuriſperitiſſimi elaborarunt, aliis. n. uolentibus facere plenam probationem, negarunt alij, alij uero diſtinxerunt, Conſtituo ego nonnullas inſpectiones pro negociorum uarietate, ſitq;.
Prima inſpectio, quam probationem
2 faciat in criminalibus, & plenam † non facere probationem ad cõdemnandum, niſi aliæ uiolentæ concurrant probationes, eſt tex. in cap. præterea, de teſtibus, additur ad Abb. in d. cap. præterea, num. 6. in uerbo Cæcus ſub littera A, eo. de teſtib. Imol. in l. 2. §. Idem labeo ff. de aqua pluu. arcend. Fel. in d. cap. præterea, num. 4. de teſtibus, plures adducit Roland. à Valle conſ. 3. nu. 42. uerſ. Quoniam apud Doctores, uolu. 3. & plenius ibid. nu. 44. verſi. Imo fortius dicitur, ubi plures allegat. Vel etiam contra producẽtem depo

Digitized by Google

nat,Gabriel,Cæphal. Bertaz. Burſat. &
& alij, de quibus Farinac.de Oppoſit.
contr.dicta teſtium.quæſt.69.nume.57.
verſic. Limita 8. Difficultas eſt,an faciat
plenam probationem,& ſufficiens indi
cium ad torturam. Et Bal.in l.ſi non ſpe-
ciali,num.1.uerſi.Vnde teſtes,Iaſo.ibid.
6 num.10.C.de teſtam.uoluerunt, quod †
ſic. Idem uoluit Matheſil.notab. 126.
Nota, quod licet, plures adducit Cotta
in ſuis Memoralibus in uerbo Teſtis de
ponens de eo,quod factum eſt de nocte,
* ubi dicit DD. id * ubique tenere, alios
etiam adducit Plot. de in litem iurand.
§.51.num.17.in fin.uerſ.Fallit 4.ſeu ad l.
ſi quando,nu.845.uerſi.Fallit 4. C.unde
vi,Farinac.de Oppoſit.contra perſ. teſt.
quæſt.62.limitat.2.principali, num.47.
uerſ.Et licet contrarium,Clar.lib.5.§.fi.
quæſt.21.Dictum eſt de Indiciis, nu.3.
uerſi.Sed quid,ſi teſtis,Maſcard.de pro-
bat.concluſ.1114.Noctis tempore,num.
6.uerſ.Secūdo loco reſtringitur, Viuius
com.opin.950. Teſtis deponens de no-
cte,nu.5.uerſ.Sed fallit hoc,Iaſ.in l. non
minorem,nu.5.uerſ. Limita C. de tran-
ſact.addo Michael. Ciſuentes in comm.
ſuper ll.Tauri,in l.79.col.pen.uerſi.Sex-
tum indicium certum eſt,de quo in ſyn-
tag.com.opin.par.3.loco 9.cap.26.Pars,
col.2.uerſi.Sed fallit,Hoſtienſ.in ca.præ
terea,num.4.uerſ.Et in delictis, quę oc-
culte fiunt.ibid.Io.Andr.poſt nume. 10.
Anchar.num.4.verſi.Et in delictis, quæ
occultè fiunt,Butr.num.8. in fin. de teſti
bus,Proſper Farinac.de Oppoſit.contra
dicta teſtiū,quæſt.69.Opponitur 22. ca.
1.num.51.uerſ.Et pariter etiam in deli-
ctis occultis.

Modo id ſit delictum,quod,nec actu,
nec habitu,etiam ratione loci,aliter pro
* bari poſſit,quam per auditum,ut de*cō-
muni Farin.loco cit.nu.52.
4 Quod tamen uerum intelligit†Clar.lo
co cit.ſi is,qui deponit habeat uerisimili
ter adeo notam uocem delinquentis, ut
decipi nullo poſſit pacto, Fel. in cap. ſi-
cut,num.5.&6.de re iud.plures adducit
Farinac.de Oppoſit.contra perſ.teſt.pa.
2.quæſt.62.2.limitat.principali, nu.45.
5 uerſi.Limita 3.quo caſu ab iudicis † ar-
bitrio omnino pendendum erit, qui ani
maduertat,ac iudicet, an deponenti ſit
adeo delinquentis uox nota,ut nullo de
cipi poſſit pacto, Alber. de Malet.de te-
ſtibus,cap.5.num.37.uerſi.Nec obſtat,ſi
dicatur.Si præterea teſtis ſit omni exce-
ptione†maior,Maſcard.d.concluſ. 1114. 6
nume.7.uerſic.Quod tamen, & Boſſ. in
ſua praxi in titu.de Indicijs, num. 173.
uerſi.Et in hoc caſu dicit,alias minus a-
geretur.

Verum,non facere plenam probatio-
nem,nec etiam quoad torturam hunc de
7 ponentem,ſed ei aliquid de † fide dimi-
nui,uoluit Crauet.conſil.99.Ioannes fi-
lius Simondi,nu.5.uerſi.Tertio,iſta mu-
lier,Roland.à Valle conſi.3.In cauſſa in
quiſitionis,nu.42.uerſic. Quę depoſitio
* operatur,volu.3.vbi dicit ita fuiſſe * re-
ceptum apud Doctores, Felin.in cap.ſi-
cut,nume.5.in fin.de re iud. Boſſ. in ſua
praxi,in tit.de Indicijs,nu.173. de com
muni Maſcard.concluſ.1114.nu.9. uerſi.
* In contrarium tamen, de *communi e-
tiam Farinac.d.quæſt.62.num.46. uerſic.
Sublimita, part.2.& ita in facti contin-
8 *gentia fuiſſe*iudicatum†Papię teſtatur
Cotta in ſuis Memoralibus in uerbo Te
ſtis deponens de eo,quod factum eſt de
nocte,uerſic.Tamen hoc anno, ut etiam
not.in ſyntag. comm.opin.par.3.loco 9.
in tit.de Probat.cap.26.Pars,col. 1. in fi.
Ariſminus Tepatus in compendio ſenr.
Iuris,lib.1.in tit.de Indiciis,uerſi.Teſti-
bus deponentibus, fol.367.colu.1.& in
ſyntag.loco cit.tres redduntur rationes.
Vide eas.

Quare non facere indicium ad tortu-
9 ram,niſi alijs concurrentibus†coniectu-
ris uoluit Farinac.loco cit.nume.18.uer-
ſic. Ego tamen à prima, Maſcard.loco
cit.nume.10.uerſi.Sed poterit hæc repu
gnantia,Boſſ.d.titul.de Indiciis, nume-
ro 173.

Sed fortè faciet indicium ad torturā,
11 ex ſola depoſitione,ubi maxima adſit †
familiaritas, ideoq; arbitrio iudicis ex-
plorato non poſſit deponens in uoce de-
ceptus fuiſſe,Maſcard.d.nume.10. & ita
intelligo Ale. conſ.99.In caſu prædicto,
nu.5.uerſi.Et eſt communis,lib.3.

Quan-

Quanquam Bar.in tractatu teſtimon.
num.27.uerſ.Illud autem,poſtquam di-
11 xit ſe † non approbare, quod à quibuſ-
* dam eſt * receptum,ut auditu uocis co-
gnoſcatur homo,quoniam, inquit ipſe,
multæ ſimilitudines reperiuntur in uo-
cibus,& alter ſæpe alterius uocem effin
git,& in uoce eiuſdem multas mutatio-
nes uidemus, alia.n.eſt uox pueri,alia
adulti, alia iuuenis, alia ſenis, alia
ſani, alia ægrotantis, uel rauci, alia
ieiuni,alia ſaturi,alia ebrioſi,alia ſpiran
te vento, alia tempore quieto; ſubii-
cit Bart. non negarem tamen, quin ali-
quod indicium faciat, quod autem fa-
12 ciat non aperit. Sed certè † Bartolus
non præſupponit familiaritatem aſ-
ſiduam.

Secunda inſpectio, quam probationē
faciat eiuſmodi teſtis in iudicio ciuili,&
13 de eo, dum iudicamus, ut de † cæco,
per ea,quæ tradit Farin.de Oppoſit. cō-
tr.perſon.teſtium, quęſt. 62. in ſecunda
limitat. princip. num.45. limitatione 3.
uerſ.Quando teſtis haberet,in fin.par.2.
14 dicendum eſt, quod † poteſt eſſe teſtis,
* & eſt * communis, vt habetur apud Fe-
lin.cap. præterea, numer. 4.de teſtibus.
15 Et licet opponi conſueuerit, quod in †
uoce quis de facili poteſt decipi,cum ea
per alium figurari poſſit, Clar.in §. fin.
lib.5. quęſt. 21. Dictum eſt de Indiciis,
nu.3.uerſ. Sed quid ſi teſtis,& notat præ
ter ipſum gloſ.in l.quoties, in prin.ff.de
hæred.inſtituend. Bart. in tract. teſtim.
num.27.uerſ.Illud autem, unde & Iſaac
16 à Iacob deceptus fuit dicente ſe † Eſau;
Ad id tamen reſpondet Specul.in tit.de
Teſte §.1.num.56.uerſ.Sed nunquid cę-
cus,quod, & uiſus decipitur quandoq;,
ut habetur in cap.nec aliqua 27.q.1. ubi
17 dicitur,quòd manus,& oculi † obſtetri-
cum ſępe falluntur, eodem modo reſpō
det gloſ.in cap. Teſtes,in uerbo Qui no
uerunt,& uiderunt 3.q. Sed parcat Spe-
culator,quia,ut inquiũt philoſophi,atq;
etiam Dec.in rubr.ff.de reg. iur. num. 4.
18 afferre † inſtantiam non eſt ſoluere dif-
ficultatem.Et præterea uiſus ſępe quidē
fallitur,ſed ſæpius non fallitur, & ideo
admittitur teſtimonium de uiſu, ſuis ta-
men loco,& tempore,nam ad ea,quę fre
quentius fiunt leges adaptantur, l. nam
ad ea.ff. de legibus, ita etiam gloſ.in d.
cap.nec aliqua 27. q.4. in uerbo Fallan-
tur. Tandem non dicitur ibi, quod ocu
li ſimpliciter ſæpe fallantur,ſed quod o-
culi obſtetricum in caſu,quo exploratur
mulier,an uirgo ſit,uel ne,eſt.n.difficilis
cognitio ueritatis. Quod dicitur de Ia-
cob,non errauit Iſaac in uoce, ſed in ta
ctu,Ioan. And.ad Specul.de teſte §. 1.d.
num.56.

Alii huius timore dixerunt non face-
re eiuſmodi teſtimonium plenam pro-
19 bationem,ſed † ſemiplenam tantum,Fe-
lin.in cap.præterea,num.4.De teſtibus,
Angel.in l.ſi non ſpeciali C. de Teſtam.
Abb.in cap.cum cauſſam,numer.9.uerſ.
Et faciunt, de teſtibus.

Sed dicamus hunc deponentem,ſi nō
20 habeat † notam uocem loquentis nullo
probare pacto,Angel.in l.ſi nō ſpeciali,
num.4.C.de teſtam.ſi notam admodum
habeat,ſed nō familiarem, paullo tamē
antea loquentem audierit, plene proba
re,Abb.in d. cap. cum cauſſam, numer.
9.de teſtibus,Felin.in cap.præterea.nu-
mer.4.eo. Alex.conſ. 24.numer. 10. lib.
2.quanquam etiam,ſi notam tantum ha
buerint uocem contrahentium, ſeu alio
pacto in iudicio ciuili, uelit Alex. de
Neuo teſtes plenè probare, etiam no-
21 cturno tempore, alias † raro locus eſſet
eiuſmodi teſtimonio, Alex. de Neuo,
* ubi de * communi, inter conſilia Alex.
conſ.99.In caſu prędicto,numer.5.uerſ.
Et eſt communis ſententia,lib. 3.Si mul
tum notam habeat loquentis uocem,
non tamen familiarem, atque per ali-
quod temporis interuallum arbitrio iu-
dicis declarandum non audierit eum
loquentem, de cuius uerbis deponere
uelit, facere deponentem ſemiplenam
tantum probationem, atque ita intelli-
go Angel.in l. ſi non ſpeciali,nume.4.C.
de teſtam.ſi tandem uox ſit,& nota,& fa
miliaris,puta,q̃a frater,& ſoror, alter in
alterius cauſſa deponat, quo caſu depo
nere poteſt, dicendum eſt facere plenā
probationem,modo uox perſeuerauerit
familiaris,ita intelligo Alexan.conſ. 24.

nu.

nu.10.lib.2. Maſcard. concluſ.1114. No
ctis tempore,nu.10.uerſ.Sed poterit hæc
repugnantia, arg.tex.in l.octaui.ff.vnde
cognati.Atque indiſtincte faceret plenā
probationem teſtis de auditu, ſi contra
producētem deponeret, Gabriel in ſuis
communibus in tit.de Teſtibus, cōcluſ.
1.num.14.& 15.Bertaz.Cæphal.Burſat.
& alijs,de quibus Farin.de Oppoſit.con
tradicta teſtium,q.69.num.57.verſ. Li-
mita 8.

Fallunt hæc omnia, ſi uerſaremur in
22 materia pœnali,etiam ad† effectum ci-
uilem,quia non faceret probationem a-
liquo pacto de alterius uoce deponens
ſiue alijs adminiculis, Imol.in l. In ſum
ma §.idem labeo,in meo Cod.eſt in l.1.
num.24.ff.de aqua pluuia arcend. qui ta
* men ſubdit, quod in * practica propter
authoritatem gloſ.& doctorū forte ſer-
23 uaretur† contrarium.

Tertia inſpectio,an probet dictum te
ſtis in contractibus nocturno tempore,
ex ſola contrahentium uoce; & arguen-
do a cæco ad audientem, nec quicquam
uidentem nocturno tempore,dico quod
24† ſic,modo habeat notam contrahentiū
25† uocem,Caſtren.in l.ſi non ſpeciali.nu.
6.C.de teſtam. ibid.Bald.i princip.glo.
in l.in ſumma §. idem labeo el 1. in uer-
bo Audierint.ff.de aqua pluuia arcen-
* da,de * communi Felin. in cap. prete-
rea,numer.4. de teſtibus, de communi
etiam Alex. ſeu potius Alex. de Neuo
inter conſilia Alex. conſ. 99. In caſu
prædicto, numer.5.uerſ. Et eſt com-
munis, lib.3. item Imola in l.in ſum-
ma §.idem labeo, in meo Cod.eſt in l.1.
numer.23.ff.de aq. pluu.arcend. & tan-
dem Alciat.conſ.5. numer.9. uerſ. Nec
obſtat allegata.Corn.tamen de hoc du-
bitauit dicens,quod sūt opiniones hin c
26† inde, & ipſe modo ſuſtinet, ſcilicet
nocturno tempore, ſeu alias non ſuffice
re teſtem audientem tantum in contra-
ctibus,modo in contrariam uidetur ſen
tentiam inclinare, Corn. inquam conſ.
18. Principale dubium,nu.6.& 7.uol.2.

Fallit hæc inſpectiò in teſte adhibito
27 in † inuentario, quia debet omnino vi-
diſſe,nec ſufficit audiſſe, tex.in §. ſi uero
abſunt,& ibi etiam gloſ.in uerbo Et ui-
diſſe, Auth.de hæredib. & falcid. ratio
28 eſt,quia† teſtis debet uidere rerum qua-
litatem, quę in inuentario deſcribūtur,
quæ quidē qualitas cadi. præcipue ſub
ſenſum uiſus.

Fallit 2. ſi aliquis ex contrahentibus
29 eſſet † infirmus, quia infirmi de facili
mutant uocē, Imol.in l. in ſumma §. idē
labeo ait,in meo Cod.eſt in l.1.num.24.
ff.de aq. pluu. arcend.

Quarta inſpectio, quid in matrimo-
30 onialibus; Et equidem, ſi agatur de † im
pediendo matrimonio contrahendo,pu
ta,quia Titius uelit Seiam in uxore du-
cere,& quis deponat ſe audiſſe Titium
coeuntem cū ſorore Seiæ, impedietur
31 matrimonium,tum ex natura † fornica-
tionis ſimplicis, quæ per auditum pro-
batur,ut i his terminis dicit glo. in cap.
Teſtes in uerbo Qui nouerunt,& uide-
runt 3. q.9.dum citat cap. præterea, de
32 teſtibus, tum quia ad† matrimonium im
pediendum leuis probatio ſufficit, etiā
unius teſtis, etiam per ſolam famam, ut
in his terminis dicit gloſ. in cap. præ-
terea in uerbo De auditu, de teſtibus,
* & ita intelligo teſtantem de * commu-
ni Proſperum Farin.de Oppoſit.contra
dicta teſtium, quæſt.69.cap. 2. numer.
123.uerſ. Contrarium probat text. Idē,
33 ſi agatur da probando matrimonio †
iam contracto, puta, quod audierit Ti-
tium, & Seiam inter ſe matrimonium
contrahentes, Alciat. reſponſ.5. Viſo
proceſſu,numer.decimo. Secus, ſi aga-
34 tur de † dirimendo matrimonio iam
contracto ad thori ſeparationem, puta,
quia adducatur teſtis ad deponendum
alicuius uxorem mœchatam fuiſſe,& te
ſtis dicat ſe audiſſe adulteros ſibi inuicē
immiſcentes,niſi.n.violentæ cōcurrant
præſumptiones, reijcietur eiuſmodi te-
ſtimonium,additur ad Abb.in cap.præ-
terea num.6.in verb. Cæcus,de teſtibus
& ita intelligo ego dictū cap.præterea,
35 etiam ſi habeat uoces† notas, ita in in-
diuiduo Alciat. reſponſ.5. num. 11. per
glo.ſup uerb.auditu, & ibi Io.Andreas,
& Imol. in d.cap.prętetea, de teſtibus,
Io.Andr. iterū in cap. licet ex quadam,
num.

Digitized by Google

num.2.uerſ.In aliis igitur impedimen-
tis,ibid.Anchar.num.2. in ſecundo no-
tab.Butr.num.3. in fin. Abb.nu.2.de te-
ſtibus, ut de his poſtremis Farinac. in
tit.de Oppoſi..contr. dicta teſtium, q.
69.num.73.uerſ.Sublimi..., ratio uideri
36 poteſt apud eundem † Alciat.late Cor-
ſet.ad Abbatem, in uerbo Teſtes licet
unus.

Quanquam Rolan.a Valle conſ.3.In
cauſſa inquiſitionis,num.42. uerſ. Quo-
niam apud Doctores,vol.3. & refert, &
ſequitur Felin.in cap.ſicut, in 2.declara
tione,de re iud.dicẽtem ſe uidiſſe quoſ-
* dam teſtes * reprobari, qui † dixerant
37 ſe uidiſſe de nocte cõt..hi matrimoniũ.

Sed certe,nec Felin. nec Rolan.a Val
38 le id ſimpliciter concludunt,ſed eo † ca-
ſu,quia non dixerunt; quod cognoſce-
bant infallibiliter uoces contrahẽtium
matrimonium.

Declarando tamen,ut in his maxime
39 poſſit † iudicis arbitrium, tex.in d. cap
præterea,de teſtibus.

Sexta inſpectio, quid in ultimis uolũ
40 tatibus,& † licet glo.in l.in ſumma §.idẽ
Labeo el 1.in uerbo Audierint,ff.de aq.
plun.arcend.uoluerit in argumentũ hũc
* teſtem eſſe poſſe, * communis tamen eſt
41 in † contrarium, ita text. in l. ſi non ſpe-
ciali Cod.de teſtam.ibid.Bart.nu.1.Ca-
ſtrenſ.num.5.Angel.nu.3.Idem Ang. in
Auth.de Hęred.& falcid.num.34.tex.in
§.ſi uero abſunt aliqui,& gl.ibid. in uer
bo.Et uidiſſe,Auth.de hæred. & falcid.
* de * communi. Imola in l.in ſumma §.
Idem labeo,in meo Cod.eſt in l.1.num.
23.ff.de aq.pluu.arcẽd. de communi ẽt
Alex.conſ.99. num.5.lib.3. Corn. conſ.
18.Principale dubium,nu.6.uerſ.Et idẽ
uolunt,uol.2.qui ibid.num.5.uerſ.Et li-
* cet gloſ.dicit ea de re caſſatũ fuiſſe de *
facto quoddam teſtamẽtum, additur ad
Abb.in cap.præterea,nu.6.in uerbo Cæ
cus,ſub littera A,extra de teſtibus,ibid.
42 Felin.num.4.qui † ampliat,etiam ſi ha-
beret teſtis notam uocem teſtatoris.Ra
tio eſt,quia in teſtamentis propter infir
43 mitatem,quis de facili † uocem mutat,
Bart.in l.In ſumma §. idem labeo el r.ff.
de aqua pluu.arcend. Abb. in cap. cum
cauſſam,nu.9.de teſtibus,Alex.conſ.24.
num.10.lib.2.

Quo fit,ut ualde dubitẽ de eo, quod
uoluit Caſtrenſ.in l. ſi non ſpeciali, nu.
6.C.de Teſtam.iunctis dictis Aretini in
§.Teſtes autem,nu.4.Inſt.de teſtam.uo-
44 luit.n. Aretin. loco cit. quod in † teſta-
mentis inter liberos,ad pias cauſſas, &
militum, teſtes non adhibeantur ad ſub
ſtãtiam actus,ſed ad ſolam probationẽ;
quod ego quoq; omnino admitto,uoluit
autem Caſtrenſ.in d.l.ſi non ſpeciali, n.
6.C.de teſtam.quod cęcus,eum dixeris,
qui nocturno audiat tempore,non tamẽ
45 uideat,quod † cęcus inquam poſſit eẽ te-
ſtis in iis,in qbus nõ reqrũtur teſtes, ad
ſubſtantiã,ſed ad ſolam probationẽ,mo
do notam habeat uocem contrahẽtium.
Dico.n.ego,quod,ſiue ex imminẽti mor
tis reali articulo,ſiue impendente ima-
ginaria morte,ſatis infirmus dici poteſt
per ultimas diſponens uoluntates, quã
quidem exhorreſcẽs mortem, ſatis con
tremiſcens potuit facillime uocem im-
mutari,uel ſaltem idem dicendum eſſet
in teſtatore bonæ ualetudinis, quod ſu-
perius negatum fuit, quo caſu ſatis pa-
tet,ut ſuperius diximus de cõtractibus,
in quibus teſtes requiruntur ad ſolã pro
bationem, quod nullo pacto in actibus
morientiũ,uel realiter,uel imaginarie,
audiẽtes tñ non admittuntur in teſtes.

Atq; id non ſolum habere locum in te
ſtamentis,ut deponentes de ſolo auditu
46 reiiciantur teſtes,ſed etiam in † quæli-
bet alia ultima uolũtate,ſcripſit expreſ-
ſè Corn.conſ. 18. Principale dubium,
nu.7.uerſ.Et ſatis uidetur,uol.2.

47 Cæterũ,quãdo admittatur teſtis de †
Auditu,aliis cõſulto omiſſis,uide Fari-
nac.q.69.par.2.per totam, in tit.de Op-
poſit.contra dicta teſtium,ubi latiſſime.

DE TESTE

In criminalibus. Cap.LIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in delictis,qui poſſint eſſe, & quam fa-
ciant probationem,remiſſiuè.*

2 *Teſtis*

2 *Teſtis de nocturnis delictis deponẽs, an teneatur reddere rationem, quando prætereà ſit falſi ſuſpectus, remiſſiuè.*

3 *Teſtis unus in antiquis, occultis & nocturnis, quando ſufficiat.*

ARGVMENTVM.

¶Teſtis de nocturno deponens crimine quis eſſe debeat, quã faciat probationem, atq; de eodem pleraq; alia, remiſſiuè.

EX ijs, quæ diximus in ca. de Probationibus, de Viſu, de Voce, & Auditu, ſa
tis conſtare arbitror, qui
1 † teſtes in delictis noctur
nis admittãtur, quam fa-
ciant probationem, de quo etiam ali-
quid in cap. ſequenti de Socio criminis,
& de Campario, quę uero pertinent ad
2 rationes, & falſi † ſuſpicionem, ea uide-
ri poſſunt, quæ in proximis tit. ſubii-
cie ur. Nec ideo ſibi perſuadeat aliquis
fruſtra hoc appoſitum cap. Id. n. neceſſi-
tate quædam impellente agendum erat
profectò, ne in aliquo deficeremus, &
ut uariis diſperſa locis ex uno loco tan-
quam ex opportuno iudice hauriretur.
Sed nec perperam omnino iacebit etiã
apud ſuperſtitioſos nimis, ſi dicamus te
ſtem etiam unum, cum fama, & aliis ad
miniculis in factis antiquis, & in deli-
3 ctis, quæ occultè fiunt, qualia ſunt † no-
cturna, ſufficientem facere probationẽ
ex Baldo, Hoſtienſ. & Abb. in cap. præte
rea, in fin. de teſtibus.

DE SOCIO CRIMINIS

Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis, quam faciat probationem.*

2 *Socius criminis ubi deponit, nulla eſt conſtituenda differentia inter crimen diurnum, & nocturnum.*

Plus tamen operatur deponens de nocturno, num. 3.

4 *Socius criminis admittitur teſtem in occultis.*

5 *Teſtis non poteſt eſſe cõtra euntem de nocte, qui & ipſe nocte iuerit.*

Aliquid tamen probabis, num. 6.

ARGVMENTVM.

¶Socium criminis, in nocturnis, atque alijs occultis criminibus deponentem, ulteriorem facere fidem.

SOCIVS Criminis quã
1 faciat † probationem, quo
modo, quibus adhibitis,
late Clar. lib. 5. recept.
ſent. §. fin. quæſt. 21. præ-
cipuè num. 4. Verſ. Retenta igitur, Ber-
tazz. cõſ. Crim. 538. Nulla iudicio meo,
per totum, vol. 2. Idem conſ. 332. Requi
ſitus cum maxima, conſ. 341. Prima itaq;
facit, numer. 7. verſ. Secundò licet, cum
ſeqq. conſ. 427. Abſoluendus, numer. 2.
verſ. Nam, ſi ſocius, ead. par. 2. D. meus
Præſ. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 464.
num. 43. Cephal. conſ. 462. num. 9. Ber-
taz. in conſ. Crimin. 556. Imputatur, à
nu. 8. uerſ. Si uero conſideremus & cõſ.
559. Liberandus, à nu. 3. verſ. Tertia eſt
imputatio par. 2. Decian. tract. crimin.
lib. 7 cap. 24. Atrociſſimũ ſemper, à nu.
7. verſ. Dubitari autem poteſt, idem lib.
3. cap. 19. Socius criminibus, Grammat.
in ſuis conſiliis crim. in locis ſexcentis,
Nouiſſime Bernardus Henricus, in ſuis
magis communibus, lib. 1. conclu. 53. So
cius criminis, Salycet. in l. fi. C. de accu-
ſat. nu. 10. verſ. Secundò oppono, Ruin.
conſ. 147. Magnifice Domine, nu. 2. uerſ.
Et eſt communis, lib. 5. Roland. Valle
conſ. 73. In cauſſa inquiſitionis, num. 2.
verſ. Et D. meus Ruinus, li. 1. Dec. conſ.
189. Lætatus ſum plurimum, nu. 9. verſ.
Ex qbus patet, Andręas Barbat. ad Bal.
in Authen. Si teſtis productus, in verbo
Quod non, C. de teſtibus, Boſſ. in tit. de
Inditiis, nume. 148. uerſ. Et hoc ubi in-
terro-

terrogat.Boer.dec.319.Et uidetur,quod
non,num.1.uerſ.Sed præcedens, & ali-
bi.Afflict.ſuper 1.par.Conſtitutionis re
gni,Rubr.27.nu.34.atque ego non indi-
ſtincte de Act.in Mort.artic.cap.31.per
totum latiſſime Proſper.Farinac.in titu.
de Indiciis,& tortura,quæſt.43.Indiciũ
per totam,par.1.

Quo loco in Socio criminis nullã eſſe
conſtituendam differentiam, an delictũ
2 ſit de†nocte commiſſum,an de die, uo-
luit Boſſ.in tit.de Indiciis,& conſidera.
ante tort.nu.173.uerſ.Cęterum, ſi eſſent
ſocii criminis. Aliquid tamen ulterius
operari hunc teſtem criminis ſocium re
3 ſpectu eorum,quę†nocturno patrata ſũt
tempore,quam reſpectu eorum , qnę
diurno,admittit in ſpecie ſocii criminis
Boſſ.loco cit.num.175.verſ. Eſt uerum,
quo l aliquid amplius, & generaliter in
4 crimiib.†occultis, poſt plures ibi alle-
gatos Bertaz.cõſ.crim.341.Prima itaque
facie,nu.9.verſ.Nam in talibus delictis,
par.2.Aret.conſi.61.Thomas Grammat.
uoto 3.Aeterni numinis,nu.6.uerſ.Pri-
mò apparet.Ex quo patet forte non be-
nè ſenſiſſe Felinum in cap. prudentiam
in princ.verſ.Et qui uadit de Nocte, de
mutuis petit.dum dixit,qnod ſtante ſta-
tuto,ut nemo poſſit per urbem noctur-
5 no tempore incedere,incedens non†po-
terit alium incedentem de nocte,aut ac
cuſare,aut contra eundem teſtificari,di-
co ex Boſſ.quod poterit licet Socius cri
6 minis,aliquidque operabitur,&† plus,
quam ſi ageretur de negocio diurno.

DE RATIONE teſtis. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 Teſtis an dicto ſuo rationem addere teneatur,etiam non interrogatus.

2 Teſtis non tenetur reddere rationem nõ interrogatus,ſi de ijs deponat, quæ ſub ſenſum cadunt.

Siue cadant ſub ſenſum guſtus,ut dulce,et amarum,nu.3.

Siue tactus,quale eſt molle,& durum,aſperum,& lene,nu.4.

Siue auditus,ut acutum & graue,nu.5.

Siue odoratus,ut benè,uel malè olens nu.6.

Siue tandem uiſus,ut ſunt res omnes colorata nu.7.

8 Teſtis deponens de nocturno actu,non interrogatus,non tenetur reſpondere,quomodo ſciret eſſe noctem.

9 Nox cadit ſub ſenſum uiſus,tanquam obſcura,& nigra.

10 Teſtis de ea interrogatus,debet reddere rationẽ, etiam eorum quæ cadunt ſub ſenſum.

11 Teſtis deponens de actu nocturno, interrogatus quid ſit nox,ſi neſciat reſpõdere, reijcitur.

Idem ſi neſciat reſpondere,quid ſit dies n.12

13 Teſtis interrogatus quomodo ſciret eſſe noctẽ ſufficit,ſi reſpondeat groſſo modo, quia erat obſcurum.

14 Teſtis interrogatus quid ſit fama ſatis facit, ſi illam definiat groſſo modo, prout illam teſtis intelligit.

ARGVMENTVM.

¶Teſtis de ea non quæſitus,rationẽ dictoaddere non compellitur,ubi res ſub ſenſum cadit,Neque ideo de nocturno actu.percuntanti uero faciet ſatis rudiori reſpondens ſtylo,& quomodo.

TESTIS, an dicto ſuo ra-
1 tionem†addere teneatur,
dum deponit,iam dictum
fuit aliqua ex parte in ca.
de Probationibus,& uide
ri poteſt latiſſime rem totam examinans
Proſper Farinac.de Oppoſit.contr. dicta
Teſtium,quæſ.70.Opponitur uigeſimo
tertio,per totam,ubi ſexcenti allegãtur
ad regulam,ſingulas ampliationes, limi
tationes ſingulas,late etiam Maſcard.de
probat.coucluſ.1375.Teſtis non interro-
gatus,per totam.

Illud interea certum eſt,quod,ſi de iis
2 ponat,quæ ſub†ſenſum cadant aliquem,
non tenetur teſtis de ea non interroga-
tus

tus dicti ſui rationem ſubijcere, uel ca-
3 dat ſub ſenſum†guſtus, quale eſt dulce,
& amarum, quia in ijs ſubintelligitur ra
tio guſtus, Saly cet. in l. ſolam, nu. 2. uerſi.
Idem ſi res ſit dulcis, uel amara C. de Te
ſtibus, Innoc. in cap. cùm cauſſam, nu. 3.
uerſ. Item dicimus, de teſtibus, ibi. Hoſt.
5. uerſ. Sed, ſi quæratur, Butr. nu. 18. uerſ.
Si quæritur, an res ſit dulcis, Farinac. de
Oppoſit. contra dicta teſtium, d. q. 70. ca.
2. nu. 118. uerſi. Limita Decimoquarto,
4 uel†tangatur, quale eſt molle, & durum,
aſperum, & lene, quia ſubintelligitur ra
tio tactus, Saly. in d. l. ſolam, num. 2. uerſi.
Et idem, ſi quæratur de duritie, uel mol-
litie C. de teſtibus, Innoc. in d. cap. cum
cauſſam, num. 3. uerſ. Et idem eſt, ſi quæ-
ratur, de teſtibus, ibid. Hoſtienſ. nume. 5.
verſ. Si autem quęratur, Butr. n. 18. verſi.
Similiter ſi teſtificando. Farina. d. quæſt.
7. cap. 2. num. 119. uerſ. Limita decimo-
5 quintò; Siue ad†aures properet, quale
eſt acutum, graue, & ut mox allegandi in
quiunt, quod quis cantet alte, uel baſsè,
benè, uel malè, quia ſubintelligitur ratio
auditus, Salyc. in d. l. ſolam, nu. 2. uerſic..
Idem, ſi quæratur, Innoc. in d. capit. cum
cauſſam, num. 3. uerſi. Item dicimus, ibi,
Hoſtien. num. 4. uerſi. Si enim quæratur,
Butr. num. 18. uerſ. Vnde, ſi quæratur, an
cantet, Farinac. d. quęſt. 70. numer. 117.
6 uerſic. Limita decimotertiò; Vel etiam †
naribus occurrat, uel benè, uel grauè o-
lens, quia ſubintelligitur ratio odoratus,
Innoc. dicto cum cauſſam, num. 3. in fin.
uerſ. Et idem eſt, ſi quęſtio eſt, de teſtib.
ibid. Hoſtienſ. num. 5. ad fin. uerſi. Verum
& ſi quęratur, Butr. num. 18. verſ. Si teſti
ficando ſubiicitur ſenſus odoratus; Siue
7 tandem†oculos afficiat, quia res ſit colo
rata, alba, nigra, uiridis, crocea, &c. cum
ſubintelligatur ratio uiſus, Hoſtien. in d.
cap. cum cauſſam, num. 4. uerſi. Idem eſt,
quando quæritur de colore, Lanfranc. in
tract. de teſtibus, num. 91. in fin. Farin. d.
quęſt. 70. nume. 116. uerſi. Limita duode
cimò.

Hinc manifeſte patet teſtem deponē
tem de actu nocturno, nullo teneri iuris
uinculo ad reddendam rationem, quo-
8 modo† ſciret eſſe nocturnum tempus, il
lud. n. cadit ſtatim ſub ſenſum uiſus, tam
9 quam res obſcura, quę ſub†nigor colore
concludatur, ſic Virg. lib. 1. Aeneid.

Eripiunt ſubito nubes cœlumq́; diemq́;
Teucrorũ ex oculis, põto nox incubat atra.

Idem lib. 7. Aeneidos.

Iam mediam nigra carpebat nocte quietẽ:
Alecto toruam faciem, & furialia mẽbra
Exuit.

Sed tamẽ etiam in ijs, quę cadunt ſub
ſenſum corporis, tenetur teſtis rationẽ
10 addere, ſi de ea†interrogetur, locis ſupe
rius alleg. Vnde deponentem de actu no
cturno, ſi interrogetur, quid ſit nox, ne-
11 ſciatque†teſtis reſponſionem adhibere,
teſtem illum reiici ſcripſit Crau. conſil.
75. nume. 26. A ſeq. Petra de fideicomm.
quęſt. 13. Circa decimamtertiam, nume.
122. uerſ. Qua ratione, ſi teſtis deponẽs,
Bald. in l. 1. in prin. nu. 1. uerſi. Et qui ne-
ſcit probare ff. de his, qui ſunt ſui, uel a-
lien. Iur. Viuius cõmuni opinione 950.
Teſtis deponens de nocte, num. 22. uerſi.
Vnde reducendo omnia, Purpurat. in l.
1. ff. ſi cert. pet. num. 77. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 430. Conſuetudinem, quod
maſculi, num. 10. verſi. Hoc idem de de-
ponente, Imola in l. ſtipulatio iſta, §. hæc
quoque ff. de uerb. obli. Maſcard. iterum
concluſ. 668. Aetas probari poteſt, num.
21. uerſ. Quod uidetur ſenſiſſe, Alex. cõſ.
167. Quoniam res coram, nu. 7. uerſ. Vbi
inquit, ſi teſtis, lib. 6.

Idem erit omnino, ſi deponens de no
12 cturno tempore, interrogatus de ratione
in ſuo contrario, puta, quid ſit dies, ne-
ſciat teſtis reſpondere, quia illius dicto
nulla fides adhibebitur, & rurſus, ſi de-
ponens de diurnis actibus, neſciat reſpõ
dere, quid ſit nox, Maſcard. d. concl. 668.
nu. 22. Bal. d. l. 1. in prin. nu. 1. ff. de his, qui
ſunt ſui, uel alieni iuris, Purpur. d. l. 1. nu.
77. ff. ſi cert. pet. Maſcad. iterum d. concl.
430. nu. 10.

Benè uerum eſt, quod non tenebitur
reddere ſtrictam rationem, quomodo ſci
ret eſſe nocturnum tempus, & quid ſit
nox,

Digitized by Google

nox, uidimus. n. & nos in cap. 1. huius apparatus rem difficilem agi, & pleroſque lapſos fuiſſe in illius definitione, niſi nos etiam ipſi fuerimus hallucinati, erit autem factum ſatis interroganti, quid ſit nox, uel quomodo ſciret teſtis tempus
13 fuiſſe nocturnum, ſi craſſiore ſtylo, ſeu† groſſo modo, vt vtar uerbis iureconſultorum, reſponderit, quia erat obſcurum, Bald. d. l. 1. in princ. nume. 1. ff. de his, qui
* ſunt ſui, uel alieni iuris, & de*communi Petra de fideicom. quæſt. 13. nume. 120. uerſi. Et ſi dicatur, poſt Alex. ibi allegat. conſ. 45. nu. 8. uolu. 2. Atque omnes idem
14 concludunt in deponente de alicuius † fama, ut interrogatus, quid ſit fama, non teneatur uerã tradere definitionẽ prout illam definiunt periti, ſed prout teſtis illam intelligit, de quo uide aliquid per Nattam conſ. 473. Quædam nouiſſime Syluia, nu. 18. uerſi. Præterea dicti teſtes nõ intelligunt.

DE FALSIS Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1. *Notarius non punitur falſi, qui inſtrumentũ nocturno tempore celebratum, actum dixerit tali die.*
Niſi ſimus in actibus de genere ſuſpectorum, nu. 2.
3 *Dies naturaliter cõputatur in ijs actibus, qui commode nocturno tempore expediri poſſũt*
4 *Teſtium dicta, quorum alter dixerit geſtum de die, alter de nocte, ſaluantur.*
Datur ideo cautela ex Baldo, nu. 5.
Sed Author diſtinguit, nu 6.
7 *Dictio De denotat cauſſam proximam.*
8 *Teſtes, ſi alter deponat quid geſtum de die, alter inter diem & noctem, reprobantur ambo, nec ad concordiam reducuntur.*
9 *Teſtes deponentes de actu ſucceſſiuo, ſi alter dicat actum de die, alter actum de nocte, reducuntur ad concordiam.*
10 *Teſtis ſingularis deſiderat, & admittit iuramentum in ſupplementum probationum.*
11 *Singularitas teſtium obſtatiua non admittit iuramentum in ſupplementum*
Siue ſit ſingularitas reſpectu loci, ſiue reſpectu temporis, nu. 12.
Niſi ſit alter teſtis altero dignior, nu. 13.
14 *Singulares teſtes, ſi ſint etiã ſingularitate obſtatiua, ij præferuntur qui ſunt mares.*
15 *Maſculi teſtimonium præfertur teſtimonio fœminæ.*
Niſi fœmina ſit nobilis, maſculus autẽ ignobilis, nu. 16.
Vel fœmina pro reo deponeret, maſculus pro actore, nu. 17.
18 *Senioris teſtimonium, an ſimpliciter iunioris dicto præferatur.*
19 *Teſtis ſi dicat alter, quid geſtum poſt ſonum campanæ alter ante, reducuntur ambo ad concordiam.*
Idem, ſi quis dicat ante guerram, alter poſt guerram, nu. 20
21 *Teſtes ſi ſint diſpares, pauciores nunquam ad concordiam reducuntur.*
Sed nec duo ſemper ex Authore, num. 22.
23 *Teſtes dicentes aliquem ſemper alicubi habitaſſe, licet nõ uiderint eum habitantem nocturno tempore, probant.*
Idem, ſi dicãt ſe ſemper uidiſſe Titiũ poſſidere nec uiderint nocturno tempore, nu 24.
25 *A prima hora noctis. i. immediatè poſt primam horam noctis.*
26 *Teſtes, quando falſi ſint ſuſpecti, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Mentita, aut, Notarii, aut Teſtium, falſaque eorum, quando dicta, ſcriptaue præſumantur in ordine ad nocturnum tempus. Rurſus quo pacto eadem ad concordiam reuocentur.

FALSI non poſſe condemnari notarium, inſtrumentum nocturno conficientem tempore, illudque tali actũ
1 †die inſcribentem, quia appellatione diei, & nox contineatur, uoluit Iaſ. in l. non minorem, num. 2. verſi. Quid autem, ſi Notarius C. de Tranſact. ibid. Bald. num. 1. uerſi. Sed nunquid ſit falſum, Iaſon in l. More, nu. 15. verſic. Itẽ cir-

circa uſucapionem ff.de feriis, ibid.Bal. Dec.in cap.conſuluit, nume.27.verſ.Et ideo ſi inſtrumentũ,de off. de leg. Alex. in l.ſi quis eum §.1.num.9.verſ.Meo iudicio ff.de vulg.Innoc.Fel.& alii in cap. conſuluit,de offic.de leg.Tiber.Decian. conſ.65.Licet autem,nume.22. verſ. Et quanquam ſciam,uol.2.Felin.iterum,in capit.1.de fide inſtrument. & ita *practicari teſtatus eſt Angelus in l. More Romano,nume.6. verſ.Et ibi dicit ff.de feriis.

Ego autem ſcio me diſtinxiſſe, in ca. de Notario,quod, ſi ſimus in actibus de
2 genere † ſuſpectorum,qui nocturno tempore celebrentur, notanda erit omnino nocturni temporis qualitas,vt etiam ſentit Mantua in ſuo Dialogiſm.claſ.4.cap. 21.Certiſſimum,nu. 2. ita etiam Tiber. Decian.conſ.65.Licet autem, num.22. verſ.Attamen non poteſt,uol.2.& num. 21.uerſ.Et ad tollendam,& hoc eſt etiã, quod uoluit Ant.de Butr. in c.1.num. 3. de treuga,& pace,dum dixit. quod dies
3 computatur † naturaliter,& non artificialiter in actibus, qui poſſunt geri de nocte,tamen commode. Cæterum ſufficere, ſi Notarius dicat Actum tali die; etiam quod inſtrumentum,uel aliusquilibet actus nocturno tempore fuerit celebratus.

Eadem ratione, quod pertinet ad teſtes,de quibus hoc potiſſimũ agitur loco, dixit Bald.in cap.1.de Treuga,& pace,quod ſaluari poſſunt teſtium dicta,
4 quorum alter dixerit,quod fuit † de Nocte, alter quod de die, quia dicit Bald. ſubaudiẽdum eſſe de naturali, ideo ſubdit cautelã,Bald.loco cit. quod ſcilicet
5 cautus examinator debet facere† declarari,& interrogari de hora.Idem uoluit Mantua in ſuo Dialogiſmo claſ. 4. cap. 50.Scio,quod dies,num.9.uerſ.Si teſtes ſuper delicto.

Sed ego cõtrariũ uerius arbitror, &
6 maximam conſtituo† differentiam, an quis dixerit, quod fuit tali die,& alter, quod tali nocte, ut eo caſu dicta teſtiũ ſaluentur,ac concilientur; Secus, ſi ad thema Baldi,& Mantuæ alter deponat, quod de die,alter,quod de nocte, tũ qa
7 dictio† De denotat cauſſam proximam, & immediatã per modum regulæ,Bart. in l.1.§.emancipatus, nu. 1.uerſ. Sed hic habes. ff. de coniug. cum emancip. lib. Idem in l.1.ff.de Incen.ruin. & naufra. tũ quia dicta teſtium ſunt intelligenda iuxta communem,& uulgarem vſum loquendi l.labeo. ff.de ſupell. leg.quo fit, ut actum de die non dicatur actũ de nocte. Atq; pro hac mea opinione, quam arbitror ueriſſimã, eſt in fortioribus terminis in re propoſita, quod uoluit Bal. in l.2.ad fi.C.quibus res iud.per tex. in l.2.ff.de fur.balnear. Alex.cõl.236. Perſpectis atteſtationibus,num.1.uerſ. Accedit,quod notat,lib.6.Iaſ.conſ.131.nu. 2.vol.1.Petra de fidei com.quæſt. 12.n. 680.uerſ.Vel ſi unus dicit, uoluerunt.n. hi patres,quod ſi ex duobus,uel pluribus teſtibus,deponãt alii aliquid geſtum eſſe de die,alii,quod inter diem,& noctẽ, uoluerũt inquam hi patres teſtes hoſce
8 ad concordiam reducendos † non eſſe, nec probare,ſed eẽ teſtes ſingulares, & contrarios,& reſpectu loci Cępol.conſ. crim.3.Super cauſſa matrimoniali,nu.5. uerſ.Et licet iſti teſtes; Sed & pro mea opinione eſt in terminis conſilium Cornei 148.In hac conſultatione,nu.1.uerſ. Itẽ Dominic⁹ tertius teſtis,uol.3.a qua opinione,licet ipſe a num. 3. diſſentire uideatur,id tamen nõ eſt,quia Corneus illud nolit,quod diximus, ſed quia erat
9 actus† ſucceſſiuus, cuius pars nocturno etiã tempore expediri potuerat,quo caſu,ſiquis dixerit geſtum de die,alter teſtis depoſuerit geſtum nocturno tempore,non quod inter diem, & noctem,reducentur ad concordiam,ut alter de inchoato intelligatur actu, alter uero de perfecto,Corn.d.conſ.148. num.3.uerſ. Nam põdero,uol.3.qui in temporis tractu uim omnem facit,ut ibi uidere eſt. Sunt ergo eo caſu teſtes ſingulares, & contrarii,quod ſi ita eſt,licet in ciuilib. ſi teſtis ſit ſingularis etiam reſpectu perſonæ,quia ſit unicus,locus aperiatur iu-
10 ramento in † ſupplementum probationum, latè Maſcard. concluſ. 976. Quia exemplo,nu.82.uerſ. Quinto limita cõcluſionem,Ripa.in l. admonendi, in §. Fallen-

Fallentia,num.126.ff. de Iureiur. Bald.
conſ.304.Non eſt nouum,nu.2.uerſ.So
* lutio,mihi uidetur,uol.1. & Doctores *
omnes in d.l.admonendi:ſi tamen ſit ſin
gularis reſpectu identitatis dicti, non
tamen reſpectu perſonæ, quia ſint plu-
res teſtes ſingulares, ubi non ſolum ſin
gulares ſunt, ſed etiam contrarij, ut no-
ſtro caſu præſupponit Petra d. quæſt.
12.num. 680. & alii allegati, ita ut dici
11 poſſit ſingularitas † obſtatiua, nec iu-
ramentum locum habere poteſt, etiam
in ſupplementum probationũ, Cæpol.
caut.152.Sis cautus, Iaſ.in repetit. l. ad-
monendi,nu.256. uerſ. Hic pulchre di-
xit Baldus.ff. de Iureiur.Ripa, qui non
ſolum de ſingularitate obſtatiua loqui-
tur reſpectu loci, ſed etiam reſpectu
12 † temporis, in ead.l.admonendi, num.
205.uerſi.Secus in teſtibus, Fran.Marc.
deciſ.387.num.5.par.1.Maſcard.de pro
bat.concluſ. 957. Iuramentum in ſup-
plementum probationis,num.20.uerſi.
* Declaratur ſexto,de * cõmuni poſt plu-
res ibi allegatos Farin.de Oppoſit.con-
tra dicta teſtium,q.64. Opponitur, nu.
50.uerſ.Amplia 4.Idem ibid.num. 113.
* uerſ.Sublimita,de * cõmuni etiam Ro-
land.a Valle conſ.33.Viſis,ac diligenter
num.22.uerſ.Vlterius non obſtat,uol.2.
Niſi forte,& eſt mirabilis re uera decla
13 ratio,† dignior eſſet teſtis alter altero,
uel reſpectu ſexus,uel reſpectu ætatis,
uel etiam alio reſpectu,quia poterit pro
uocari iudex ad deferendum illi iura-
mentum, qui habuerit pro ſe depoſitio
nem dignioris teſtis, Ioan. And.in cap.
in noſtra,de teſtibus,Idem in addit. ad
Specul.in tit.de Teſte §.Iam de interro-
gatorijs, Alex.in l.quod ſæpe §.fi.in fin.
ff.de contrah.empt. Idem in l.inter ſti-
pulantem §.1.ff.de uerb.oblig.q cumu-
lantur ab addente ad Fran.Aret.cõſ.71.
Diligenter,& mature, num. 3. in uerbo
Eneruat fidem, poſt Aretin. ibid. Re-
ſpectu ſexus, quia ſi ex teſtibus ſint alij
14 † mares,alii uero fœminæ,licet ſint ſin
gulares ſingularitate obſtatiua, attamen
habenti teſtimonium maſculorũ pro ſe
deferri poterit iuramentũ ſuppletoriũ
Alex.conſ. 236. Perſpectis atteſtationi-
bus,nu.3.uerſ.Quia in dubio magis,lib.
6.quod optima confirmare poſſumus ra
tione,quia ſcilicet,cæteris paribus,ma-
gis ſtandum eſt teſtis maſculi dicto,quã
15 † fœminæ,Felin. in cap.in noſtra, & in
cap.quoniam,in fin.de teſtibus, Ant.Ga
briel,in ſuis communibus,in tit.de Te-
ſtibus concluſ. 4. Alber. in l. qui teſta-
mento.§. mulier,nume 9. ff. de teſtam.
Gerard.ſing.11.His caſib. in prin. Abb.
in cap.Forus in penult.notab. de uerb.
ſignif. Specul. in tit. de Teſte, §. poſt-
quam, num.4.uerſ.Porro, Tiraquell. in
ll.connubial.in 9.lege,num.53. Dec. in
l.2.in princ.num.35.uerſ.Et generaliter
ff.de regu.Iur. ſi tamen binos caſus ex-
cipiamus, quorum prior eſt,quoties mu-
16 lier † nobilis eſſet, ignobilis autem ma
ſculus, quia mulieris nobilis teſtimo-
nium pręcelleret,atq; ea de re dixi ego,
cæteris paribus, Bald. in l. Teſtium col.
fi.C.de teſtibus,Gerard.d.ſing.11.num.
7.uerſ. Poſſet tamen dici, poſterior ue
17 ro caſus ille eſt,quãdo mares pro † acto
re deponerent,mulieres autem pro reo,
maior enim fides dicto fœminarum ad
hiberetur, Gerard.dicto ſing.11.num.3.
uerſic.Quod puto uerum, Abb. in cap.
forus,de uerb.ſig.Marſil.conſ.2.a nu.19.
D.meus Præſ.Menoch. de præſumpt.li.
2.pręſumpt.90. Pro reo pręſumptioné,
num.9. uerſ. Hoc tamen locum non ha-
bet.Quod autem dicit Alex.d.conſ.236.
num. 2. de dignitate maioris ætatis, id
18 † non admitto ſimpliciter, niſi forte a-
doleſcentior eſſet teſtis alter, alter ſe-
nior. Cæterum nunquam fere daretur
hæc obſtatiua ſingularitas iuramẽti ſup
pletorii maximum impediens benefi-
cium,ſiquidem alter altero maior natu
eſt,ut plurimum,& uix eos dare eſt,qui
eodem anno,menſe,die,hora,& puncto
in lucem editi fuerint.

Si præterea teſtes dicant aliqui deli-
19 ctum factum eſſe † poſt ſonũ campanę,
alii ante ſonum campanę, nõ puniũtur
falſi,ſed ad concordiam reuocantur, ut
qui dicunt quid factum eſſe poſt ſonum
campanæ,intellexerint de ſono campa-
næ inchoato, qui uero deponũt quid fa
ctum eſſe ante ſonum campanæ,ſolue-

rint deponere de ſono cãpanæ perfecto.
& ſic ſimul ſtare poſſunt hæc duo, quòd
ſit quippiam geſtum ante ſonum campa
næ, & poſt, ideſt ante ſonum finitum, &
poſt inchoatum, Angel. in tract. de Male
fic. in verb. De nocte, vt mãdatũ exequi,
nu. 2. in fi. verſ. Et facit ad ſtatutum, dum
ſe remittit ad Bald. in l. In inſulam. §. fru
ctus, nu. 2. ff. ſol. matr.

Sicuoluit Baldus loco cit. quòd, ſi ex
duobus teſtibus deponat alter quid ge
20 ſtum fuiſſe † ante guerram, alter uerò
poſt guerram, eſt illius phraſis, concor-
dentur dicta, & teſtes, ante guerram ſci
licet finitam, & poſt guerram inchoatã.

Quod genus concordiæ intelligit re-
miſſiuè Aretin. loco cit. verſ. Quod tamẽ
limita, & expreſsè Bald. in d. l. in inſulã
§. fructus, nu. 2. uerſ. Innoc. tamen. ff. ſo-
lut. matrimon. quando teſtes ſunt in pa
21 ri numero, ſed quando ſunt in † diſpari
numero, pauciores nunquam reducun-
tur ad concordiam, neq;, ut probenr, ne-
q; vt falſum euitent, fuit originale dictũ
Innocentij in c. cũm contingat, de off.
deleg. Tyndar. in tract. de teſtibus, col.
fi. uerſ. Tertio caſu, Alberic. de Malet. de
teſtibus ante fi. uerſ. Sed alterius, Rom.
conſ. 157. Honorabilis Domine, num. 1.
qui non ſolum dicit hanc propoſitionẽ
elegantem, ſed etiam quod Bar. & Bal.
* * ubiq; de materia loquentes hanc do
ctrinam ſequuntur, & Horatius Mando
ſius ibi in uerb. Sequuntur, plures addit
ita, ut conſtanter dicere poſſimus hanc
* eſſe * communem opinionem.

Sed, & dum ſunt duo teſtes, ſeu pares
utrimq; numero teſtes, nõ exiſtimo ego
22 † ſemper reducẽdos eſſe hoc caſu ad cõ
cordiam teſtes ad id ſaltem, ut euitẽt pę
nam falſi. Sed ſi interrogentur quo tem
pore id ſit factum, & deponãt, ex duob.
alter ante campanã, ſeu ante guerram:
alter poſt campanam, ſeu poſt guerram
eo caſu admitto cõcordiam. Secus, ſi ſpe
cificè interrogentur, an poſt campanam
delictum fuerit commiſſum, an ante, &
alter teſtis deponat, quod ante, alter ue
ro, ꝙ poſt. Sed nec falſi damnãtur teſtes
duo, ſed potius probant plenè, qui dixe
23 rint aliquem † continuo in loco quodã
habitauiſſe, licet eum ibi non uiderint
nocturno tempore commorantem, ita
poſt notata in l. 1. ff. ſol. matrim. Decius
in ca. Ex tenore 35. nu. 3. uerſ. Ibi ſem-
per, de teſtibus, Maſcard. de probat. con
cluſ. 1221. Diſcuſſis ijs, num. 26. uerſic.
Hinc dicebat, Angel. in l. 1. §. item flumi
num, nu. 4. uerſ. Eodem modo dicas ff.
de fluminibus, qui dicit, quod ſi teſtis di
24 xerit ſe uidiſſe Titium † poſſidere ſem-
per, intelligitur de tẽpore poſſibili, non
de nocte quando dormiebat, non cum
comedebat, aut abſens erat, per no. in l.
hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter ff. ex
quibus ca. ma. l. nunquam. §. ſi ſeruus ff.
de uſucap. l. 1. ff. ſol. matrim.

Condemnauit bene cõſulendo teſtes
duos, ſeu eundem ſibi contrarium di-
xit Franc. de Aret. in conſi. 71. Diligen-
ter, & mature, num. 5. uerſic. Item præ-
dictus, quia dixiſſet, priore loco, quid
geſtum à prima hora noctis, deinde idẽ
geſtum fuiſſe in prima hora noctis cum
alterius ſequentis dimidia, damnauit in
25 quam, quia † è prima hora noctis in-
telligeretur, quod immediate finita
prima hora noctis, per ea, quæ haberen
tur in l. 1. ff. ſi quis cautio. & in l. ratio. §.
26 fi. ff. de act. empt. Alia de † falſitate in
ordine ad teſtes, ſeu eorum dicta, uide-
ri poſſunt in ca. de Probationibus cum
cap. ſeqq.

DE DICTIONIBVS Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones præpoſitiuæ duos ſignificant ter-
minos.*
2 *Terminus a quo regulariter ſtat excluſiue.*
3 *Terminus ad quẽ regulariter ſtat incluſiue.*
4 *Dictiones A, Ab ſignificant terminũ a quo,
& regulariter ſtant excluſiue.*
5 *Dictio Vſq. ſignificat terminum ad quem,
& regulariter ſtat incluſiue.*
6 *Dictio Vſq. regulariter excludit ex alijs, id-
que ex proprio ſignificatu, nu. 7.*
8 *Dictio Vſq. quando ſtet incluſiue, & quan-
do excluſiue regulariter.*

9 *Dictio*

Digitized by Google

9 Dictio Vſq; in materia fauorabili ſtat incluſiuè, in odioſa ſtat excluſiuè.

Non approbat diſtinctionem Bartol. nu. 17.

10 Dictio Vſq; in dilationibus, & citationibus ſtat incluſiuè.

11 Dictio Vſq; eſt extenſiua, donec inueniat terminum reſtringentem

12 Dilatio dāda eſt odioſa, data vero eſt fauorabilis.

13 Dictio Vſq; numero appoſita indiſtincte includit.

14 Emphyteuſis conceſſa uſq; in tertiā generationem ſtat incluſiuè.

15 Dictio Vſq; appoſita graduum determinationi includit.

16 Emphyteuſis Eccleſiaſtica in dubio eſt interpretanda in fauorem Eccleſiæ, ut quantocyus expiret.

18 Dictio Vſq; includit etiam in materia pœnali, quando ſumus certi de mente legis.

19 Tex. in l. ſunt quædam. ff. de extraord. Crim. declaratur ab Authore.

20 Præſides habebant merum imperium.

21 Dictio Vſq; in cap. quicunq; § hæretici, de hæreticis in 6 ſtat incluſiuè, & nihilominus materia eſt pœnalis.

22 Hæreticorum filij per lineam maſculinā excluduntur à beneficijs Eccleſiaſticis, & publicis officijs, vſq; ad ſecundum gradum incluſiuè.

Per lineam fœmininam, uſq; ad ſecundū excluſiue, nu. 23.

24 Declarans nihil immutat.

25 Articuli, licet poſt terminum non poſſint produci, poſſunt tamen declarari.

Idem, ſi articuli ſint generales, nu. 26.

27 Articulos antiquos poteſt declarare, qui nō poteſt de nouo articulare.

28 Volo eſt introductorum iuris noui, ſi proferatur à lege.

29 Declaratio aliquid de nouo inducit quo ad certam vim verborum.

30 Declaratio facit ex inutili utile, quo ad nos, non quo ad ſe.

31 Declaratio cadit in dubijs nō aūt in claris.

32 Codicilli. Si quis in codicillis declaret ſe, q̄d legauit in teſtamento, reliquiſſe titulo Inſtitutionis, nihil facit.

33 Executio de delicto ſumenda nō eſt ante dubij declarationem.

34 Dictio Vſq; ſtat, uel incluſiuè, uel excluſiuè, prout placet legi, uel homini.

Siue placitum ſit expreſſum, ſiue coniecturatum, nu. 35.

36 Dictio, Vſq; nec includit, nec excludit, ſi ea de re alteri uero legi aduerſetur.

37 Dictio Vſq; & includit & excludit ad euitandum abſurdum.

38 Ripa excluditur, ſi dicatur, flumen vſq; ad ripam

39 Dictio Vſq; in uenditionibus ſtat excluſiuè, quoties terminus ad quem, non eſt in noſtro commercio.

40 Dictio Vſq; dū de uſu carnium loquimur, excludit diem Veneris, & alios ſimiles.

41 Dictio Vſq; in dilationibus includit terminū ad quē, ſi dies ſit iuridica, ſecus ſi feriata.

42 Dictio A ex ui regulæ ſtat excluſiuè.

43 Dictio A denotat ſeparationem.

44 Dictio A inſeruit ſubiectæ materiæ.

45 Dictio A in fauorabilibus includit, in odioſis excludit.

46 Statuto ſtante, ut à pulſu cāpanæ de ſero nullus uadat dicto A ſtat excluſiuè.

47 Statuto ſtante, ut à pulſu cāpanæ de mane quilibet poſſit exire dictio A includit.

48 A prima hora noctis, id eſt poſt primā horā noctis immediatè finitam.

Sed author diſtinguit inter actum momētaneum & ſucceſſiuum nu. 49.

50 A prima hora noctis, & ad ſecundam horā noctis, quomodo differant.

51 A denotat ſolam ſeparationem ſi ſimus in actibus momentaneis.

52 A non denotat ſolam ſeparationem, ſed alia pleraq; ſi ſimus in actibus ſucceſſiuis.

53 Poſt ſonum campanæ, non dicit finitum ſonum in pœnalibus.

Contrarium opinatur Author, nu. 54.

55 Circa ſonum campanæ, non dicit campanā finitam.

56 Perinde in ordine ad nocturnum tēpus quid ſignificet.

57 Perinde non refertur ad qualitates, gratia cōtrarietatis tollendæ.

58 Perinde ex propria natura refertur ad oēs qualitates.

59 Aduerbia, &

Nomina ſignificantia ſimilitudinē referuntur ad omnia etiam ad qualitates, niſi aliquid repugnet.

ARGVMENTVM.

¶ Dictiones A, Ab, Vſque ad,
poſt, Circa, Perinde,aliæq; his
ſimiles, quam habeant poteſta-
tem,in nocturnis præcipuum, Ac
cu rata ſatis explicatio.

DICTIONIS præpoſitiuæ
1 regulariter†duos ſignificant
terminos, terminum ſcilicet
a quo, & terminum, ad
quem,ita, ut ex vi regulæ dictiones ſi-
2 gnificantes termino a quo ſtent†exclu-
ſiue, ſignificantes uero terminum ad
3 quem ſtent†incluſiue, Oldrad. latiſſi-
me conſ.49.Conſueuit dubitari,num.2.
uerſ.Quod terminus a quo. & nume.3.
uerſ.Terminus ad quem, Magon. deciſ.
florent.8.Frequens eſt,col.1. per plures
numeros, & doctores omnes inferius
allegandi.

Quo fit,ut recte Firmanus ĩ uerbo A,
uerſ. Hanc theoricam, dixerit theoricã
* iuris eſſe*magiſtralẽ,& notandã, quod
4 dictiones†A, Ab, ſignificant terminum
à quo,& regulariter ſtant excluſiue,di-
ctio uero Vsq; eſt ſignificatiua termini
5 ad quem,& regulariter†includit.

Sed certe,cum uulgatum ſit illud re-
gulam non dari,quæ aliquam non paria
tur exceptionem, & hoc caſu, & dictio
Vſque ſtat interdũ excluſiue, & dictio-
nes A,Ab,includunt aliquando.

Atque,quod pertinet ad dictionẽ Vſ
que,illam regulariter includere nemini
dubiũ eſt,ut ſcripſit Oldrad.dicto conſ.
49.nu.3. verſ. Quod uſque ſumatur in
cluſiue per tex.in l. Cum clericis §.me-
morati C.de Epiſcop. & Cler.in auth.
Quod ius C.de procurat. eſt tex in l. Pa
tronus liberto,§.Sempronio ff. de leg.3.
tex.eſt in l.eum qui §.qui ita ff.de verb.
obli.in l.ad diem,& in l.qui ante Kal.ff.
eo.l.fi.ff.de ſenat.in l.Diuo C.de quæſt.
Alex.cõſ.114.Viſa,n.5.verſ.Quia,lib.5.
* Sed immo * regulariter † excludere
6 ſcripſit Alber.in l.meminiſſe num.9. ff.
* de off.ꝑ conſul.& l.idq. eſſe ex * ꝓprio
7 †ſignificatu uoluit Aretin.in §. qui hoc
anno,nume.2.uerſ.Sed profecto magis
Inſt.de inutil.ſtipul.poſt tex.& ibi not.
in l. 1.ff.de pignor.act.& in l.meminiſſe
ff.de off.præſid. Bald. in l.A caligato, n.
3.uerſ.Similiter quæro C.de nupt.

Quicquid ſit,nec enim animus ẽ ple-
ne hanc rẽ pertractare,uideri.n.poſſunt
8 ſuperius allegat.† præcipueq. Oldrad.
conſ.49.nu.3.Bar.in l.1.ff.de pignor.act.
& in l.Patronus §.Sempronio, ubi latiſ
ſime ff. de leg.3. quod nobis commodat
illud eſt,quod,aut ſumus in materia fa-
uorabili,& abſolutoria, aut in materia
9 pęnali,& odioſa,primo caſu dictio†Vſ-
que ſtat incluſiue, ſcđo caſu ſtat exclu-
* ſiue,& hæc uidetur*communis, de quo
gl.in l.ideſt ff.de dolo, Cyn.in l.a caliga
to C.de nupt.Iacob.de Are.in l.1.a prin
cip.ff.ad l.Falcid.Bald.in auth.Hoc am-
plius,nu.24.uerſ.Nota de dictione Vſq;
C.de fideicõ.idem Bal.in dicta l.à cali-
gato,nu.5.uer.Alioquin adhibenda eſt,
nu.4.uerſ.Aut diſpoſitio legis C.de nu-
ptiis,Bar.in l.1.nu.3.uerſ. Et tunc ſerua
ff.de pignor.act ex quo dixit Bal. in ca.
primo §. & quia uidimus, de his, qui
feud.dare poſſunt,nu.17.uerſ.Extra no
ta,dixit inquam,quod in dilectionibus,
10 & citationibus dictio † Vſque ponitur
incluſiue,ratio eſt duplex ex Baldo loco
11 cit.altera,quia dictio Vſque eſt† exten-
ſiua, donec inueniat terminum reſtrin-
gentem, altera,quæ nobis deſeruit ma-
xime communemq; comprobat diſtin-
ctionem,quia iudex in dilatione danda
12 licet debeat eſſe parcus,in†data tamen
debet eſſe benignus.

Quanquam id eſſe poteſt,non ex na-
tura dilationis datæ,aut materia fauora
bilis expoſcentis omnino iudicis libera
litatem,eiusq.benignitatem, ſed quia
illud generale eſt, quãdo dictio Vſque
13 †numero apponitur in ordine ad tem-
pus ſtet ſẽ ꝑ incluſiue,ſiue ſimus in ma-
teria odioſa, ſiue in materia fauorabili,
ita ad litteram Bar.in l Patronus §.Sem
pronio,num.1.col.fin.uerſ.Quandoque
apponitur ſuper numero ff.de leg.3.per
tex.in l.ideſt uſque ff. de dolo in §. illud
etiàm, in auth.de appellat. intra quæ
tempora,& alia iura ibi allegat. Barto.
iterum in l.2.num.3.uerſ. Alij dicũt ſic
ff.de

Digitized by Google

ff.de pignor. act. per tex.in l.4. §. fin.ff.
de condi.& demonſtrat. ita etiam Bald.
in l.à caligato, num.6.verſ.Certe iſtæ di
ctiones C.de nuptiis.

Addo aliud exemplum, de quo Imol.
in l. quod dicitur, ff. de verb.oblig.&
Alex.ad Bart.in d.l. Patronus §.Sempro
nio, in uerbo Dictio vſq; in fine ff. de
leg.3.vbi uolũt, quod ſi quid datũ ſit in
14 emphyteuſim vſq; in † tertiam genera
tionẽ, dictio Vſq.ſtet incluſiue, Corbul.
de cauſſ.priuationis ob lineam finitam,
num.78.verſ. Extenditur quarto,& cla-
rius ibidem num.2.verſ.Nam conceſſio
facta.

Sed certe,& hoc caſu eſt potius, quia
15 dictio Vſq. præponitᷣ numero, ſeu † gra-
duũ determinationi, quo caſu indiſtin-
ctè includit, Bart. in dicta l.Patronus §.
Sempronio, ad fin. uerſ. Quarto ponitur
dictio, ff.de leg.3.tex.& ibi Bal.in prin.
in l.a caligato C.de nuptijs, addo, quod
in emphyteuſi, ſi ea ſaltem eccleſiaſtica
ſit, dicitur odioſa,& ſtricte interpretan
da reſpectu inueſtiti, large vero reſpe-
ctu eccleſię inueſtientis, ita, vt verbũ, ꝙ
poteſt ad duo accõmodari, & in vtrũq.
16 paratum eſſe, illud idem in † dubio in-
terpretari debet in fauorem eccleſię, vt
quantocyus fieri poſſit, inueſtitorum nu
merus finiatur, Felin.in cap. per tuas,
numer.9.de probat.Corbul.de cauſſ.pri
uat. ob lineam finitam, num.56.uerſic.
Quia verba dubia.

Eſt tamen vera dictinctio tot patrum
authoritate communita, tandemque
ſtabilita, vt in odioſis ſtet excluſiue
dictio Vſque. in fauorabilibus uerò ſtet
incluſiue.

Bartolus tamen, qui contrariã profi-
tetur opinionem, vel ſaltem hanc diſtin
17 ctionem † non approbat, in d. l.Patro-
nus §.Sempronio, verſ. Iſta ſolutio non
videtur vera ff.de leg.3.pluribus eam di
ſtinctionẽ iuribus impugnat, quam cũ
ab eorumdem vindicet pluribus immu
nem, tandem eãdem expugnare ſibi per
ſuadet per textum in cap.quicumq.§.hę
retici autem, de hæret.in 6. iuncto cap.
ſtatutum felicis recordationis, eo. tit.
de quo inferius. Examinemus igitur iu
ra, quæ in contrarium obſeruat Bartol.

Primò igitur aducitᷣ tex.in l.ſunt quę
dam ff. de extraord. crimin. in illis ver-
bis, Quæ res tantum timorem habet, vt
nemo ad eum agrum accedere audeat,
crudelitatem timens eorum, qui ſcope-
liſmon fecerunt. Hãc rem Præſides exe
qui ſolent grauiter vſque ad pœnam ca
pitis, quia & ipſa res mortẽ cõminatur.

Reſpondet Bart. loco cit. illud eſſe,
18 quia † certi ſumus de mente legis, dum
dicit, Quia & ipſa res mortem commi
natur.

Reſpondeo ego id eſſe etiam, ſi nõ ex
plicaret lex, ob pregnantiam dictionis
19 illius † Grauiter, quo caſu, cum creſcere
debeat oratio in illis verbis Vſq. ad pę-
nã capitis, cõſequẽs eſt, vt ſtet icluſiue.

Reſpondeo pręterea quod tex. loqui
tur de pęnis ſumendis per Præſides, qui
20 cum habeant † merum imperium, vt eſt
tex. in. l. ſi quis forte. ff. de pęn. iunct.
tex.in l.exilium cum gloſſ. ff.de interd.
& releg.& eſt tex.in l.illicitas §.qui uni
uerſas ff. de off. Prę ſ. omnes in l.Impe-
riũ ff.de iuriſd. om. iud.in potentiori ſi
gnificato ad excellentiorẽ Prę ſidũ pote
ſtatem commonſtrandam, pęna illa, ſal-
tẽ rebus,& uerbis ſic ſe habentibus, de
pęna capitis incluſiue intelligenda fuit.

Secundo adducitur tex.in l.item ſi cũ
exceptione. §. quatenus autem ff. quod
met.ca.verba tex.hæc sũt. Quatenus au
tẽ diximus quadruplo ſimplũ in eſſe: ſic
hoc diſponendũ eſt, vt in cõdemnatione
quadrupli res quidẽ omnino contineã-
tur, & eius reſtitutio fiat: pænæ autem
vſque ad triplum ſtetur.

Reſpondet Bart. loco cit.& optime,
quod ibi eſt, quia Vlpianus in ea lege ſe
ipſum explicauit, noſq. certiores de eiuſ
dem mente facit.

Tertio tandem adducitur tex. cui ne-
ſcit Bartol. reſpondere, in cap.quicumq.
§.hæretici autem, de hæreticis in 6.uer
ba tex.hæc ſunt. Hæretici autem, creden
tes, receptatores, defenſores, & fauto-
res eorũ, ipſorumq. filii vſq. ad ſecundã
generationem, ad nullum Eccleſiaſticũ
beneficium, ſeu officium publicum ad-
mittantur. Quod ſi ſecus actum fuerit,

decernimus irritũ,& inane. Hic textus
inquit Bart. ſuam non profert ſenten-
tiã,an uelit ſtare incluſiue , & nihilo-
21 minus ſtat† incluſiue, & materia eſt o-
dioſa;q autẽ ſtet incluſiue,adducit tex.
cui reſpondendum erit, in c.ſtatutũ,eo.
Statutum felicis recordationis Inno
centij, & Alexandri prædeceſſorum no
ſtrorum,inquit tex. ne uidelicet hære-
tici,credentes,receptatores,defenſores
& fautores eorum, ipſorumque filii uſq;
ad ſecundam generationem,ad aliquod
beneficium Eccleſiaſticum , ſeu publi-
cum officium admittantur; quod , ſi ſe-
cus actum fuerit , ſit irritum , & inane.
22 Primum, & ſecundum†gradum per pa
ternam lineam comprehendere decla-
23 ramus:per maternam uero ad† primum
duntaxat uolumus hoc extendi.ſtringit
ibi gloſ.in ver.Volumus,ubi dicit,quod
dum loquitur de linea maſculina,decla-
rat tantum ius vetus, dum uero de fæmi
nina ſtatuit ius nouum . Et bene , quia
24 qui declarat nihil† immutat,aut alterat,
ſed tantum id quod eſt,propalat,decla-
rat,& certum facit.l.ſicuti §. ſed ſi quæ-
ratur ff. ſi ſeruit. uind.l. hæredes palam
§.ſed & ſi notam.ff. de teſtam.l. adeo §.
cum quis ff. de acq. rer. domin. Bart.
conſ.12.Quæritur,utrum elapſo,num.2.
uerſ.Ea quæ inducunt,& conſ.37.Super
inquiſitione , numer. 2.verſ. Ratio hæc
eſt,par.2. Cardin. in clem. ſi Romanus
in princ. de præbend. & in clem. 1.§.
fin.in fin.de rebus Eccleſ.non alienand.
Abb.in cap. ex parte, de conſuetudine,
Io. Andr. in proœm. decret. ſuper uer-
bo , Declaramus. Inde dixit Domi. in
cap.1.de ſumma Trinit.in 6.quod ſi fu-
it datus terminus ad producendum arti
25 culos in cauſſa,quod poterunt † articuli
declarari poſt terminum, cum ex decla
ratione quid nouum fieri non dicatur.
Bald.autem in l.1.§.huius ſtudij ff.de iu
ſtit.& iure, uoluit , quod ſi datus fuerit
alicui terminus ad articulandum, iſque
26 † articulos fecerit generales , poterit
eoſdem poſt terminum declarare,cui p
ximũ eſt,quod ſcripſit Domi. poſt gloſ.
in cap.ſi quis uiduam 34.diſtinct.quod
qui non poteſt articulare, poſſit tamen
27 † antiquos articulos declarare,atq; hæc
28 ſatis . Verbum autem † Volo prolatum
a lege eſt introductoriũ iuris noui , Bal-
dus in l.1.num.23.C.de ſumma Trinit.
ibid.Bart.num.5. additur ad Bart. ibid.
num.3.Et ego late de Act.in Mort.arti-
cul.cap.8.nu.1.& 2. ubi exemplis illu-
ſtraui.

Hoc,& ipſum fundamentum, quan-
quam paullo vrgẽtius, cui præcipue ne-
ſciat Bartolus reſpondere , illud tamen
euerti poſſe , illiuſq; difficultatem non
difficile admodũ poſſe euitari arbitror,
ſi dicamus, quod declaratio, licet nihil
inducat noui quoad rem ipſam, inducit
29 tamen quo ad† certam vim verborum,
Oldrad.conſ. 167. Ante omnia,num.3.
verſ. Quaſi aperte dicat, dum dicit , q
30 virtus declarationis non eſt ex† inutili
vtile facere quãtum in ſe eſt,ſed inutile
forte quoad res propter pbationis dif
ficultatem,adducit ad hoc tex.in l.duo
ſunt Titii ff. de teſtam.tutel.Declaratio
31 enim cadit in † dubiis, nõ autem in cla
ris,tex.gloſ.Alex.& alii in l. ſi ſit ſtipu
latus ff.de uerb.oblig.& in l.ſi mihi , &
tibi §.fin.ff.eo.Ad quod eſt ſatis clarum
dictum Baldi in l.non codicillum,num.
8.verſ. Quid ergo ſi pater C. de teſtam.
ubi dicit Bald.quod ſi pater reliquerit fi
32 lio in teſtamento decem,poſtea in† Co
dicillis declaret , q declarat ea decem
reliquiſſe iure inſtitutionis,an ualeat te
ſtamentũ ope, & declaratione Codicil
lorum, & determinat Baldus,quod non
per textũ in l. quod per manus ff.de iu
re codicill. Sed nec dicitur conſtare de
eo,quo de agitur, donec rei dubię, du-
biiq; uocabuli declaratio facta fuerit,
33 ideoq; non eſſe † executionem , de deli
cto ſumendam ante dubii declarationẽ
ſuo caſu conſuluit Angel.conſ.256. Gui
do Raynerii , numer. 4.uerſ. Contra-
rium facit.

Patet ergo,quod Bonifacius Octauus
fabricator cap.ſtatutum, de hæret.in 6.
dum declarauit Canonẽ Quicũq;,§.hę
retici,eo.tit.ab Alex. IV. Pontif. Max.
ſancitum,aliquid de nouo induxit, ſi nõ
quo ad rem ipſam , & ſummorũ mentẽ
Pontificum, ſaltẽ quo ad vim verborũ,
certamq;

certamq; illorum ſignificationem,& in
dubiam iuris executionem. Nos autem
de vi verborum, hoc eſt de certa dictio-
nis Vſq; ſignificatione diſputamus.

Hoc autē, quod ſi ſtabiliuimus, vt in-
cludat in fauorabilibus dictio Vſq; in o-
dioſis verò excludat, quod & tandem vo
luit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ.
11. nu. 45. uer. Ex quibus, vbi plures alle
gat: ceſſat interdum, vel ex nimia violen
tia, vel etiam ex ſimplici præſumptione
apta tamē ad id cōſignificādū, vel ut ab
ſurdum euitetur tandem.

Ceſſat itaq. ex nimia violentia, ſiue ea
4 ex † hominis promiſſione procedat, ſiue
ex iuris diſpoſitione, Bartol. & alij ſu-
perius allegati in princ. huius cap. & eſt
tex. in l. ſunt quędam ff. de extraord. cri.
min. & in l. item ſi cum exceptione. §.
quatenus autem ff. de eo, quod met. ca.
Bart. in l. patronus. §. Sempronio ff. de le-
gat. 3.

35 Ceſſat etiā ex † coniecturis, ſiue ſimus
in hominis volūtate, Barr. loco cit. Bal.
poſt Cyn. ibid. in l. à caligato, nu. 5. uerſ.
Caſus. Quidam rebellis C. de nuptijs,
ſiue etiam ſimus in legis diſpoſitione.
Exemplum illud ſit in re propoſita no-
tatu maxime dignum certè, ſi non ſingu
lare, de quo poſt Cyn. Baldus in d. l. à ca
ligato, num. 3. in fin. verſ. Siquidem pro
feruntur à lege C. de nuptijs. Si enim
dictio Vſq. cum ſimilibus dum inclu-
36 dunt, aliquid includant † alteri legi con
trarium, nō includerent eo caſu, ſed nec
excluderent, ſi excluſio aliam legis cor-
rigeret determinationem, idem voluit,
ſi bene obſeruetur, Bar. in l. Patronus §.
Sempronio, col. 1. ver. Contra hoc tamē
ff. de le. 3. qui ita intelligit tex. in l. filius
famil. §. 1. ff. de leg. 1. & in leg. 1. §. 1. ff. an
per alium cauſ. appellat. reddi poſſit.
Idem Bartol. in l. 1. in prin. ff. de pigno-
rat. action.

37 Ceſſat tandē ad † euitandum abſurdū.
primò, ſi oriatur abſurdum ex parte rei.
38 Quare, qui dicit flumē vſq; ad † ripam,
ripā ipſam excludit ex parte, & natura
rei, Bartol. in l. patronus. §. Sempronio,
propè prin. verſ. Opponitur ff. de leg. 3.
& eſt tex. in l. 1. §. in publico flumine,
in l. pen. ff. de fluminibus, & Baldus in l.
à caligato, nume. 5. uerſ. Exemplum de
ſecundo C. de nuptijs, dixit, quod, quo-
39 ties venditur vſq; ad viam † publicam,
dictio Vſq. adſtat excluſiuè, idē voluit
Bartol. in l. 1. nume. 3. verſ. Aut non erat
ſub nominatione ff. de pignorat. action.
qui idem etiam voluit, quoties quis alie
nat vſq. ad rem illam, quæ non ſit in il-
lius commercio, quia dictio Vſq. ad ſem
per ſtabit excluſiuè, per tex. in l. littora
ff. de contrahen. emp. & in l. patronus §.
Sempronio. ff. de leg. 3. Secundo, ſi oria
tur abſurdum ex parte temporis. Qua-
re, qui promiſit qualibet die pro carni-
40 bus decem uſq. ad diem † veneris appa
ret, quod illa dictio non includit, Bart.
in d. l. 1. num. 3. verſ. Vel alias in uerbis
ff. de pignor. act. arg. tex. in l. ſi uno anno
in princ. ff. locati. Idem, ſiquis citetur ad
probandum à die lunę vſq. ad diem Io-
uis, quia licet, ſi dies ſit iuridica, di-
41 ctio Vſq; ponatur incluſiuè, ſi tamen †
non ſit iuridica, ſtat excluſiue, Bald. in l.
à caligato, num. 6. uerſ. Certè iſtę dictio
nes C. de nupt.

Eadem omnino dicēda ſunt de dictio
ne A, & ſimilibus, ea enim dictio, licet
42 ex vi regulæ ſtet † excluſiue, quia deno-
tat terminum, à quo, vt diximus in prin
43 cipio huius tituli, importat enim † ſepa
rationem hæc dictio, Magon. deciſ. Flo-
rentina 8. Frequens eſt, nu. 7. verſ. Et ma
xime, ſi terminus, Caſtrenſ. in l. 1. nu. 2.
Alex. num. 18. & alij ff. ſi quis caution.
idem Alex. ad Bart. ubi alios allegat in
l. Patronus §. Sēpronio ff. de leg. 3. Bald.
in l. poſt duos ff. de aduoc. diuerſorum
Iudiciorum, eſt tex. in ca. ante trienniū
30. diſtinct. gloſ. in l. ratio §. ſi vendito-
rem, in uerſ. ab initio ff. de action. empt.
l. ætatem ff. de cenſibus, Alex. conſ. 42.
In cauſſa, & lite, num. 5. verſ. Quia ſtatu
tum, uol. 3. Bald. & alii in l. a caligato C.
de nupt. Oldrad. conſ. 49. Conſueuit du
bitari, in princ. Alex. iterum conſ. 114.
Viſa ſcripturarū, num. 2. verſ. Et ſic pro-
pter dictionem A, uol. 1.

44 Inſeruit tamē, & ipſa ſubiectæ mate-
riæ latiſſime Tiraquellus de retract. li-
gnag. §. 1. gloſ. 11. per totam, atq; in du-

bio conſiderandum eſſe actum,an ſit is
fauorabilis,uel odioſus,ut poſteriore ca
45 ſu†excludat,priore includat,tandē con
cludit Tiraquell.loco cit.num.45. uerſ.
Ex quibus,ubi alios allegat.

Quo ſit,ut optime dixerit Io.de Ferr.
in ſua praxi, in for. cap. Quando teſtes
producuntur ad ęternam rei memoriā,
de quo Firman. in uerbo A, uerſ. Hanc
46 Theoricam, quod ſtante † ſtatuto,ut à
pulſu cāpanæ de ſero nullus uadat per
uicos certa indicta pœna, ſtatutū illud
erit intelligendum excluſiue poſt finitā
campanam ſtante uero alio ſtatuto,ut à
47 pulſu campanę de mane quilibet†poſſit
exire,dictio A,ſtabit incluſiue, nec alia
profecto reddi poteſt ratio,niſi quia pri
or ſtatuti diſpoſitio eſt odioſa tendens
ad condemnationem,& pœnam,poſte-
rior uero ſanctio eſt fauorabilis abſol-
uens,& in libertatem quodam modo re
digens.

Aliud de dictione A, in ordine ad no
cturnum tēpus in teſtis depoſitione no-
tatu dignum ſcriptum reliquit cōſultus
Frācilcus Aretinus cōſ. 72. Diligenter,
& mature,num.5.uerſ. Item prædictus
Lucas,quod ſi teſtis deponat quid geſtū
eſſe a prima hora noctis, duo dicit, &
46 primā noctis horam finitam, & imme-
diate finitam,citat ad illud tex.in l.1.ff.
ſi quis cautionibus,& in l.ratio ff.de ac
tion.empt. ſed certe illa iura id nō pro-
bant,cum ex ijs ea tantum eliciatur pro
poſitio,quod dictio A, denotat ſepara-
tionem.

Quare in caſu propoſito ego ita di-
ſtinguerem; Aut contentio eſt de actu
49 †momentaneo, aut de actu ſucceſſiuo.
Si de actu momentaneo, puta quia con
trouertatur quo tempore ſit factum ho
micidium,& teſtis deponat,quod a pri-
ma hora noctis, non intelligam ego ex
communi vſu loquendi etiam attento
latino idiomate,non intelligam, inquā,
immediate poſt primam horam,ſed me
diate uſq.ad alteram dimidiam, & hoc
caſu eam conſtituo differentiam inter
50 dictionem†A, & dictionem Ad, ut ſi
quis dicat A prima hora noctis,intelli-
gatur de tempore inter primam noctis
horam finitam,& alterius dimidiam, ſi
uero dixit Ad ſecundam horam noctis,
tunc de eo tempore intelligatur, quod
eſt a prima noctis hora,& alterius dimi
dia,ad ſecundam noctis horam exple-
tam.Si uero ſit contentio de actu ſucceſ
ſiuo, quanto tempore quis fuerit in ca-
mera,ut utar uerbis Aretini,& reſpon-
deat teſtis,quod a prima uſq.ad mortē,
uel uſq.ad ſecundam, intelligitur tunc
de prima finita, & immediate finita,&
hic eſt caſus Aretini dicto conſ. 71. nu.
5.uerſ.Item prædictus. Ratio differen-
tię ea eſt,quia primo caſu in actu momē
51 taneo dictio† A, denotat ſolam ſepara-
tionē; quæ modo,uel ſit immediata, uel
paullum mediata,id parum eſt,ſecundo
uero,dictio A,non ſolum denotat ſepa-
52 rationem, ſed etiam†continuationem,
& terminum a quo in ordine ad termi-
num ad quem,quo caſu terminus a quo
uel includitur,uel immediate excludit,
per ea,quæ tradit Tiraquell.de retract.
lignag.§.1.gloſ.11.per totam.

De dictione Poſt illud ſcripſit Ange.
in tract.de Maleſ.in uerb. De nocte, ut
mandatum, nu.2.in fin.uerſ. Et facit ad
ſtatutum,per not.in l.2.§. appellata ff.ſi
cert.pet.& not.in l.in inſulam §.fructus
ff.ſolut.matrimo.quod ſtante ſtatuto,ut
poſt ſonum cāpanæ finitum in delictis
pœnę duplicentur,ſi quis accuſetur,uel
per iudicē inquiratur, quod deliquerit
53 †poſt ſonum campanæ,non concludit',
ad duplicationem pœnæ, niſi addat di-
ctionem illam finitam.

54 Sed certe obſtat † peritia Iudicis in
fundanda intentione, quæ non dicitur
fundata, niſi finita campana, ideo forte
ſignificabit finitam campanam, ſeu ex-
peditū campanæ ſignum dictio Poſt. Vi
de quæ de hoc ſcripſerimus in cap. de
Fœnis temper.

55 Bene dictio† Circa ſonum campanæ
non ſignificat finitum cāpanę ſignum,
ut ita interpretādū illud eſſe in mitius
ad delictum excludendum ſcripſit Bur-
ſat.conſ.141.Legi ſerioſū, nu.28.uerſ.
Tum rurſus,quod depoſitio,uol.2.

56 De dictione autē† Perinde,ſuper the-
mate in ordine ad nocturnum tempus
ita

ita ſcripſit Bar.in l.1.in prin.ff.de recep.
placet illius uerba nuncupare.Dicit ſta-
tutum,quòd, qui fugerit ante familiam
puniatur perinde, ac ſi inuentus fuerit
cum armis,& pro armis eſt ſtatutum,q
de nocte pęnæ duplicentur, vtrum huic
fugienti de nocte pęnæ duplicentur?Et
videtur, quod non, ut hic, quia dictio
57 † Perinde non refertur ad qualitatẽ, ut
eodem modo puniatur.Tamen hoc non
puto uerum,quia iſte diuiſiones referũ
58 tur ad omnes † qualitates l.a filio §.pé.
ff.de alim.leg.Non obſtat hic: quia hoc
eſt verum cauſſa tollẽdæ contrarietatis.
Hæc Bartolus. Idem voluit idem Bart.
in extrauag.ad reprimendum, in uerbo
Pèrinde,ut ea dictio ad omnia referatᷣ,
etiam reſpectu qualitatũ,niſi aliud ſua-
deat neceſſitas contrarietatis tollendę,
59 idemque ibid. dicit eſſe in † aduerbijs
omnibus,& nominibus ſignificantibus
ſimilitudinem.

Atq.hęc de Dictionibus ſatis.Alię.n.
pleræq. uel etiam omnes huc reuocari
poſſunt,indeq. optime declarari, dum
mihi perſuadeo non oſcitanter nimis
uniuerſales quaſdam traditiones inue-
ſtigaſſe,perſcrutatum fuiſſe,tandemque
firmas theorias ſtabiliſſe.

DE IGNORANTIA Cap. LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia in facto alieno regulariter præſumitur.*
Niſi factum ſit publicum, nu. 2.
Vel ſimus inter uicinos nu. 3.
4 *Vicinus præſumitur ſcire facta uicini in ſucceſſiuis.*
5 *Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei.*
6 *Præſens præſumitur ſcire.*
7 *Ignorantia præſumitur reſpectu eorum, quæ nocturno tempore geruntur.*
8 *Serui excuſantur, ſi dominus de nocte fuerit occiſus.*
9 *Ignorantia præſumitur in occultis.*
10 *Ignorantia in facto proprio non præſumitur.*
Niſi ſimus in antiquis, &c. nu. 11.
12 *Ignorantia etiam in facto proprio præſumitur, quoties quid nocturno tempore geſtum eſt.*
13 *Vis illata nocturno tempore quomodo iuſte ignoretur.*
14 *Ignorantia etiam in facto proprio admittitur ubi factum eſt intricatum.*
15 *Ignorantia quomodo in facto proprio admittatur, diſtinguit Author.*

ARGVMENTVM.

¶ Ignorantiam, dum ea interdum in alienis non præſumitur, præſumi tamen ratione nocturni temporis: Sed & in proprijs admitti, & quomodo.

IGNORANTIAM in
1 facto† alieno præſumi ſem
per,donec ſcientia probe-
tur id eſt,in quo conueniũt
omnes, tex. in l. verius, in
princ.& ibi gl.in uerbo obligatam ff.de
probat.tex.in c. præſumitur de reg. iur.
Bar.in l.is poteſt,nu.18.ff.de acq.hęred.
Bald.in l.1.poſt nu.2. verſ. Oppono, q
non ſit neceſſe C.ad Macedo.Idem Bal.
conſ.228.Per Sanctiſſimum ad fi. uol.4.
Roman.conſ.54.Viſis.num.3. verſ. Con
trarium puto uerius,Gràmm. deciſ. 36.
Solon ex ſeptem, nu. 16. D. meus Præſ.
Menoch.lib.1.de arbitr. Iud. quæſt. 72.
nu.3.uerſ.Primum illud,& in 4.articul.
cauſſæ Finarienſis,reſpõſ.2.nu.61. verſ.
Cum in dubio præſumatur ignorantia,
& alij propè innumeri,de quib.D.meus
Præſ.Menoch.de præſumpt.lib. 6. præ-
ſumpt.23. num.51. Maſcard. de probat.
concluſ.879.Ignorantia ſemper præſu-
mitur, in princ. plures alios citauimus
nos de Act.in Mort.art.cap. 19. in prin-
cipio,ubi ex Socin.Sen.reg. 220. Igno-
rantia circa factum alienum,& reg.221.
Ignorantia in dubio præſumitur, dixi-
* mus eſſe iuris * regulam.
Fallit 1. hæc præſumptio in ijs, quæ
2 † publicè fiunt,quia etiã in facto alieno
ſcien-

Digitized by Google

ſcientia præſumitur, Socin. d.reg.220. verſ.Secundò fallit,gloſ.in cap.1.de Poſtulatione Prælat. & in l.ſi tutor, & ibi Bar.ff.de pericul.& commodo rei vend. * de*communi poſt Gramm.deciſ.36.nu. 16.teſtatus eſt Maſcard. d.concluſ. 879. num.16.verſ.Quartò limita.Alios cumulauimus in d.cap.9.nu.3.vbi etiam nu.4. recenſuimus rationem.

3 Fallit 2. in † vicino, qui præſumitur ſcire facta vicini, Alex.in l.is poteſt,nu. 13.verſ.Ex his habes ff.de acq.hæred.de * communi* poſt Bertaz.Maſcard.de probat.concluſ.1413. Vicinus regulariter, nume.3. D.Menoch.lib.6.præſumpt.23.
4 num.85.modò ſimus in actibus†ſucceſſiuis,vt declaraui d.cap.9.num.22.

5 Fallit 3. in † conſanguineo, in facto, ex quo quis ſentit commodum, & pleriſque alijs modis, de quibus Maſcard. concluſ.879.per totam,& D.meus Præſ. Menoch.d.præſumpt.23.à num.51.lib.6

6 Fallit 4.quoties quis fuiſſet † præſens, gloſ.in l.ſi tutor C.de excuſat.tut.Socin. Seu. reg.220. Ignorantia circa factum alienum,verſ.Quintò fallit, D.Menoch. d.præſumpt.23.nu.72.& eod.lib.6.præſumpt.21.num.6.

Sublimitantur hæc omnia pleriſque modis, de quibus D.meus Præſ.Menoc. d. præſumpt.23. & Maſcard. d.concluſ. 879. Et ego de Act.in Mort.art.d.cap.9. Sed quod ad noſtrum ſpectat inſtitutũ ſublimitantur omnes limitationes,quãdoquid nocturno tempore geſtum fuiſ-
7 ſet,quo tempore iuſtè†ignorantur, quæcunque gerantur,Roland.à Valle conſil. 7.In cauſſa Antonij,nu.30.verſ.Vbi glo. dixit,volum.1. Fran. Marcus deciſ.764. Quæritur,quia,nu.1.& deciſ.765. Quæritur,ſi iſti Syndici,num.4. Bald.in l.1.§. occiſorum,nu.1.ff.ad Syllan.Idem Bald. ad Specul.in tit.de Accuſat. col.penult. verſ.Sed nunquid excuſant tenebræ noctis? Aretin.conſi.57. Diligenter, & copioſiſſimè, num.1.verſ. Similiter etiam dicimus, Mantua in ſuo Dialogiſm.claſ. 1.cap.16.Accuſatus,nume.2.qui nititur ſolo tex.cum gloſ. in l. ſi cum exceptione §. in hac actione. ff. quod met. cauſ. idem uoluit Boſſ.in titu.de Indicijs, nu. 171.verſ.Ex his habes, Alexan.conſ.24. Animaduerſis his,num.8. verſ.Secundò præſuppono, vol.2. atq; eadem ratione voluit Roman.quòd licet incidant in pœnam ſerui, ſi domino occiſo auxiliũ non
8 præſtiterint,attamen † excuſantur ſerui, ſi dominus de nocte fuerit occiſus, quia domini offenſam nocturno tempore factam iuſtè potuerunt ignorare,Roman. conſ.7. Viſis neceſſarijs,nu.6. per tex.in l.1.§.occiſorum ff.ad Syllan. Cui ſuffragantur ea,quæ ſcripſit Alex.conſi.71.Videretur prima conſideratione, nume.6. verſ.Et ſimiliter dicit,lib.1. Idem Alex. conſi.50.In cauſa,& lite,nume.17.verſ. Item interrogatus, lib.5. Idem in l.Titius §.1.num.5.ff.de liber.& poſth. Maſcar.de probat.concluſ.879.nu.15. verſ. Illud itidem, quòd ſcilicet ratione eo-
9 rum, quæ†occultò fiunt, nõ præſumitur ſcientia, etiam vbi aliàs ſcientia præſumeretur.

Et quod magis eſt, in tantum iuſta admittitur ignorantia ratione eorum, quæ nocturno fiunt tempore,vt licet in facto
10 † proprio regulariter non præſumatur ignorantia,niſi fortè, vel eſſemus in antiquis,uel in actibus morientium,vel a-
11 lijs de † cauſſis,quæ recenſentur copioſo ſtylo à Maſcard.de probat.concluſio. 879.nume.4.verſ.Decimoſextò fallit,D. meo Præſ.Menoch. de præſumpt.lib.6. præſumpt.23. quoties tamen, quod ge-
12 ſtum eſt,nocturno † geſtum eſt tempore, præſumitur ignorantia , etiam in facto proprio,ſic gloſ.quam ibi Angel.dixit ſingularem, in l.ſi cum exceptione, in meo incipit.l.Item ſi cum exceptione §. in hac actione, in verbo ignorantiam.ff.quod met.cauſ. voluit,quòd in-
13 ſte poteſt † is ignorari, qui uim intulerit,vbi vis de nocte fuit illata,vel ſaltem probabiliter ignorantia deduci poteſt, tum locis cit. tum idem uoluit Franciſ. Marcus,deciſ.764.Quæritur,quia,num. 1.par.2.

Faciunt ad hanc deciſionem,quæ ſcripſit Bart.in l.non fatetur, num.7.& 10. in fin.ff.de cõfeſſ.idem in l.ſi quis,in fin. ff.de nouſ.r. Iaſ.in l.Error, num.21. verſ. Salua gloſ.C.de Iur.& fact.ignor. Idem

in l.

Digitized by Google

in l.ſi res obligata,num.37. uerſ. Tertio principaliter fallit ff.de leg.1.& alii plures,de quibus Maſcard. de probat. concluſ.879.num.45.verſ.Secundo loco,D. meus Præſ.Menoch.lib.6.præſumpt.23. num.41.quod ſcilicet,ubi quod geſtum,
14 implicitum eſt admodum,atque† intricatum,ignorantia in facto proprio excuſat.Quæ vera intelligo ratione conditionum,& diſtinctæ explicationis,ſecus ra
15 tione quomodolibet† facti,vt etiam innuit gloſſ.in d.l.ſi cum exceptione §. in hac actione,in verbo Ignorantiam.ff. qđ metus cauſ.Nec enim dicit, quod iuſtè uis ignoretur, quæ nocturno tempore fuit illata,ſed quod iuſtè poſſum ignorare,quis mihi nocturno tempore uim fecerit.Ideoque ignorantia non refertur ad eſſentiam facti, ſed ad diſcretionem facti,atque ad illius conditiones,& plenas circumſtantias.Vide ad hoc Spec.in titu. de Accuſ.nu.37.ſeu potius Bal. ibid. col. pen.verſ.Sed nunquid procedit, eũdem Bal.in l.ſi ea quæſtio,n.3.uerſ.Tu dic,qđ debet C.de his,quibus,ut indign.

DE PRAESENTIA
Cap. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Præſentia in ſignificatione naturali,de neceſſitate non arguit ſcientiam.*
2 *Præſentia in ſignificatione ciuili arguit ſcientiam.*
3 *Præſentiam alterius deponens,non concludit illius intelligentiam.*
4 *Teſtis uerba ſunt naturaliter accipienda, & prout ſonant in facto.*
5 *Præſentia ex uerbis notarij in inſtrumento arguit intelligentiam.*
6 *Iudicis,&*
Notarij verba ſunt cum effectu intelligenda.
7 *Notarij verba in inſtrumento ſunt ciuilit er intelligenda.*
8 *Notarij dicuntur teſtes iuris & facti.*
9 *Notarius.Pro uerbis notarij præſumitur.*
10 *Renunciatio facta per mulierem non certioratam,illi non nocet.*
11 *Renunciatio iur.s,quod quis ignorat,non valet.*
12 *Notarius, ſi dicat in inſtrumento mulierem certificatam,non concludit illam certificatam,ex Feder. de Sen.*
Dat cautelam Author,ut concludat, nu.17.
13 *Inſtrumentum non facit fidem de ijs,quæ dicit Notarius ſe feciſſe.*
14 *Libellum oblatum,&*
Litem conteſtatam fuiſſe. ſi dicat Notarius in inſtrumento,non probat,ex Fed. de Sen.
15 *Teſtis non probatur iuratus ex eo, quod dicatur iuratus à notario,ex eod*
Sed de his omnibus dictis Federici dubitat Author,nu.16.
18 *Præſentia arguit præſumptam intelligentiam.*
Non tamen arguit conſenſum ubi conſenſus requiritur,nu.19.
20 *Scientia qualis non facit,ut quis amittat iuris priuilegium.*
21 *Ratificatio ut noceat debet continere ſpecialem tenorem ratificandorum.*
22 *Sententia lata contra ſcientem, quando illi præiudicet.*
23 *Præſens in iudicio præſumitur intelligere.*
Diſſentit Bartolus,nu.24.
Conciliat Decius,nu.25.
36 *Citari non debet præſens,& quare.*
Etiam ſi citatio expreſsè ex ſtatuto requireretur,nu.27.
Niſi in citatione,certa requireretur ſolemnitas,nu.28.
29 *Præſens licet non ſit citandus,eſt tamẽ prius à iudice certiorandus.*
30 *Præſentiam propriam allegans,concludit etiã intelligentiam.*
31 *Teſtes deponentes de actu nocturno cauere debent,ne dixerint ſe præſentes,& quare.*

ARGVMENTVM.

¶ Præſentem dicens Seium,illius nõ conuincit ſcientiam;Secus,ſi ſe ipſum.A quibus ea de re cauere debeat teſtis dum de nocturno deponit actu,ex Baldo,& Felino.

PRAE-

Digitized by Google

PRAESENTIA de ſe
an complectatur ſcientiã
& intelligentiam , eam-
que includat, eſt ſatis ele
gans diſtinctio apud Cę-
ph.conſi.185.numer. 22.
volum.2.de qua etiam Maſcard.de pro-
bat.concluſ.9. Abſentiam in ſtipulationi
bus,num.8.verſic.Quid quod idem. Aut
enim conſideramus præſentiam in ſi-
1 gnificatione † naturali, & de neceſſitate
præſentia non complectitur ſcientiam ,
& intelligentiam,arg.l.p.§.ſin.vbi Bart.
ff.de auth.tut. Aut conſideramus effectũ
2 iuris† ciuilis,& præſentia complectitur
intelligentiam,argum.leg.Coram, ff.de
verb.ſign.l.diem ff.de arbitr. & Imol.in
l.hæredes palam,nu.2.ff.de Teſtam.quo
ſic ſtante.

An qui dicit quem præſentem', dicat
illum intelligentem concludatque illũ
3 ſcientem.Et equidem, qui deponit de †
alterius,præſentia non,concludit illius
tertii intelligentiam , quia poſſunt eſſe
actus ſeparati,Bartol. in l. 1.§. tutor. ſi
inuitus,num.1.ff.de auth.tut.Bald.Imol.
& alii,in l.hæredes palam in princ.ff.de
teſtam.per tex.in l.diem proferre §.ſi co
ram Titio ff.de recep.arbitr.& l.Coram
ff.de verb.ſignif.Idem Bar.in tract.teſti-
moniorum,num.17.verſ. Teſtis dixit ali
quid ſcire.Idem tenet Bald.in l. 1. C.de
bon.poſſ.ſecund.tab.nume.9.uerſ.Adde
hic vnum verbum, Alex.in l. ſoluto ma-
trimonio §.uoluntatem,nu.10.uerſ.Præ-
dicta tamen opinio ff.ſol.matrim.Idem
Alex.conſil.180.In cauſſa Angelorũ Hę
breorum,nu.2. uerſi.Et licet ipſe teſtis,
libr.2.Idem conſi.20.In cauſſa appella-
tionis,nume.2.verſi.Pro hoc etiam facit
lib.4.Idem conſi.73. Non puto hunc no
tarium,in princ.verſi.Nam licet teſtis,li
bro 3.Idem conſil.43. Viſis,& pondera-
tis,num.34.uerſ.Præterea,ſi unus teſtis
lib.4.Cæph.conſil.185.num.31. uolu.2.
Vbi Cęphalus reddit aliam rationem,
4 quia ſcilicet,cum uerba teſtis ſint† natu-
raliter accipienda,& prout ſonant in fa
cto leg.ſtipulatio iſta §.hi qui ff.de verb.
oblig.præſentia naturaliter intelligen-
tiam non arguit,ut ſuperius dictum eſt,
idem cum eadem ratione uoluit Maſca.
conclu. 9. Abſentiam in ſtipulationi-
bus,numer.5.& 6.Gramm.conſi.19. nu-
mer.2.in criminalibus , D.meus Præſ.
Menoch.de præſump.lib.6.præſump.21.
Non multum à ſuperiore, nume.9. ver-
ſic.Declaratur primò,& hanc eſſe* com
munem opinionem,& hanc eſſe tenen-
dam , & temerarium eſſe,aut conſulen-
do,aut*iudicando ab hac ſententia rece
dere dixit Iaſ.in l.ſoluto matrimonio §.
uoluntatem,num.21.22.23.24.ff.ſol.ma-
trim.

Fallit primo in Notario, qui,ſi in in-
ſtrumento dicat, præſentibus Titio, &
Seio,nõ ſolum dicit illos præſentes, ſed
5 etiam†intelligentes,Bart.in l.Coram.ff.
de verb.ſignifi.Idem in l.diem proferre,
§.ſi coram per illum tex.ff.de arbitr.Idẽ
in tract.teſtimoniorum,nu.19.uerſic.Se-
cus,ſi notarius,Alciat. in l.Coram,num.
7.ff.de uerb.ſignif.D.meus Præſ. Meno.
lib.6.præſumpt.21.Non multum , nu.7.
verſ.Et hac doctrina;Dec.conſi. 630. In
cauſſa,quæ reuocatur,num.5.in fin.verſi.
Vlterius etiam attentari poteſt , & ita
communiter in * praxi ſolere obſeruari
per notarios,poſt Aretin.ibi allegat. te-
ſtatus eſt Maſcard. de probat.concluſ.9.
numer.9.uerſ.Reſtringitur tamen,cuius
rei reddit rationem,tum Bart.tum Ma-
6 ſcard.loco cit.quia ſcilicet uerba † Iudi-
cis,& Notarij ſunt cum effectu intelligẽ
da, addit aliam rationem Bartolus, in l
quod ſi nepotes.ff.de teſtam. tut. & in l.
1.C.de Vſur. prout eum refert Maſcard.
d.concluſ.9.numer.11.quoniam ſcilicet
notarius cenſetur in inſtrumento appo-
7 nere verba , ut † ciuiliter intelligantur,
quo fit, vt nec contemnendam exiſtimẽ
rationem illam,quam ego adduco,id ea
eſſe ratione,quia notarius dicitur teſtis,
8 & † iuris,& facti,Bal.in cap.cum in iure,
num.3.de off.deleg. Dec.præterea loco
cit.aliam ſubijcit rationem,quia ſcilicet
9 pro verbis notarii † præſumitur per l.1.
& ibi Bar..C.de Vſur.tex.in l.ſciendum ,
ff.de uerb oblig.

Quo ſit, ut non modicum ſemper de
ijs dubitarim,quæ ſcripſit Feder. de Se-
nis,quæſt.199. Quæritur,an D. Marga-
rita,

rita,dum poſteaquam voluit,quod mu-
10 lier† non certiorata,ſi renunciet iurib⁹
ſuis,nihil agat, quia iuri, ꝙ quis igno-
11 rat, eidem nullus poſſit † renunciare,
ut etiam eſt tex.in l.legitima ff.de hære
dib.inſtituen.in l.iuris ff.de inoff. teſta-
men.& in puncto etiã Grammat.de ciſ.
57.Iacobus Cãpanarius, num.8.verſ.Et
ſic nõ poterit, ſcripſit inquã Fed.quod
adhuc poterit mulier nullã dicere renũ
ciationem,etiam ſi in inſtrumento ſcri-
12 pſiſſet notarius mulierem† certificatã,
quia ſequitur Feder.adhuc in dubio nõ
cenſeretur certificata, ex eo,ꝙ inſtru-
mentũ faciat quidem fidem de his,quæ
inter contrahẽtes geruntur, non autem
13 de iis,quę notarius dicat† ſe feciſſe, ar-
gum.l.omnibus C.de Teſtibus,ad quod
facit ſecũdũ ipſum, quod not. Hoſtien.
& Innoc.locis ibi allegat. quod licet in
inſtrumento dicatur oblato libello, &
14 lite conteſtata,uerba eiuſmodi† nõ ꝓ-
bent litem conteſtatam;& aliud nõtatũ
dicit in auth.ſi quis in aliquo C de edẽ.
de quo dicto Feder.loco cit.nume.4.te-
* ſtatur de *communi, quod ſi in actis le-
15 gatur Titius† iuratus ſic dixit, & depo-
ſuit; quod talis ſcriptura non probabit
iuramentum, ſed ſolam depoſitionem.
16 De his Federici aſſertionibus † dubi-
taui, inquã, ſępius per ſupradicta. Quan
quam vt id obiter admonuerim, exiſti-
maui ego attenta Federici opinione, op
17 timam eſſe† cautelam, ſi ſcriberet nota-
rius, Certificata, ut dixit, & proteſtata
fuit,eo enim caſu indubitanter conſta-
ret de certificatione,quia non amplius
de facto proprio,ſed de alieno notarius
deponeret.

Fallit ſecundo ratione præſumptio-
nis,quia deponens de alterius præſẽtia
cõcludit de eiuſdẽ intelligentia, quoad
18 qualem† qualem pręſumptionem, D.
Menoch.lib.6.pręſumpt.21. nu.3. uerſ.
Non tamen negant, atq; ego ita intelli-
go gloſ.in l.ſi tuor C.de excuſat.tut. So-
cin.Sen.reg.220.Ignorantia circa factũ
alienũ,uerſ. Quinto fallit,dum enim hi
volunt,quod præſentia arguat ſciẽtiam,
& intelligentiam,intelligo,quoad qua-
lem qualem ſcientiam, & quoad quan
dam tantum præſumptionem.

Quæ quidem pręſumptio,ne ſpeciale
ex ſpeciali emanet,aut coniectura ex cõ
iectura dependeat, non facit,ut ex præ-
ſentia ea colligatur ſcientia, & intelli-
19 gentia,ex qua oriatur conſenſus, ubi †
conſenſus requiritur, ita nõtabiliter D.
meus Præſ.Menoc.d.lib.6.præſump.21.
nu.10.uerſ.Declaratur ſecundo,qui ita
intelligit Fel.in cap.cũ cauſſam,col.8.
verſ.Secundo limitatur,de teſtibus, &
Geminian.in cap.pen.de re iud.in 6.Ra
tionem ſubijcio ego manifeſtam,pręter
* eam, quam ego mox pręter hos patres
aſſignaui,quia,cum qualem qualem tan
tum arguat ſcientiam ex legis præſum-
ptione,non inducit ſcientiam facti cum
omnibus qualitatibus, quæ quidem nõ
ſufficit ad amittendum iuris priuilegiũ
ex cauſſa cõſenſus;quoniã, ut quis amit
20 tat iuris† priuilegium ex conſenſu,non
ſufficit,ut ſciat quoquo pacto factũ ſuc-
ceſſiſſe,ſed requiritur inſuper, qđ ſciat
factum cum omnibus ſuis qualitatibus,
ita, ut perfecte intelligat, an ex eo actu
ſit grauatus, vel ne glo. in cap.concer-
tationi,in uerbo Sciuerit, de appellat.
* quã uti *notabilem ſequitur Alex.conſ.
114.Ponderatis his,num.4.lib.1. & Fe-
lin.in cap. quoad conſultationem, nu-
mer.32. de re iud. Crauet. qui loquitur
in terminis ratificationis ubi plures ad
21 ducit, quod ſcilicet † ratificatio etiam
iurata non ualeat, niſi ſpecialis tenor
ratificandorum ratificanti innotuerit,
Crauet.inquam conſ.197.Quanquam,
& abunde,numer.14.uerſ.Præterea, ut
facto ipſo,Pariſ.conſ.47. Intentio Do-
minorum,num.97.verſ.Et certiſſimum,
* vbi dicit hoc dictum * certiſſimum eſ-
ſe,uol.1.in iiſdem terminis ratificatio-
nis, Natt. conſ. 162. Perſpecto inſtru-
mento,nu.33.verſ.Ad qđ facit, cõcluſio
nem uoluit etiam Oſaſch.deciſ.176.Ve
rum,quoniam aduerſus liberos,num.4.
Tiraquell.in tract. de retract. lignag. §.
36.gloſ.2.num.30.verſ.Porro, ſi teneas,
& num.31.atq; Alex.d.conſ. 114.nu.4.
lib.1.quem ſequitur Anchar.conſ.372.
Pro declaratione iſtorum, circa finem,
& Natta dicto conſ.162.num.33. Exem-

plificant

22 plificant inſuper in †ſentētia, quæ lata
contra ſcientiam nō illi præiudicat, niſi
condemnato ſpecialis ſententiæ tenor
exhibeatur, de quo tamen uide Albam
conſ. 162. In cauſſa iſta, num. 6. uerſ. De-
inde ad ſecundū, & nu. 9. verſ. Et latius,
poſt Dec. conſ. 160. nu. 5. & Abb. in cap.
innotuit, col. fin. de elect.

Fallit tertio quoties qs eſſet in iudi-
23 cio, qui. n. eſt præſens in†iudicio etiā in
telligere præſumitur, Angel. & Imol. in
l. de uno quoq. ff. de re iud. Iaſ. in l. 1. in
fin. ff. de In ius uocā. Idem in rub. C. eo.
24 a quo dum†diſſentit, Bartol. in l. furioſo
ff. de re iud. & alii, de quib. D. meus Præſ.
Menoch. de præſumpt. lib. 6 præſumpt.
25 21. numer. 4. uerſ. Huc facit. Eos† conci
liat Dec. in rubr. C. de In ius vocand. de
quo etiam D. meus Præſ. Menoch. loco
cit. num. 5. verſ. Has opiniones, vt affir-
matiua opinio procedat, dū quis eſt in
iudicio vocatus, vt is etiam intelligere
dicatur, qui præſens eſt; negatiua vero,
vt præſens non cōuincatur intelligere,
procedat quoties caſu fortuito, non re-
ſpectu illius actus, quis eſt in iudicio
præſens.

Ad quod maxime facit, quod licet ci-
26 tari non debeat, qui † præſens eſt, finis
. n. citationis eſt comparitio citati, Bald.
in l. conſentaneum, numer 36. C. quom.
& quand. iud. per not. in cap. fin. de
elect. in 6. latiſſime diſſerit Io. Baptiſta
Aſin. in ſua praxi. §. 7. capit. 5. limitat.
* 90. per totam, ubi numer. 4. teſtatur de*
communi, poſt Curt. Iun. in rubr. nu-
mer. 8. ff. de in ius uocand. & Curt. Sen.
pariter de communi teſtantem in repe-
tit. dictæ rub. numer. 11. ibi alleg. quod
etiā procedit, ubi citatio expreſsè in ali
27 quo actu ex† ſtatuto caueatur, ita ut a-
ctus ille, ſine citatione omnino non poſ-
ſit expediri, poteritque nihilominus
parte præſente, ſine citatione, actus il-
le expediri, vt poſt Bal. in l. C. quom. &
quand. iud. in fin. Ioan. Andræam, &
Rom. in locis ibi allegat. Aſin. loco cit.
28 numer. 5. niſi forte in citatione † certa
requireretur ſolemnitas, quoniam tunc
non ſufficit præſentia, Bald. in au-
th. ſi omnes C. ſi, ut ſe ab hæreditate ab
* ſtineat, de quo Barbat. qui dicit hoc* no-
tab. in vlt. addit. ad Bald. in l. Cum fra-
trem C. de his quibus, vt indign.

Attamen, licet citandus, vt diximus,
non ſit præſens, priuſquam aliquid fiat
29 de actu celebrando, certiorandus† erit
à iudice, gloſ. in cap. conſuluit, in uerbo
Terminū peremptorium, de off. deleg.
poſt tex. in l. 2. C. quom & quād. iud. de
* cōmuni* Capyc. deciſ. 34. nu. 8. & Aſin.
d. §. 7. c. 5. limitat. 90. nu. 15.

30 Qui uero deponit de† propria præſen
tia, cōcludit etiam de intelligentia, om
nes DD. allegati in principio capituli.

Hinc cum pluribus ſubiiciantur pœ
nis, qui delinquentem profiteantur ſe
nocturno tēpore vidiſſe, declarando, vt
latius diximus in cap. de Viſu, non inu-
31 tiliter monuit Bald. ut cauerent † teſtes
deponentes de actu nocturno n. dicerēt
ſe fuiſſe præſentes, quia ſcilicet præſen-
tia inducit viſum, Bal. inquam in l. ſi nō
ſpeciali, nu. 1. uerſ. Caueam tamen, ne
dicāt C. de Teſtam. & Felin. in ca. ſicut,
nu. 6. verſ. Et dicit Bal. de ſent. & re iud.

DE VICINIS
Cap LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus malus grauis morbus.*
2 *Vicinus bonus longe uendibilius reddit prædium.*
3 *Vicinus malus rem viliorem reddit.*
4 *Vicinum malū tenetur venditor exprimere emptori.*
Si tamen de eo fuerit requiſitus, num. 5.
6 *Heſiodi mendoſus locus apud Tiraquellū, reſtitutus.*
7 *Vicini præſumuntur feciſſe furtum nocturnū*
8 *Occiſus de nocte pſumitur a vicinis occiſus.*
9 *Vicini, reſpectu maleficij vicini, & nocturni, poſſunt torqueri*
10 *Vicinus non tenetur de uicino maleficio, ſi ſit bonæ uocis, conditionis & famæ.*
11 *Aduerbia formantur iuxta ſignificationem adiectiuorum.*
12 *Vicini illi torquendi ſunt reſpectu uicini maleficij, de quibus magis ſuſpicetur.*
13 *Vicinus, ut dicatur uicinum maleficiū cō miſiſſe*

miſiſſe de nocte, tria copulatiuè requiruntur.
14 *Prouitas conſideratur attento præſentis tẽpore.*
15 *Infamia delebilis poteſt deleri per bonam cõuerſationem.*
16 *Infamia reſultans ex re iudicata non tollitur, niſi per reſtitutionem.*
17 *Malus ſemel quando in poſterum malus præſumatur.*
18 *Vicinus præſumitur ſcire facta uicini.*
Fallit pluribus modis ex noua, longaque Authoris diſtinctione, nu. 19.
Rationeq; tẽporis, ſi actus ſit nocturnus, n. 20
21 *Vicini non tenentur de maleficio nocturno.*
Declarat Author, nu. 23.
22 *Vicinia, & communitas confunduntur.*

ARGVMENTVM.

¶ Vicinus an in uicinum peccaſſe præſumatur, ſi delictum ſit nocturnum. quid præterea de eiuſdem ſcientia in factis uicini ſanciendũ cum omnium, tum etiam nocturnorum.

CATO in libris de Agricul
1 tura malum † uicinũ æquè
ac morbũ nocere ſcripſit.
Quamob rem Themiſtocles, ut in illius vita memoriæ prodidit Plutarchus, & mihi teſtis
eſt D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 83. Cùm minoribus læſis, nu. 11. uerſ. Quare Themiſtocles, Themiſtocles inquam, dum prædium uenderet, proclamari iuſſit bonum uicinum ẽt
habere, quaſi uicini commendatione fu
2 turus eſſet lõgè † uendibilior, ſicut ex ad
uerſo Bald. conſi. 482. Magnifici uiri do-
3 mini, col. 1. lib. 1. ſcripſit, quod propter †
malos uicinos res minoris ualet, minoriſq; emitur, & uenditur, quod & uoluit Tiraquel. de pœn. cauſſ. 23. nu. 6. uerſ. Et legibus Romanis, Viuius cõmuni opin. 1047. Vltra dimidiam, nu. 23. uerſic. Nec non ualor rei, Iaſ. in l. 1. §. ſi hæres, in 3. notab. ff. ad Trebell. & in d. l. 1. a nume. 18. ff. ſol. matr. D. meus Alex. Raud. conſil. 17. Pro reſolutione, par. 10. nu. 36. uerſi. Eſt etiam ad propoſitum, lib. 1. Idem D. meus Raud. conſi. 7. In primo iudicio, nume. 12. ver. Hanc diminutiuam, eodem li. 1. ita etiam D. meus Prçſ. Menoch. dicto lib. 3. præſumpt. 83. num. 9. uerſ. Extat & aliud, D. meus Oud. de reſtit. in integr. quæſt. 4. art. 10. nume. 86. uerſ. Aliud exemplum etiam, glo. in l. nam quod §. 1. in uerbo pupillum, in fin. ff. ad Treb. Mant. ſing. 7. num. 3. faciunt dicta Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 40. uerſi. Quòd ſi uenditor, idẽ uoluit poſt Crau. conſi. 145. num. 9. Bertazz. de clauſulis, clauſula 19. glo. 17. Tenetur uenditor, nume. 2. uer. Propter rixoſum enim. Quare dixerunt ex iis pleriq. quibus addo Ferrar. in for. libell. In cauſſa uenditionis, in gloſſ. Cui cohæret, & eſt tex. in l. quod ſæpe §. fin. ff. de contrah. empt. quod te-
4 netur † uenditor emptori uicinum exprimere, quia alias, ſi eum celauerit, tenebitur emptori ad intereſſe, qui nõ emiſſet, ſi ſciuiſſet talem uicinũ cohærere rei uẽditæ. Quamquam id tandem uerũ eſt, ſi
5 uenditor ab emptor fuerit † requiſitus. ut exprimat, gloſ. in d. l. quod ſæpe, Ferrar. & Bertaz. locis cit. Themiſtoclis inſuper & meminit Tiraquel. de pœn. tẽperand. cauſſ. 23. num. 5. uerſ. Quam quidem ſentẽtiam, qui alia inſuper, atq; pleraq; alia ad id adducit exẽpla, maiorũq; authoritates, eæ ibi latè poſſunt uideri. Non poſſum tamen interim, quin reſti-
7 tuã † Heſiodi locũ Typographi incuria aliqua ex parte mendoſum, mendoſum dico apud Tiraquell. correctum apud ſuum Authorẽ, is eſt locus Heſiodi ad fi. lib. 1. De opera, & die, quam locum hodie uidi etiã apud Grego. Tholoſanum, Syntag. Iur. uniuerſ. par. 1. lib. 4. cap. 24. Quia in ſuperioribus, nume. 8. uerſ. Qui de bonis uicinis.

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Ideſt.

Noxa tam magna eſt malus uicinus, quãtum bonus commodum.
Sortitus eſt præmium, quicumq; ſortitus eſt uici-

Digitized by Google

uicinum bonum.
Neq; ſanè bos interierit, niſi uicinus malus
ſit.

Seu, vt doctiſſimus Valla hexametro vertit carmine.

Improba dãnoſa ẽ uicinia; ſed.proba ſi ſit,
Vtilis.Hæc igitur cupienda eſt pectore toto,
Tanquam laudis opus: neq; enim lamenta
refundes,
Amiſiſſe bouem proba ſi uicinia tecum eſt.

Sed nec poſſum, quin Plautum referã in Mercatore.

Nunc ego uerum illud uerbum eſſe expe-
rior uetus.
Aliquid mali eſſe propter uicinum malum.

Quod & ex noſtris ſcripſerunt Lucas
de Penna in l.quicumq.col.8.in verbo vi
cinos C.de omni agro deſerto lib.11.&
facit textus in ca.1.de coniug.lepr.& ca.
primo,de eccl.æd.Idem voluit Feder.de
Senis quæſt.146.Venerabilis pater,nu.3.
uerſ.Nam ſæpe ex vicinitate, tex.iterum
in ca.ſuper ſpecula,de priui.& in ca. cle
rici de exceſſ.prælat.atque iterum Fede.
de Senis quęſt.185.Super eo,quod quæ-
ritur,nu.3.verſi.Et quia ex uicinitate, Vi
uius communi opin.1047.Vltra dimidiã
nu.23.verſ.Et ratio eſt,Afflictus de Iure
Protomiſeos §.3.nu.2.in fi.& alij ſuperius
allegati,Bertaz.de clauſu.clauſula 19.gl.
17.Tenetur venditor,per totam, Alb. in
l.ſi quis ita,nu.1.C.de pact. inter empt.
& uendit.Idem in rubr.num.3.ff.de ter.
mot. Idẽ in l.ſi cui fundus,nu.1.ff.de leg.
2.Cagn.in l.2.ff.de orig.iur.in uerſi. Poſt
deinde,nu.293.uerſ.Ideo dicebat Heſio
dus,Saly.in l.ſi quis,nu.1.C.de pact. int.
empt.& vend.

Hinc eſt,quod licet regulariter uelint
7 omnes inferius allegandi,quod† furtum
factum de nocte preſumatur factum a ui
cinis,damnum quodlibet nocturno illa
tum tempore,illud intuliſſe dicãtur vici
8 niores.& ſi reperiatur aliquis† occiſus de
nocte,illum uicini occidiſſe dicantur,iſ-
que præcipuè,in cuius oſtio cadauer re-
poſitum fuerit,Iaſ.in l.ſi quando, nume.
39.uerſ.Vbi dicit Bart.C.vnde vi,Innoc.
res, quos dum Auguſtiſſimi Cæſares,
pro atrocitate delicti, ſupplicijs graui-
2 bus, pœniſque crudelibus ſunt † proſe
cuti, vt eſt tex. in l. 1. C. quando liceat
unicuique ſine iudice ſe uindicare, in
hæc uerba. Liberam reſiſtendi cunctis
tribuimus facultatem, ut quicunque mi
litum, uel priuatorum ad agros noctur-
nus populator intrauerit, aut itinera fre
quentata inſidijs aggreſſionis obſederit
permiſſa cuicunque licentia digno illi-
co ſupplicio ſubiugetur, ac mortem,
quam minabatur, excipiat, & id, quod
intendebat, incurrat. De quo etiam Ful
goſ.conſ.157. Suppoſito ſtatuto, per to-
tum. Et eos Summi Pontifices, à ſacris
ędibus, domibuſq; religioſis impunè ex
trahi poſſe uoluerunt. Sic Innoc. III. Re
gi Scotiæ, cap. inter alia, de immunitate
Eccleſiaſtica. Tuis quæſtionibus reſpon
dentes, inquit Canon, iuxta factorum
ſtatuta canonum, & traditiones legum
ciuilium, ita duximus diſtinguendum:
quod fugiens ad Eccleſiam, aut liber,
aut ſeruus exiſtit. Si liber, quantumcun
que grauia maleficia perpetrauerit, non
eſt uiolenter ab Eccleſia extrahendus:
nec inde damnari debet ad mortem, vel
ad pœnam, ſed Rectores Eccleſiarum
ſibi obtinere debent membra, & uitam.
Super hoc tamen, quod iniquè fecit, eſt
alias legitimè puniendus. Et hoc verum
eſt, niſi publicus Latro fuerit, uel no-
cturnus depopulator agrorũ, qui dum
itinera frequentata, uel publicas ſtratas
obſidet aggreſſionis inſidijs, ab Eccleſia
extrahi, pôt impunitate non præſtita ſe
cũdum canonicas ſanctiones. Idem ſcri
pſit glo. in ca. ſicut antiquitus 17.q.4. in
uerbo Niſi publicus, Abb. in d. c. Inter
alia, nu.5. uerſ. Nota, quod publicus la-
* tro, de immun. Eccleſ. de *communi Pro
ſper Farinac. in tit. de Carceribus, q.28.
nu.50. uerſ. Limita primo, Alex. conſil.
145. Viſo themate, nu.2. uerſi. Vnde ſe-
cundum eum, lib.7. Roman. conſ. 227.
Spectabilis Domine, num.2. uerſ. Quar-
to ſcitis aliam, Tiber. Dec. in tract. cri-
min. tomo p. lib. 2. tit. Canonicum ius
quomodo differat a ciuili, num.20. verſ.
Item iure canonico, Boer. deciſ. 109. Et
circa hanc, num. 3. uerſ. Secundo fallit,
Couar. Variar. reſolut. lib.2. cap.20. Im-
munitas, quod frequentius eſt, num. 13.
uerſ. Decimonono oportet, Ang. de Ma-
leſ. in uerbo. Quod fama publica præce
dente, nu.59. uerſ. Quarto quæro, in il-
lis uerbis, uel quando eſſet agrorum po
3 pulator. Debent tamẽ capi † ſine tumul
tu, ne diuinum turbetur officium, Paris
de Put. de ſynd. in uerbo Captura, cap.
6. An ualeat, in fin.

DE CAPTVRA
Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Captura in re ciuili debet fieri congruo tempore.*

2 *Captura pro re ciuili non poteſt fieri nocturno tempore ex No. Conſtit. Mediolani.*

3 *Captura ratione criminis poteſt fieri quocunque tempore, etiam nocturno.*

4 *Captus cum armis de nocte, ſi uelit fideiubere de ſe repreſentando, eſt ſtatim relaxandus.*

Aliàs officialis tenebitur actione iniuriarum, num. 5.

ARGVMENTVM.

¶ Criminis reos, etiam nocturno tempore capi poſſe. Carceribus verò mancipari eos non poſſe ali quando, ſi dent fideiuſſores.

LICET in negocijs ci-
uilibus quoad capturam
1 maxima ſit etiam † tem-
poris habenda ratio, ut
ſcripſit Paris de Put. in
tract. de ſynd. in uerbo
Captura, cap.5. Captus illicite, num.6.

uerſ.Et etiam ratione temporis per tex.
& ibi no.in l.1.ff.de fer.in l.vir bonus ff.
Iud.ſol.in l.dies ff.de damn.inf.in l.1. ff.
ad Sill.in l.dies feſtos C.de ferijs,Farin.
de Carceribus,& carceratis,q.27. Car-
cerem eſſe malam,nu. 105. verſi. Nona
* ſit concluſio,ubi de * communi,& in in-
diuiduo nocturni temporis habemus
2 nos No.Conſtitutiones† Mediolanenſis
ditionis,lib.2.in tit.de Executoribus,&
famulis iuſdicentium §.Has tamen exe-
cutiones, ubi cauetur, ne executiones
perſonales fiant de nocte. Ea tamen om
nia uera ſunt,ſi de re ciuili agatur,ut di
3 ximus,ſecus ſi de † crimine,Bal.in l.Pro
uinciarum C. de ferijs, Conrad.in ſua
practica,in tit.de Captura,nu.8. Foller.
in uerbo Notatos capiat.n.5. Hier.a Lau
rent.poſt deciſ.Auenion.in l.ſi emanci-
pati,nu.437.ad fin.verſ.Et clauſis portis
C.de collat.Alex.in l.1.§.nũciatio ff. de
op.no.nunc.col.7.prout eum, & refert,
& ſequitur Farinac.d.q.27.num.109. Li
mita ſecundò,Marſil.de Bannito in uer-
bo Capti,nu.29.Benè uerum eſt,quòd,
ſi ſit tale crimen, pro quo liceat fideiu-
bere, qualis eſt captura alicuius cum
4 † armis de nocte,captum cum armis de
nocte uolentem fideiuſſores dare de ſe
repreſentando non poterit officialis car
5 ceribus mancipare, aliàs actione † iniu-
riarum tenebitur, ſed omnino compel-
letur illum datis fideiuſſoribus relaxa-
re,Lud.Pon.in l.1.2. col. ff. ſi quis in ius
uoc.Bar.in l.ſi uero §. qui pro rei, num.
2. uerſ.Tertio nota ff.qui ſatiſd.cog. ibi.
Alex.nu.3.uerſ.Nota,quod officialis, &
clariſſimè de nocturna captura Firman.
in uerbo Officialis nõ poteſt repertum
de nocte, & in uerbo Captus ſatiſdare
uolens.Cætera uide in cap.de Armis,&
alibi per diſcurſum.

DE TORTVRA
Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

1 Tortura, ubi de ea agitur, agitur de ſalute hominis.
2 Tortura non eſt de facili infligenda.
3 Tortura nõ irrogatur ſine legitimis indicijs.
Hoc eſt uerisimilibus probabilibus, &c. n. 4.
Ita ut iudex ſit quaſi certus, nu. 5.
6 Tortura facilius irrogatur reſpectu conditionis perſonæ.
Sufficiuntq; leuiora indicia nu.7.
8 Turpe nomen habens facilius torquetur.
9 Tortura cæteris paribus, ab eo inchoanda eſt, qui turpe nomen habuerit.
10 Deponens ſibi imputat, qui apud turpe nomen habentem depoſuit.
11 Pontifices ſummi dum eliguntur, cur nomen immutent.
12 Tortura facilius irrogatur reſpectu delicti clam commiſſi.
13 Tortura facilius adhibetur ſi maleficium ſit nocturnum.
Maximè probata inimicitia, nu. 14.
15 Cuſtodes torqueri poſſunt reſpectu furti nocturni.
Niſi cuſtodes ſint bonæ famæ, num. 16.
17 Vxor non poteſt torqueri reſpectu furti nocturni.
Poteſt tamen illi ea de re iuramentum deferri, num. 18.
18 Cõcubina põt torqueri reſpectu furti nocturni.

ARGVMENTVM.

¶ Torturam graui pede à Iuſdicentibus infligendam, niſi perſonæ turpis, loci reconditi, nocturni temporis ratio aliud perſuadeat.

POSTEAQVAM, ubi
agitur de torquendo reo,
agitur, & conſequenter
1 de illius † ſalute, ut con-
ſiderant doctores innu-
meri recitati à Proſp. Fa
rinac. de indicijs & tortur. quæſt. 37.
Torturam inferri, num. 4. uerſic. Ratio
præcedentis. Iccirco iure merito ſanci-
2 tum eſt, ne adeo † faciles eſſent iuſdicen
tes, ut in iudicio criminali negocium à
tortura inchoarent, l. 1. in princ. ff. de
quæſt. l. maritus ff. eod. lege milites §.
oportet C.eo.cap.cùm in contemplatio
ne,

Digitized by Google

ne,extra de reg.iur. D. meus Præſ. Me-
noch.lib.1.de arbitrariis iudicum,quæſt.
* 82.num.2.de*communi Clar.libr.5.§.fi.
quæſt.64.Cæterum vbi delictum, nu.9.
uerſi.Dixi etiã iudicem,Riminald. Iun.
conſi.88.nu.52.uol.1.Burſat.conſil. 201.
num.40.uol.2.Maſcard. concluſ.353.nu.
4.uerſi.Ratio eſt,& alii,de quibus Fari-
nac.dicta quæſt.37.num. 2.uerſic.Ratio
propoſitæ. Verum torturam præcedere
debent indicia,Boſſ.in tit.de Indiciis &
conſider.ant.torr.nume.1. & in hoc ne-
* minem* diſcrepare ſcripſit Clar.libr.5.
quæſt.64.num.9.uerſi.Debent igitur, &
ea quidem legitima, & ſufficientia indi-
cia ad torturam, Farina.loco cit.num.7.
vbi ſexcentos cumulat,Bald.in l.2.num.
4.C.quorũ appell. Carer. in ſua pract.
crimin.in 2.tract.de ind. & tort.§.Circa
quartum qualiter,& quando ad torturã
deueniatur,in prin.Iaſ. in l. ſi ſic legatũ
* num.24.ff.de leg.1.de*communi Burſat.
conſi.35.numer.1.vol.1.& alibi,Rimin.
Iun.conſi.88.nu.51.uol.1.Becius conſil.
67.num.14.uol.1.& alii plures,de quib.
& Farin.dicta quęſt.37.in princ. & Ma-
ſcard. concluſ. 1385. in princip. & de
frequentiori calamo doctorum, ſiue de
* magis*communi teſtatus eſt Rol. a Val.
conſi.12.Vt ex themate,nu.31.uerſic. Et
4 primo quoniam,uol.3.Hoc eſt indicia †
veriſimilia,probabilia,grauiora,urgẽtio
ra,certa,clara,&c. Boſſ.in tit,de Indic.n.
17.verſic.Vnde dicit,D.meus Præſ. Me-
noch.libr.2.de arbitr. iud.caſu 270.à nu.
5.idem de pręſumpt.lib.1.quæſt.89.nu.
3.Maſcard.concluſ.385.nume.20.plures
allegat Roland.à Valle,tum conſi.24. In
cauſſa præſentis,num.23.uerſic.Quibus
tamen non obſtantibus,uol.1.tum conſi.
3.In cauſſa inquiſitionis,nũm.37.uerſic.
* Tertio dicitur,ubi etiã de*cõi,volum. 3.
tum etiam conſi.57.Quia omni iure,nu.
31.verſi.Nam ambigui,uol.4.alios etiam
refert Crau.conſi.6.Plura uidenda ſunt,
num.12.verſ.Nam indicia ad torturam,
Idem conſil.99.Ioannes filius Simondi.
num.1.plures item adducit Farinac. de
indit.& Tort.quęſt.37.num.31.uerſ.Am
* plia 1.ubi etiam de*communi.Ita, ut iu-
5 dex ſit omnino quaſi†certus,quæ tamen
res ſuo relinquatur arbitrio Roland. à
Vall.& Craue.locis mox allegatis,addo
etiam Thomam Triuiſ.in deci.crim. 50.
In una de Salodio,nu.8.ubi alii plures al
legantur, lib.2.

Fallit primo ratione perſonæ.Etenim
in conſueto delinquere,atque eo,qui ſit
6 malæ uocis†conditionis, & famæ,uel po
terit deueniri ad torturam ſine aliis indi
* ciis,at in hoc conuenire fere*omnes do
ctores ſcripſit Marſil.in Practica crimi-
nali,in§.Diligenter,num.99.de quo No
uel.apud Clar.lib.5.quæſt.64.nume. 10.
uerſi.Sed pone,vel certe is torqueri po-
7 terit ex†leuioribus indiciis, & ex argu-
mentis,& coniecturis.Et debiliora pro-
fecto ſufficerent argumenta ad torturam
8 ſi conſuetus delinquere†turpi etiam no-
mine diceretur,adderetur enim ideo ar-
gumento argumentum, indicium indi-
cio,coniectura coniecturę,& debiliores
ea de re ſufficerent coniecturę ad torquẽ
dum, ni fortè aliæ non requirerentur.
Turpe enim nomen de ſe malam adeò
de inquiſito facit præſumptionem,ut, ſi
plures ſint inquiſiti, & capti occaſione
eiuſdem maleficii,pariaque ſint indicia,
& omnia pręterea paria,ab illo in dubio
9 erit†inchoanda tortura,qui turpe nomẽ
habeat,Petr.Gerard.ſing.75.incipit, Ma
gnum eſt.Amplius,ſi quis alicuius turpi
cognito nomine, centum apud eundem
deponat,ſi centum illa depoſitarius per-
10 dat;ſibi imputet†deponens, & propriã
accuſet, ſentiatque negligentiam, Ge-
rard. loco citat. Imol. in capit. 1. extra
depoſiti. Iaſ.in leg.1.nume.25.in 2.lect.
Cod.de Sum.trinit.& fid. cathol. Idem
in rubr.ff.ſolut.matrim.numer.16. Ripa
in cap.de Quo vult Deo,num.92. verſi.
Et ideo imputandum eſt,de Iud.Atque
11 hęc eſt altera ex rationibus, cur †pon-
tifices ſummi, dum eliguntur,origina-
rium nomen immutẽnt,fieri enim poſ-
ſet,ut originarium nomen turpe eſſet,gl.
in procem.6.in uerb.Bonifacius, Abb.in
cap.cum ſecundum,num.5.de præbend.
Dec.in cap.1.in 2.lect.numer. 108. extra
de iud.

Fallit ſecundo ratione loci, iudices.n.
facilius debent procedere ad torturam

12 in delictis † clam commiſſis, quam in his
quæ palam facta ſunt, Bal. in l. quicũque
col. pen. in fin uerſi. Octauo nota Co. de
ſeru. fugit. Bal. in l. 3. C. de Epiſc. audien.
Alexan. ad Bartol. in l. fin. ff. de quęſtion.
* de * communi poſt Ign. in l. prima §. ſer-
ui, num. 75. ff. ad Syllan. teſtatus eſt Cla-
rus, lib. 5. §. fin. quæſt. 64. num. 6. uerſi. Et
ideo dici ſolet, ea enim quæ in occulto
committi ſolent, difficilius probari poſ-
ſunt, merito in illis facilius ad torturã de
uenitur, ita etiam Farin. quæſt. 37. num.
* 150. & 153. & de magis ** communi, Dõ
Nicolaus Intrigliolus ſingularium lib. 2.
nu. 3. uerſic. Item irrogatur, ſing. 180. In
cap. Regni.

Fallit tertiò ratione temporis, quare
13 in † nocturnis maleficiis non requiritur
arguta probatio, ſed tortura facilius ad-
hibetur, Boſſ. de Indiciis, & conſiderat.
ant. torturam, num. 172. uerſi. Et ibidem
etiam, qui ad hoc allegat Brun. chart. 13.
col. 1. uerſi. Tertio nota, addo ego Bald.
conſi. 427. Quædam mulier, num. 3. uerſ.
Item ratione prętumptæ, & nu. 11. uerſi.
At in quæſtione propoſita, uol. 5. Alex. in
l. fin. ff. de quæſtion. Angel. in l. fin. C. de
probat. Bald. in l. quæcunq. col. pen. C. de
ſeru. fugit. Thomam Grammat. uoto 21.
In cauſſa inquiſitionis, num. 6. uerſic. Et
ideo ob difficultatem, eundem Gramm.
conſ. crim. 17. Conditoris machinę, nu.
4. uerſi. Hinc dixit, poſt Bald. in l. 3. C. de
Epiſc. audient. Nicol. Bellon. conſil. 32.
Reſoluendo plura, num. 11. uerſic. Et in
iſtis maleficiis, Clar. §. fin. quæſt. 64. uerſ.
Et ideo dici ſolet, Bertazz. conſ. 386. Ab-
ſoluendus, num. 12. uerſ. Et tanto magis,
* uolum. 2. & ita fuiſſe * ſeruatum ſtante
14 † inimicitia, poſt Clar. lib. 5. §. fin. quæſt.
21. in uerſ. Inimicitia urgens, & Hippol.
Rimin. conſ. 302. num. 8. & 9. in fin. lib. 3.
teſtatur Farin. in tit. de Indiciis, & Tor-
tura, quæſt. 49. num. 108. uerſi. Sublimita
2. part. 1. Comprobatur hæc tertia fallen
tia ex iis, quæ diximus paullò ſuperius
* in ſecunda, & de magis ** communi poſt
Farinac. quæſtio. 37. nume. 150. & 153. in
terminis teſtatus eſt Intrigliolus ſingu-
larium libr. 2. ſingul. 180. In capit. Regni.
num. 3. uerſic. Item irrogatur tortura. Eo
que potiſſimum caſu, quo perſona de
qua agitur ſit ſuſpecta, ita in terminis no
cturni temporis Plot. in leg. ſi quando,
nume. 890. Vndecimum indicium, poſt
Blanc. in l. fin. num. 419. uerſi. Viſus exire
tempore noctis ff. de quæſt. Bald. in l. ne-
mo deinceps, Cod. de Epiſc. aud. Thom.
Grammat. conſil. crimin. 34. Redem-
ptoris, &c. Quod Panarello, numer. 16.
verſ. Et de nocte cum tortura, Bald. ite-
rum in conſil. 427. Quędam mulier, nu-
me. 11. uerſic. Sic dico in propoſito, uol.
5. Baiard. ad Clar. quæſtion. 64. Cæte-
rum, num. 18. uerſi. Item adde, quod de
facili.

Aliud ſcripſit de Tortura ratione no-
cturni temporis Bart. in l. 1. in prin. ff. de
off. præf. vig. num. 2. uerſ. Item nota, quã
do de nocte, quod ſcilicet, quando furtũ
15 de nocte, committitur † cuſtodes torque
ri poſſunt, ut furem indicent, ita etiam
poſt plures ibi allegatos Franc. Marcus,
deciſ. 764. nume. 4. uerſ. Et per hoc facit,
par. 2. Idem uoluit Paris de Put. in tract.
de ſynd. in uerbo Tortura, el 2. cap. 3. Li
cet alias, num. 1. qui tamen hoc intelli-
16 git, niſi cuſtodes ſint † bonæ famæ, bonæ
que vitæ, ut etiã diximus de Vicinis ſuo
loco, Pariſ. loco cit. nu. 2. uerſ. Quod eſt
uerum, per Bald. in l. 5. in princ. & in fin.
C. locati, & Bart. in l. fi. ff. de quæſt. quo
17 etiam loco † dicit ad id poſſe torqueri,
18 non quidem uxorem, ſed † concubinas,
uxoribus enim ſolum deferri poteſt iu-
ramentum.

DE MENDACIO
Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium facit contra reum maximam præſumptionem.*
2 *Mendacium facit indicium ad torturam ex una magis communi.*
Contrarium ex alia magis communi, nu. 3.
4 *Mendacium, an faciat indicium ad torturã ſtandum iudicis arbitrio ex alijs.*
Reijcitur a Farinacio, nu. 5.
6 *Mendacium eſt indicium remotum.*

7 Indi-

Digitized by Google

7 *Indicia remota non faciunt indicium ad torturam.*

8 *Mendacium facit indicium ad torturam ſi coaddiuetur.*

9 *Mendax ſi ſit, qui ſuſpectus de nocturno delicto interrogatus eſt, cum quo ea nocte cenatus fuerit, contra eum maxima oritur ſuſpicio, & quidem ad torturam, nu. 11.*

10 *Mendacium non facit indicium, quando cõſiſtit in eo quod ſi confeſſus fuiſſet reus, ſibi non praiudicaſſet.*

ARGVMENTVM.

¶ Mendacium ex ſe dum ad torturã ſufficiens indiciũ non eſt, an qualitas nocturni temporis indicii uires adaugeat.

MENDACIVM facere
1 contra reum maximam †
præſumptionem uoluit
Bart. in l. fin. num. 3. ff. de
queſt. Paris de Put. de ſyn
dic. in uerbo Tortura, ca.
Viſo de Indiciis, nu. 2. in fin. & de com-
* muni *poſt plurimos ibi allegatos, & Ro
land. à Valle conſi. 14. Pretens conſulta-
tio, num. 18. uerſic. Quod autem hic con
currant, volu. 4. & Proſper Farin. de In-
diciis, & tortura, quæſ. 52. Indicia ad tor
quendum, num. 2. verſic. Primum itaque
indicium.

Atque dum ulterius inueſtigant docto
res, an mendacium adeo magnam exci-
tet preſumptionem, ut faciat indicium
2 ad torturam, † affirmantibusque, aliis, &
de ſua affirmatiua opinione de cõmuni,
* & magis** communi opinione teſtantib.
3 negarunt alii ſuamque † negatiuam opi-
nionem, & communem dixerunt, & ma-
* gis** communem. Dum præterea volue-
4 runt alii ſtandum iudicis † arbitrio, Fari-
nac. loco cit. nu. 8. verſi. Quid dicendum,
5 reiecta opinione illa, quod in hoc † poſ-
* ſit iudicis arbitriũ, dixit hodie magis**
communem eſſe negatiuam opinionem
& libentiſſime ab omnibus moderniori
bus receptam, vt ſcilicet mendacium nõ
faciat indicium ad torturam, ea potiſſi-
ma ratione, quia mendacium ſit indiciũ
6 † remotum, indicia autem remota de ſe
non faciant indicium ad torturam ſecũ-
7 *dum magis** communem, de qua † Fa-
rin. & loco cit. & q. 37. n. 43.

8 Facit tamen indicium ad torturã † men
dacium, ſi alio coadiuuetur adminiculo
aliamque ſecum habeat cõiecturam de*
* communi Farin. d. q. 52. nu. 8. uerſ. Secus,
ſi ſit adminiculatum.

Quibus ſic firmatis, uoco in quæſtio-
nem, an maxima præſumptio, de qua
Franc. Caſon. in tit. De facto ante delictũ
tract. 3. ca. primo, Vbi fuerit, nu. 3. uerſic.
Item ſequuto aliquo delicto, tanta ſit, ut
ſufficiat ad torturam, ſcripſit enim Ca-
ſon. loco cit. quod ſequuto aliquo delicto
noctu, iudex interrogabit ſuſpectũ, ubi
fuerit illa nocte, cum quo fuerit cœna-
9 tus, & ſi reperiatur † mẽdax, aduerſus eũ
orietur maxima preſumptio.

Et equidem uidebatur dicendũ, quod
non, nec enim mendacium facit indiciũ
ad torturam, quãdo conſiſtit circa illud,
10 quod ſi reus fuiſſet confeſſus, ſibi † non
præiudicaſſet, Marſi. conſi. 15. n. 15. verſ.
Preterea etiam reſpõdeo, & conſi. 51. n.
66. uerſi. Sed iſtis reſpondeo, & poſt Ma
ſcard. Laur. ab Occa, Bonacoſſ. Bertaz. &
* alios, id eſſe* communiter receptum te-
ſtatus eſt Farin. d. quæſt. 52. nu. 14. verſi.
limita tertio.

Sed certè in caſu Caſoni dico conſtan
11 ter ex mendacio oriri iudicium ad † tor-
turã, plura enim concurrebant eo caſu, ſi
recte omnia perpendantur, quod is, qui
interrogabatur erat alias ſuſpectus, qđ
dixit mendacium, quod erat conuinctus
quod nocturno tempore vagatus fuerat,
nec ſe domi cõtinuerat, ſonant enim hęc
omnia in delictum.

Hæc ſatis.

DE CVSTODIA Reorum. Cap. LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtos carcerum quando teneatur ad pœnã talionis ob malam cuſtodiam carcerati.*

2 *Cuſtos carcerum non tenetur ad pœnam talio*

N 3 nis

Digitized by Google

nis ex carcerati fuga, ſi non nimia illius ad fuit negligentia.

3 *Carcerati fuga quando cuſtodi imputetur, modò in grauiorē, modo in leuiorem culpā.*

4 *Cuſtos carcerum debet nocturno tempore cuſtodias geminare.*

5 *Carcerati, nocturno tempore intra carcerem degere debēt, alias fuga cuſtodi imputatur*

6 *Cuſtos debet nocturno tempore carceratū ſtrictioribus carceribus mancipare.*

7 *Fuga carcerati cuſtodi imputatur, ſi cuſtos nocturno tempore longius abfuerit.*

8 *Cuſtos non punitur ex fuga carcerati ſi regionis obſeruauerit morem.*

9 *Ideo potuit impunè in proprijs ædibus cubare, ſi id conſuetudo patiebatur.*

Iudicis tamen arbitrio adhuc puniendus, ſed leuius, nu. 10.

Sed diſtinguit Author, nu. 11.

12 *Conſuetum quod eſt dicitur neceſſarium.*

13 *Conſuetudine quod fit, iure fieri uidetur.*

14 *Conſuetudo generalis bonam fidem inducit.*

15 *Carceratus nobilis ſub exactiore cuſtodia cōtinēdus non eſt, nec ideo cuſtos eſt in culpa.*

Ideo fuit abſolutus poteſtas quidam, nu. 16.

Temperat Author, nu. 17.

Niſi tamen alias aufugerit, nu. 24.

18 *Senes, &*

Morbo affecti non ſunt ſtrictiore cuſtodia affligendi.

19 *Carceratus pro modica quantitate nō dicitur ſuſpectus, ideo leniter cuſtodiendus.*

Idem, ſi pro leui delicto ibidem.

20 *Suſpectus de fuga non eſt, qui modici æris alieni reus eſt.*

21 *Carceratus de proximo liberandus, non eſt cautius cuſtodiendus.*

22 *Carceratus de proximo liberādus habetur pro abſoluto, & liberato, quo ad illud, ut fideiuſſoribus relaxetur.*

23 *Carceratus pro crimine non eſt fideiuſſoribus remittendus, licet D. Menochius contrariū ſenſerit.*

24 *Carceratus de proximo liberandus, eſt ſuſpectus, ſi alias aufugit*

Si tamen aufugit tempore liberationis, n. 25.

26 *Carceratus miraculosè aufugiens, non obligat cuſtodem.*

27 *Carceratus ex alta turri ſe dans præcipitem non nocet cuſtodi.*

28 *Carceratus ſi aufugiat, diuiſa nocturna cuſtodia inter cuſtodes, an omnes cuſtodes afficiat.*

ARGVMENTVM.

¶ Cuſtodes, an ſemper ex rei fuga talionis pœnæ ſubiiciantur. An ulteriorem cautelam nocturno tempore in cuſtodiendis reis iidem adhibere teneantur. Quid, ſi fugam faciat reus diuiſis inter plures cuſtodes nocturnis uigiliis.

CVSTODEM Carcerū, ex cuius dolo, lata culpa, nimiaue negligentia aufugerit carceratus, capite puniri modò, modò leuiori pœna iudicis arbitrio plecti, illud, ſi carceri mancipatus, qui aufugit, pro capitali delicto detinebatur, hoc, ſi alia de cauſ-
1 ſa cuſtodiebatur, pęnam † talionis dixeris, id eſt, in quo conueniunt omnes, Clarus lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 68. Nunc uidendum eſt, num. 8. uerſic. Item cuſtos carcerum, Boer. dec. 217. Et uidetur dicendum, nu. primo, D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. caſu 302. Cuſtos carceris, nu. 2. plures adducit, & de-
* mum teſtatur de *communi Proſper Farin. in ſuis quęſt. Crim. in tit. de Carceribus, & carceratis, quæſ. 31. Carcerum cuſtos, nu. 2. verſ. Regulam conſtituo, lib. r. Clar. d. quæſt. 68. nu. 8. uerſ. Et hæc eſt cōmunis, Emanuel Suarez in ſuis communibus, in uerbo Carceris, Boſſ. in titu. de Carcere, nu. 10. verſ. Quod procedit, ubi interuenit. Bonac. in comm. opin. par. prima, uerſ. Cuſtos carcerum. Vbi uero non nimia intercesſit cuſtodis negligentia,
2 ſed † leuior quędam culpa, eo caſu cuſtodem non eadē puniri pęna, cui obnoxius erat carceratus, ſed mitiore iudicis arbitrio, ſcripſit Farin. loco cit. nu. 4. uerſ. Sed labitur, ſentiūt omnes doctores ſuperius allegati.

Animaduertenda ſunt itaque & breuiter quidem, nonnulla, quæ, uel dolū, uel cul-

culpam,uel etiam cuſtodis negligentiã
indicant mox ſubiicienda quædam,quæ
hunc dolum,hanc culpam,hanc negligẽ
tiam,uel prorſus tollunt,uel certè maxi
me temperat, maximèque comminuũt.
3 Et equidem ſi per oſtium carceris† aper
tum effugiat carceratus,ſi ex latiori car-
cere,ſi cum ſubſtituto cuſtode, modo
non ei à ſuperiore fuerit deputatus, &
aliis pleriſque modis, quos abundè a-
pud plures,latiſſimè verò uidere eſt per
totam quæſt.31.lib 1.apud Farinac.fuga
regulariter cuſtodi imputatur, modo le
uius, modo grauius,& quod ad rem no
ſtram attinet,uel in culpa, uel certè in
negligentia conſtituitur cuſtos, ſi aufu-
gerit carceratus, ratione nocturni tem
poris.
4 Quare,ſi nocturno tempore non † ge-
minauerit cuſtos cuſtodiam,perſonasq;
duplicauerit,ſi aufugiat carceratus,fuga
cuſtodi imputabitur,tex.in l.1. Cod. de
cuſtodia reorum, ibid.Angel.nu.3.uerſi.
vltimo not. quod etiam notat aduerſus
Caſtellanos,qui tenentur cuſtodire ca-
ſtellum,ut nocturno tempore cuſtodias
geminare teneantur.Idem uoluit Bal.in
l.More Romano,in ultimis uerbis ff. de
ferijs.
Rurſum,nocturno tempore,carcerati
5 omnes,quicunque ij ſint,intra † carcerẽ
degere debẽt,nõ autem exterius uagari,
alias id totum,ſi aufugiant,in cuſtodem
reiicitur,Bal.in l.1.nu.4.uerſ.Nota,quod
omnes carcerati C.de cuſtodia reorum,
Paris de Put.de ſynd.in uerbo Carcer c.
3.An,ſi plures,nu.15.uerſ.Quinimo, etiã
ſi Carcerarius.
Amplius,negligens quoq; dicitur cu-
ſtos, ſi nocturno tempore carceratus
effugiat,ea ſolũ ratione,ſi nocturno tem
6 pore in † ſtrictiori carcere carceratum nõ
concluſerit cuſtos,ideoque tenebitur, at
que punietur,Cyrill. in ſumma crimin.
part.prima,rub.12.de cuſtodia reorum,
§.3.num.5.in fin.uerſi. Plectitur quoque
quem refert,& ſequitur Farinac.d.quæſ.
21.num.36.verſi.Imo, & quod plus eſt,
lib.1.
Sed,& ex cuſtodis negligentia dici-
tur carceratus aufugiſſe,ſi nocturno tem
7 pore cuſtos è carceribus† longius abſue
rit,dum carceratus aufugit,debuit enim
cuſtos excogitare omnino tempus illud
noctis opportunũ valdè fugæ, ideoq; di
ligentius,ac cautius agendum fuiſſe,ma
giſq; quia,ſi prope carceres fuiſſet eo tẽ
pore,potuiſſet,vel acclamando, vel alia
ratione, carceratorum fugæ occurrere,
Franc.Bec.conſi.44.num.18.in fin.& nu.
19.vol.1.de quo etiam in propoſito Fari
nac.d.quæſt.31.nu.40.uerſ.Amplia deci
mò,par.1.
8 Fallunt hæc omnia primo ratione† mo
ris,atque conſuetudinis regionis,quare,
ſi cuſtos carceratos cuſtodierit tam diur
no tempore,quam nocturno eo modo,
eaue forma,quibus cuſtodiri eo loco cõ-
ſueuerint carceribus mancipati, dicen-
dum erit pœnam omnem ad cuſtodis ceſ
ſare preiudicium, omnemque relangue
re dolum,culpam conquieſcere, Paris
de Put.in tract.de ſynd.in verbo Carcer
cap.3.An ſi plures,nu.13.14.& 15.Bald.
conſil.32. Primus quæſtionis articulus,
num.1.verſi.Secundus articulus,volum.
3.D.meus Preſ.Menoch.libr.2.de arbitr.
iud.caſu 302. Cuſtos carceris,nu.6.uerſ.
Declaratur primo Boer.deciſ.217.Et ui
detur dicendum, num. 5.uerſ. Quam li-
* mitat,qui dicit ita* concluſũ fuiſſe. Fa-
rinac.d.quæſt.31.nume.42 verſ. Limita
hanc,vbi dicit excuſandum cuſtodem,
qui nocturno tempore extra carceres,in
9 † ædibus propriis tamen obdormierit,
quam ob rem aufugerit carceratus,quia
ſi foris cubare & alii cõſueuerant cuſto
des,& hic,ſub cuius cuſtodia aufugiſſet
carceratus nocturno tempore, excuſan-
dus eſſet.
Sed, an leuior ferietur culpa, ipſa-
que vacet negligentia. Et Bald. uoluit
hunc negligentiæ reum, & ex leuiori
10 culpa iudicis † arbitrio puniendum,
Bald.inquam d.conſil.32.nume.2. uol.3.
per text.in l.fin.ff.de cuſtod.reorum. D.
meus Preſ.Menoch.dict.caſu 302. num.
6.& 7.
11 Ego vero ſic† diſtinguerem. Aut mos,
& conſuetudo,quam cuſtos obſeruat,eſt
generalis reſpectu illius loci, aut parti-
cularis reſpectu alicuius carceris, ſi par

Digitized by Google

ticularis procedat hęc opinio, quòd cen
ſeatur negligentię reus, & arbitraria pu
niatur pœna. Si verò eſt conſuetudo ge
neralis, nõ uideo cur omnino nõ abſol-
uatur cuſtos, ſi quidẽ, q̃ ſunt in vſu quo-
tidiano pro expreſſis habentur, & quod
12 † conſuetum eſt fieri, neceſſarium dici-
tur, conſuetudoq; ipſa licitum facit, l. ſi.
C. de fideiuſſ. Bal. in l. Error C. de teſtã.
& in l. ſi creditor C. de pignor. act. Boe.
deciſ. 217. Et uidetur, nu. 6. uerſ. Et quæ
ſunt in uſu, Farinac. d. quæſt. 31. nu. 42.
uerſ. Limita hanc decimam, & num. 43.
13 uerſ. Vbi amplius dicit, & quod † cõſue
tudine fit, iure uidetur fieri, in terminis
Paris de ſynd. in uerbo Carcer c. 3. An ſi
plures, nu. 13. uerſi. Quia leuiſſima cul-
pa, nu. 14. verſ. Nam cuſtodia eſt facien
da, & nu. 15. uerſi. Nam id, quod ſecun-
14 dum conſuetudinem, atq; † conſuetudo
generalis bonam fidẽ inducit, Cotta in
ſuis Memoralibus in uerbo Cõſuetudo
facit licitum, uerſ. Secundò alibi etiam,
poſt Bal. conſi. 370. Verba reſcripti, lib.
3. Atque ita declarari poteſt, atque illu-
ſtrari Statutum Papiæ in criminalibus,
ſub Rubr. 57. De pœna ſuperſtitis, uel
cuſtodis carcerum.

Fallunt ſecundò ratione perſonæ in
ordine ad dignitatem, ſi .n. qui eſt car-
15 ceratus, † nobilis eſt, & bonæ opinio-
nis, non tanta eſt adhibenda cura, nec
ideo in culpa eſt cuſtos; Boer. d. deciſ.
217. nu. 9. uerſ. Tertiò limitatur, ubi in-
numeros propè adducit Neuiz. in ſylua
nuptial. correcta in uerbo Eſt nubendũ,
nu. 55. Tiraq. de Nobilit. c. 20. nu. 28. uer
ſic. Hinc quintò, Ang. in l. ſi à bonę fidei
ff. de rei uind. Roland. à Valle conſi. 1 ...
Omiſſo multiloquio, nu. 31. uol. 3. poſt
Foller. in ſua pract. crimin. in uerbo, Vel
carcerentur, num. 5. glo. in cap. illud 4.
diſtinct. Ioan. Andr. in addit. ad Specul.
in tit. de Locato §. fin. & Iaſ. in Auth. iu-
bemus, num. 12. uerſi. Sextò facit tex-
tus C. de Iudicijs refert Angel. dicen-
tem ſe * obtinuiſſe, ut abſolueretur † Po
16 teſtas, qui traditum ſibi nobilem ma-
gnæ, & expectatæ ſi ſei non ſic diligen-
ter cuſtodiuit, & aufugit. Idem in ordi-
ne ad cuſtodem voluit etiã Cotta in ſuis
Memoralib. in uerbo Nobilitas, Caroc.
de Iuram. lit. deciſ. 1. q. 13. q. principa-
lis, num. 12. verſ. Quartò pro hac parte,
Idem in tract. depoſ. de culp. depoſ. limi
tat 5. de * communi Farinac. quæſt. 31.
num. 145. in quarta ampliatione par. 1.
quod optimè ibid. nu. 146. uerſ. Hæc am
pliatio uerum intelligit, ſi agatur de mo
17 dica ſumma in † ciuilibus, & minimo
delicto arbitrio iudicis in criminalibus,
quod uoluit etiam Paris de Put. in tract.
de ſynd. in uerbo Carcer, c. 3. nu. 15. per
totum, & Boer. deciſ. 217. num. 10. uerſi.
Sed iſta limitatio, D. Menoc. d. caſu 302.
nu. 10. verſ. Declaratur 3. & ita per Se-
natum fuiſſe * iudicatum teſtatur Fari-
nac. d. q. 31. nu. 147.

Fallunt tertio ratione perſonæ in or-
dine ad ætatem, uel morbum, quid .n. ſi
uerè ſit, uel maximo morbo, uel longæ-
18 ua confectus ætate: nec .n. † tanta eſt ad-
hibenda cuſtodia, & cuſtos excuſatur, ſi
perſonæ eiuſmodi aufugerint, Paris in
d. uerbo Carcer, c. 3. An ſi, nu. 15. uerſic.
Etiam debebit cõſiderari, Boer. d. deciſ.
217. nu. 16. uerſ. Et ſic etiam, Angel. de
Malef. in verb. Quod fama publica præ-
cedente, nu. 84. uerſi. Quintò etiam ad-
uertat, & de * communi poſt alios ibi al
legatos Farinac. q. 31. nu. 148. uerſ. Am-
plia 5. par. 1.

Fallunt quartò ratione cauſæ, puta,
19 quia quantitas † modica erat, uel tenue
delictum, attenta tamen qualitate per-
ſonarum, Paris de Put. d. uerbo Carcer,
cap. 3. num. 15. uerſi. Etiam debebit con
ſiderari, nec enim de fuga dici poteſt
20 † ſuſpectus, q modici æris alieni reus
eſt, Bart. in l. at piætor §. ſi debitorem.
ff. de his, quæ in fraud. cred. Angel. in l.
Nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib.
10. Iaſ. in l. ſciendum, num. 32. ff. qui ſa-
tiſd. cog. Marſil. conſi. 80. Qui cuncta,
num. 24. Roman. conſil. 320. Hæc illo-
rum, num. 3. ubi ſub litera H, Mandoſ.
alios addit.

21 Vel etiam ſit reus de † proximo libe
randus, gl. in l. ſi pecuniam §. ſi ſeruum,
verſ. Sed ſi acceperit. in verbo Carcere ff.
de condict. ob ca. ubi Bar. & Alex. nu. 5.
uerſ. In gl. in uerbo Carcere, Hipp. conſ.

Digitized by Google

94.num.17.uol.2. Boer.d.deciſ.217. nu. 16.uerſ.Quarto limitatur, Paris de Put. in tract.ſynd.in uerbo Carcer.cap. 2. An poteſtas,qui aliquem nume.1. D. meus Præſ.Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſu 302.num.12.uerſ.Declaratur quarto, de
* * communi poſt plures ibi allegatos,Farin.quæſt.31.num.143.uer.Amplia 3. & nu.144.in fin.uerſ.Ex quibus facile.Sed certe res non tranſit ſine difficultate,
22 quia † carceratus de proximo abſoluendus habetur pro abſoluto quidem, ſed quo ad hoc, ut fideiuſſoribus dimittatur,Marſil.in pract.crimin.§. attingam, num.14.Boſſ.de Carcer.fideiuſſ. comm. nu.15. Clar.§.fin.quæſt. 46.uerſ.Paritur etiam, Lazar.Fœnut.in tract.de Momen to tẽporis cap.28. Succedit alia regula, nume.20. uerſ. Sic carceratus, Verum,
23 quando pœna † corporali ſubiaceret,nũquam eſſet fideiuſſori relaxandus,ut ita
* * oẽs tenere, licet ipſe contrarium ſentiat,ſcripſit D. meus Præſ. Menoch. lib.2. de arbitr. iud.caſu 303. Quoniam ſuperioribus.num.21.& ego notaui in tract. de act.in mort.art.cap.14.num.8.

Si prætereà alias aufugiſſet,tunc etiã
25 ſi eſſet nobilis, uel in caſu † liberationis, eſſet nihilominus diligentiſſime cuſtodiẽdus,gl.in l.lege cornelia,in uerbo Ex uincullis ff.ad Syllan.ibid.Roman.Alex. in l.ſi pecuniam.§.ſed ſi accepit,num.5. uerſ.Limitat tamen ff.de condict.ob ca. qui tamen nu.6.declarat id uerum eſſe,
25 ſi alias aufugit,dũ eſſet in † caſu liberationis. Vide D.Meno.lib.5.præſump.32. nume.9.

Fallunt quinto ratione modi, quare
26 ſi quis † miraculosè aufugiat,non tenebitur cuſtos de minus curioſa cuſtodia, Boer.deciſ.217.Et uidetur,num.17.uer. Quinto etiam uidetur D.Menoch.d.caſu 302.n.13.uerſ.Declaratur 5. Vel etiã
27 ſi ex conſueta † Turri, eaque altiori ſe dederit carceratus præcipitem, quia nõ tenebit cuſtos, Proſp Farin. loco cit. nu. 135.& 136.ubi uideri poſsũt alii modi.
28 Fallunt ſexto, quoties † plures eſſent cuſtodes,& inter ſe uigilias noctis,ſingulis, & diſcretis quibuſdam temporum interuallis diuiſiſſent, quia ſi carcerati nocturno tempore aufugiant, atq; ſolus plectendus erit cuſtos,cui, iuxta noctis diuiſionẽ,uigilare contigerat, Gerard.ſing.37.Not.quod ſignanter,num. 2.uerſ.Amplia dictam deciſionem.

DE CASTRO
Cap. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodes caſtri, qui nocturnas inter ſe uigilias diuiſerunt, aliquibus condicta hora dormientibus, non omnes tenentur de amiſſio caſtro, ex Boer. & alijs.*
Contrarium ſuſtinet Author, num. 2.
Præfectus uigilum debet totã nocte uigilare.
Tutores plures non excuſantur diuidendo tutelam.
Niſi aliud uelit teſtator uel Iudex, num. 5.
Cuſtodia turis priuati diuidi poteſt.
Tex.in l. Diuus ff. de off. præſid. declaratur.
Dormire nocturno tẽpore, eſt uitium naturæ.
Fornicarius. q̃do tenentur de uilla exuſta.
cuſtodia publica propria authoritate non diuiduntur.
Cuſtodes caſtri excuſantur ſi nocturno tempore portam non aperiant.
12 *Caſtri incola, quado excuſentur reſpectu dãni nocturno tempore dati.*
13 *caſtros caſtri nocturno tempore debet cuſtodias duplicare.*
14 *Cuſtodia caſtri Dominorum impenſis nõ autem ſubditorum, ſunt facienda.*
15 *Expenſæ factæ in cuſtodia communi caſtri, quando omnibus imputentur, diſtinctio Angeli.*
Contra Angelũ latè ſuſtinet Author. n. 17.
Quinimo poterunt interim caſtrum retinere, donec reficiantur impenſæ num. 19.
16 *Expenſæ factæ in negocio cõmuni, quando à ſocijs repetantur.*
18 *Expenſæ factæ in negocio communi repetantur uel per actionem mãdati, uel per actionem negociorum geſtorum.*
20 *Tex. in l. ex parte, in prin. ff fam. herciſc. declaratur.*
22 *Expenſæ factæ in negocio communi, quãdo repeti poſſint, diſtinctio Authoris.*
22 *Seruitus aquæ eſt indiuidua.*
23 *Priuilegium impetrans pro duabus ciuitatibus,*

bus an expenſa in ſolidum ab ambabus poſſit repetere.

24 *Teſtis à me ſumptibus meis uocatus, an eodem alijs vti poſſit illæſa crumena.*

25 *Teſtes inducens pro negocio communi, an à socijs expenſas pro uirili poſſit repetere, diſtinctio Authoris.*

26 *Statutum Placentiæ de Taxatione ſalarariorum declaratur.*

27 *Expenſas faciens in cauſſa communi, debet proteſtari, quod nomine communi eas, facit ſi uelit repetere ex Bart.*

Et an in dubio cenſeatur expendiſſe aliorũ contemplatione, nu. 28.

Cautelam Bartoli non exiſtimant neceſſariam Author, num. 29.

Qui ſaluat cautelã Bartoli in re diuidua, num. 30.

31 *Caſtrum commune non recuperãs effectualiter repetit tamen impenſas pro rata, ſi utiliter cœpit.*

32 *Factum, ubi narratur à lege, non inducit neceſſariam diſpoſitionem.*

33 *Tex. in l. Iam tamẽ §. in hac, el 2. ff. Iud ſol. declaratur.*

34 *Negocium alienũ aggrediens tria præ oculis habere debet.*

Sed ſufficiunt duo ex Authore, num. 35.

ARGVMENTVM.

¶Fragmenta quædam de Cuſtodia caſtri ad nocturnum tempus. Alberici, & Gerardi opinio exploſa. Angeli reiecta diſtinctio. Bartoli neglecta ferè cautela.

PLVRA varijs diſpenſa locis a doctoribus cumulantur de Caſtro, eiuſque cuſtodia, ego uero mei ipſius non immemor, ea duntaxat obſeruabo, quæ ad nocturnum tempus ſpectare uidentur.

Primo itaq; ſcripſit Albericus in l. nã ſalutem §. effracturę, nu. 2. verſ. Sed quid ſi cuſtodes ff. de of. præfec. Vigil. Quod ſi cuſtodes caſtri inter nocturnas vigi-
1 lias, nocturnamque † diuiſerunt cuſtodiam, ut alii ex cuſtodibus uſq; ad mediam noctem uigilarẽt, alii uero uſq; ad exorientem ſolem, iis cubãtibus, qui ex pacto ad uigilias tenebantur, ſi Caſtrum adoriãtur hoſtes, dixit Albericus abſoluendos eſſe alios dormiẽtes, & dicit ita de facto Bononiæ fuiſſe * determinatũ. Idem ſcripſit idem Alber. in 2. parte ſtatut. quæſt. 159. Si ex forma ſtatuti eligantur cuſtodes, Gerar. ſing. 37. Nota, quod ſignanter, nume. 1. uerſ. Quod, ſi aliqui, Iaſ. in l. un. §. ſi procurator num. 5. ff. ſi quis iuſd.
2 Quod † non placet, niſi adſit conſuetudo ad id, uel authoritas Dominorum facultatem cuſtodibus præbeat. Primo per tex. in l. 3. §. ſciendum eſt ff. de off. præfect. uigil. Sciendum eſt, autem, in-
3 quit tex. præfectum uigilum per † totam noctem uigilare debere, & coercare calciatum cum hamis, & dolabris, &c.

Rurſum, quia quæ ſũt publicæ authoritatis non poſſunt propria diuidi uolũ-
4 tate, ut de pluribus † tutoribus, qui non excuſantur diuidẽdo tutellam, niſi illud
5 ſit, uel iudicio teſtatoris, uel † iudicis l. ſi diuiſio C. de diuiden. tutel.

Nec obſtant ea quęcunq; quæ in contrarium ponderat Alber. tex. Scilicet in l. Dinus ff. de off. pręſid. ibi cum autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco, atq; ordine eſſe, ut a ſuis, uel etiam in propria uilla cuſtodiatur: recte facturus nobis uideris, ſi eos, a quibus illo tẽpore obſeruatus eſſet, uocaueris, & cauſſam tantę negligentiæ excuſſeris, & in unumquemq; eorum, prout tibi leuari, uel onerari culpa eius uidebitur, conſtitueris &c. uſq; ad fin. legis, duobus enĩ in locis ponderat legem illam Alber.

Reſpondeo enim quod ibi erat cuſto-
6 dia iure † priuati, nec mirum igitur, ſi diuiſa iure etiam priuato illum condẽnet ſolum mala & incurioſa cuſtodia, qui in ea præſtituto, ac deſignato tempore inuentus fuerit negligens, agitur enim ibi de cuſtodia furioſi. Quod ſiquis uelit eã
7 eſſe cuſtodiam publici iuris, & † diuiſa erant cuſtodiendi tẽpora publico iure.

Neq; etiã obſtat ſecundo loco, quod

id ſit

8 id ſit † uitium naturæ, quòd nocturno tē-
pore quis ſomno concedat per textum
in l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi fornicarius. ff.
de dam. infect. cui alia ſubijcit iura Al-
ber. ſed in argumentum.

Quia tex. ibi omnino illum etiam dā-
9 nat † fornicarium, quo obdormiente vil-
la fuerit exuſta, licet is rem humanam,
& naturalem fuerit paſſus, niſi, vel ignē
extinxerit, vel ita munierit, ne euaga-
retur. Atque ibi igne auertendo verſa-
batur conſilium, atq; authoritas priua-
ta. Cæterùm hic in amouendo hoſte uer
ſatur conſilium & authoritas publica.
Et præterea, ubi ſumus in muneribus pu
10 blicis nocturnas † cuſtodias deſideranti
bus, totam noctem vigilare debere cu-
ſtodes eſt tex. in l. 3. §. ſciendum eſt. ff. de
offic. præfect. vigil. Quo fit, vt vitium na
turæ in ordine ad ſomnum nocturnum
non condemnetur ſimpliciter, ſecus, ſi
aliud ſuadeat publicum iniunctum mu-
nus.

Cuſtodes item fortalitiorum, ut utar
Cepol. uerbis, excuſantur, ſi de nocte ali
11 cui † portam non aperiant, ob imminēs
periculum, ita poſt Florianum in l. iter
ff. com. præd. ibi allegat. ſcripſit Cæpol.
de ſeruit. Vrb. prædior. cap. 38. Hæc eſt
ultima, nume. 1. uerſ. Et ſimiliter excu-
ſantur.

12 Sed & excuſantur qui in Caſtro † cō
morantur, ſi ſtante ſtatuto, ut illi de ca-
ſtro teneātur capere malefactorem, ipſi
nō potuerint exire caſtrum, quia rector
claues cuſtodijſſet, plures poſſem addu
cere, quos adducam in cap. de Cuſtodia
ciuitatis. Interim in terminis caſtri ui-
deri poteſt Angel. de Arimino ad Arer.
in uerbo Qui iudex dictum Caium, nu.
12. uerſ. Quid, ſi de nocte.

Illud tādem de Cuſtode caſtri, quem
Caſtellanū appellant, obſeruat Angel. in
l. 1. nu. 3. verſ. ultimò nota, C. de cuſtod.
reorum, ꝙ nocturno tempore cuſtodias
13 debet † duplicare.

14 Et quia hæ cuſtodiæ † dominorū im-
penſis, non aūt ſubditorum, ſunt facien
dæ, Angel. in l. Turres uerſic. Nota ergo
contra contrahentes C. de operibus pu-
blicis, Iaſ. in l. domus §. ſumptus num. 9.
uerſ. Item diligenter aduerte ff. de leg. 1.
qui dicit etiam ſe ita de facto conſuluiſ-
ſe in regione Pedemontana, per plura
iura Bal. in l. dominus, in prin. nu. 3. uer.
Sed ille tenetur C. locati, non poſſum,
quin referam conſilium Angeli, cuius di
ſtinctio licet uideatur communis, mihi
tamen ipſi uix eſt, ut potuerit placere
unquam. Quærebatur ergo apud Ange-
lum, an ſi ex pluribus condominis ero-
gent alij in cuſtodia, & tutela commu-
nis caſtri, ij, qui nihil ea de re impende
runt, ad uiriles teneantur expenſas. Et
Angelus, qui ſuper hoc themate conſu-
luit conſil. 149. Super puncto prædicto,
fœdere diſtinctionis ita dixit.

Aut propter cuſtodiam partis con-
dominæ, & defenſionem illius portio-
15 nis, aliquid † ulterius per ipſos conſor-
tes erogatum eſt pro totius caſtri cuſto
dia, & repeti poteſt, quicquid ulterius
impenſum eſt, ipſique mulieri, & ab ea
cauſſam habenti, doli exceptio opponi
poteſt.

Aut ſumptus facti ad cuſtodiendam
portionem illam caſtri, quæ ad mulie-
rem ſpectat, maiores non fuerunt, quàm
fuiſſent ſumptus aliarum partium, ſi ſo
læ conſortium partes cuſtoditę fuiſſent,
quo caſu contra dominā repetitio nul-
la locum habet, nec retentio, ita Angel.
dic. conſil. 149. per text. in l. ex parte, in
prin. ff. fam. hercîſ. idem uoluit Petra de
fideicom. quæſt. 15. nu. 239. uerſ. Vnum
tamen non omitto, per glo. in dicta l. ex
parte, in prin. in uerbo Amplius, & ibi
Fulgoſ. num. 2. & ſequenti, & Nat. conſ.
303. Ordinauit Princeps, nu. 3. uerſ. Ter
tiò adducitur. Sed certè Natta non lo-
quitur in terminis caſtri, illiusq; cuſto-
diæ, ſed dicit tantùm, quòd impendens
16 in † negocio communi, non poteſt repe
tere expenſas à ſocio, quas pro ſua tan-
tùm parte facturus erat, ſecus, ſi aliquid
plus ſupererogaſſet pro ea parte, quæ
tangit ſocium, quia ſumptuum illorum
habenda eſſet ratio; Maximè autem in-
tereſt inter hoſce terminos, ut inferius
apparebit.

17 Ego uerò † exiſtimo, ſiue dicti nobiles
maiores fecerint ſumptus, ſiue non, ꝙ

ſemper

ſemper dicta domina teneatur conferre, ex eo, quod non ſola nobilium perſona conſeruatur, ſed commune caſtrum, ideo, cum eiuſmodi impenſæ factæ per nobiles, proſint etiam ipſi dominæ, & ſi non eſſent factæ, eidem nocerent, omnino concludendum eſt dominam ipſam cogi poſſe ad ſuam portio-
18 nem cōferendam, ſiue modo per † actionem communi diuidundo, ſiue negociorum geſtorum, non curo, uidendus erit Angel. dic. conſ. 149. ita eſt tex. ineuitabilis & ibi glo. in l. qui aliena negocia §. fin. in meo Codice l. liberto §. fin. ff. de negoc. geſt. & interim poterunt, qui commune caſtrum cuſtodierunt, ca-
19 ſtrum ipſum † retinere, donec reficiantur impenſę, Ioann. de Anan. conſ. 32. quem & refert & ſequitur Iaſ. in l. diuortio §. interdum, in primo notabili ff. ſolut. matrim.

20 Non obſtat modo text. in † l. ex parte in prin. ff. fam. herciſcun. fœdere. n. diſtinctionis poſſunt cōciliari illi duo textus, ſi ita dicamus.

21 Aut agitur de iure † indiuiduo, quo caſu, cum neceſſario ſuſcipienda ſit defenſio, etiam pro ſocio, reſpectu rei indiuiduę, nec enim poſſū ius meum tueri, quin & ius ſocii defendā, ideo ſocius indiſtinctè tenetur ad expenſas conferēdas, & in his terminis loquitur tex. in l. qui aliena §. fin. ff. de negoc. geſt. erat. n. quæſtio, ut ibi dicitur, tam in textu, quā
22 in gloſ. de ſeruitute aquæ, quę † indiuidua eſt, l. 5. ff. de vſufruc. glo. in l. 4. ff. eod. tex. in leg. pro parte ff. de ſeruit. l. 1. §. ſi vſusfr. ff. ad leg. Falcid. Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 3. & 4. oppoſitione ff. de uerb. oblig. ideo, cum non poſſim mihi ipſi uictoriam reportare, quin & ſocio acquiram, conferet ſocius. Et noſtro caſu ſumus in actu indiuiduo, nec enim poſſunt illi nobiles ſua Caſtri portionem defendere, quin, & aliorum ſociorum portionem tueantur, ideo exiſtimo Angel. malè conſuluiſſe.

Aut agitur de iure nō indiuiduo, quo caſu, cū defenſionē, p ſocii portione nulla urgente neceſſitate ſuſcipiat ſocius, ſibi imputet, qui ſuſcipit, & in his terminis loquitur tex. in l. ex parte, in prin. ff. fam. herciſ. erat enim hæres ex parte inſtitutus, qui cauſſam de totis bonis, quā omnes hæredes patiebantur ob inultam defuncti mortem, ſolus, & ſuſceperat, & obtinuerat, quo caſu, cùm non cogeretur pro omnibus hęredibus cauſſam defendere, habet locum diſtinctio illius tex.

Neſcio, an bene intellexerim Alber. in caſu huius diſtinctionis in dic. l. q alięna §. uno defendente ff. de negoc. geſt. & tangit Petra de fideicom. quæſt. 15. nu. 239. in fin. & Fulgoſ. in l. ex parte i prin. num. 2. ff. fam. herciſ.

Hinc eſt, qđ bene procedit quæſtio, de qua apud Alber. loco cit. Ciuitas Tholoſana legatum ad Regem miſit pro quibuſdam priuilegiis impetrandis, cū poteſtate expendendorum mille, impetra-
23 uit † priuilegia, legat.ne dū pro ipſa ciuitate, ſed ēt pro toto diſtrictu Tholoſano, uolebat Ciuitas cōſequi portionem impenſarum a diſtrictu, nec aliquo pacto potuit.

24 Rurſus, ſi ego induxi pro me † teſtem, uocans illum ſumptibus meis a remotiſſimis regionibus, & alius deinde pro ſe uti uelit, an teneatur ad expenſas contribuere, & dicitur, quod non, Bald. in l. ex parte, in princ. ff. fam. herciſ. qui eam dicit eſſe rationem, quia ego expendi tantum mea non alterius cōtemplatione, ideo tertius producens, ad expenſas nō tenetur, ſi quæ factæ ſunt uſq. ad tēpus ſuæ productionis, l. ſi quis teſtibus, C. de teſt. & l. quoniā liber C. eod. quod Bald. loco cit. notandum dicit: volui adduxiſſe hanc rationem, quia inferius ad hoc Bartoli cautelam recenſebimus.

Et iuxta hæc diſtinguenda ſunt illa duo, quę notat Petra de fideicom. quęſt. 15. num. 239. poſt Fulgoſ. ibi allegatum in l. ex parte, nu. 2. ff. fam. herciſ. quod, ſi cohæres, uel ſocius, dum cauſam defen-
25 dit communem, teſtes † induxit ex remotiſſimis partibus, non poterit ſumptuum portionem repetere, ſi tantundē expendiſſet in defendēda parte ſua. Itē
26 quod ſi uigeat ſtatutum, ut uiget † Placentiæ, taxans ſalaria notariorum, aduocatorum,

catorum & iudicum, eiſdem conſtituen do certum ſalarium taxatiuè, vbi cauſſa mille excedit, quòd ſi ſocius, uel cohæres, partem habens, talem ſummam excedentem, totum defendat, & ſic etiam conſocij partem, nihilominus à conſocio repetere non poterit partem impen ſarum, poſtquam tantundem pro portione ſua erat impe. ſurus. Hæc omnia intelligo, ſi duo copulatiuè concurrant; primò, quòd non ſit ſocietas conuentionalis, quia in conuentionali ſocietate omnes impenſę in cauſſam communem factæ toti imputantur ſocietati l. cum duobus. §. ſi quis ex ſocijs ff. pro ſoc. ſecundò, quòd cauſſa ſit diuidua, ſecus ſi indiuidua, vt diximus, & ita procedunt etiam dicta Nattæ conſ. 303. Ordinauit princeps, nu. 3. verſ. Tertiò adducitur.

Adducit tamen Bart. in d.l. ex parte, nu. 3. ff. fam. hercis. cautelam quandam, quæ declarat rationem Baldi paullò ſuperius allegatam, quòd ſcilicet caueat ille, qui communem cauſſam agit, vt ad-
27 uocatis ſalaria † communi nomine promittat, & ratio eſt, quia ita demum expenſæ in re communi factæ per unum ex ſocijs, per alios reſtituendæ ſunt, ſi omnium contemplatione ſint factę, non autem, ſi faciens, adhuc aliàs facturus erat, Petra de fideicom. quæſt. 15. nume. 224. verſ. Conſiderandum tamen eſt, &
28 in † dubio non præſumitur ſocius feciſſe aliorum contemplatione, ſi ad expendentem res principaliter pertinebat, & modicum ad alios, ita Petra loco cit. nu. 225. poſt Alciat. quem ibi allegat conſi. 230. num. 6.

Hanc tamen Bart. cautelam non exi-
29 ſtimo † neceſſariam per dicta Alex. conſ. 168. Requiſitus, ut breuibus dicam, nu. 8. vol. 2. dicit etenim unum notabile Alexan. non ſolum in propoſito huius cautelę, ſed etiam totius queſtionis, his uerbis. Vltimò inquantum quæritur, quid de expenſis per Comitem factis in recuperando Caſtro occupato per commune Senarum, quod caſtrum erat commune dicti Comitis cum R. ſequitur Alex. dico illas reficiendas pro rata per hæredes dicti R. attento, quòd cum effectu fuit manu armata recuperatum per dictum Comitem. Et hoc ſi expenſam fecit dictus Comes cōmuni nomine, ſuo, & ſocij, ſecus, ſi ſuo tantum. l. ſi is contra quem C. de condic. priuat. l. ſiquis putans. §. ſiue autem ff. comm. diuid. & in dubio præſumitur communi nomine feciſſe, cum res pro qua fiebat expenſa ad utrumq; ſpectaret, nec poſſet pro parte Comitis expediri, quin etiam pro parte conſocij expediretur. Idē omnino Ruin. conſ. 100. Narratur in themate, nume. 3. uerſ. Quid ſi unus ex duobus, uolum. 4. aliàs dicunt hi patres, alterum ex duobus ſequeretur abſurdum, uel enim recuperans diceretur donare uoluiſſe partem expenſarum, quod in dubio non eſt præſumendum. l. cum de indebito ff. de probat. cum ſimilibus, uel præſumendum eſſet recuperantem habuiſſe animum uſurpandi partem cōſocij contra tex. in l. merito ff. pro ſoc. in cap. fin. de præſumpt. Idem Crauet. in proximis terminis conſil. 159. Viſis his, quæ in facto, num. 2. lib. 1.

30 Sed ſaltem in re † diuidua Bartoli cautela negligenda non eſt.

Et hæc uera ſunt, quando dicti nobiles expenſas fecerunt ad cuſtodiendu Caſtrum, & Caſtrum ipſum retinueri

Si uerò amiſerunt uidetur, quod nobiles repetere non poſſint. l. ex parte. ff. fam. herciſ. ibi ſuſcepit, & obtinuit, & l. iam tamen §. in hac, el 2. ff. iudic. ſol.

31 Contrarium uerum eſt, ſufficit. n. ſi † utiliter ſuſceperint nobiles caſtri defenſionem, quicquid poſtea euenerit, l. ſed ultro §. is, qui ff. de negoc. geſt. ita glo. in d.l. ex parte, in princ. in uerbo Et obtinuit ff. fam. herciſ.

Nob obſtat tex. in d.l. ex parte in princip. quia ibi recenſetur factum, quod patet ex inſcriptione legis, inſcribitur. n. lex, Scæuola lib. 1. Reſponſorum. At quā do diſpoſitio, uel deciſio reſpicit ali-
32 quid, quòd ita de facto erat, non † facit, quin idem eſſe poſſit etiam, ſi factū illud ceſſaret, uel aliter ſe haberet, ut eſt gloſ. notabilis in l. unica C. quando non petentium partes, ibid. Iaſ. latè, nume. 21.

Non

Digitized by Google

33 Non obſtat tex.in d.l. † iam tamen §.
in hac, el 2.ff.iudic.ſol. quia ibi gloſ. in
verbo Petent, dicit illum tex. ideo pro-
cedere, quia eo caſu negociũ non appa-
rebat vtiliter inchoatũ, prout in caſu Ca
ſtri ſcripſit Bald.conſ.8.Erant quinq; no
biles, lib.1. & Petra de fideicom.quæſt.
15.num.222. verſ. Quod ſi caſtrum, vbi
ad hoc, ut qui commune, uel alienum ag
34 greditur † negocium, expenſas repetat
pecunias, tria præ oculis habere debet,
quòd negocium illud ſit poſſibile, quòd
ſit utile, & quòd alteri nimis oneroſum
non ſit, ita hi duo patres locis cit.

Quanquam non erit utile, ſi ſit nimis
35 oneroſum, ſufficiunt ergo † duo priora.

Potuiſſem pleniore calamo hanc An
geli diſtinctionē examinare, pluribuſq;
negocium authoritatibus, ut mei moris
eſt, communire. Sed uolui tantum com-
monuiſſe, & tetigiſſe.

DE SALVAGVARDIA Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodia appellatione. venit etiam Saluaguardia.*
2 *Saluaguardia duo reſpicit, perſonā, & bona.*
3 *Saluaguardia, quid ſit ex Tholoſano.*
4 *Saluaguardia quid ſit ex D. Menochio.*
5 *Saluaguardia appellatione venit cautio de non offendendo.*
6 *Saluaguardia eſt de iure diuino ex Herculano.*
7 *Saluaguardia originem habuit ab initio mundi ex Herculano.*
8 *Saluaguardia, ſeu*
Cautio de non offendendo poteſt peti etiam die feriato in honorem Dei.
9 *Cautio de non offendendo poteſt peti etiam nocturno tempore.*
• *Contrariũ ſuſtinet Author, & q̃uo, nu. 10.*
11 *Cautionibus non neceſſarijs non debent homines pragrauari.*
12 *Saluaguardia, vbi iure ordinario petitur, iuſtificanda eſt.*
13 *Cauſſa cognitio non ſit parte non citata.*
14 *Citatio non poteſt fieri de nocte.*
15 *Saluaguardia ſi petatur iure extraordinario, negligi poteſt citatio.*
16 *Saluaguardia. an nocturno tempore decerni poſſit nona Authoris diſtinctio.*
17 *Saluaguardia in genere, poteſt fieri ſine cauſſa cognitione.*
18 *Saluaguardia eſt clauſula iuſtificatiua Nĩ ſi quis ſentiat ſe grauatum, non requirit citationem.*
19 *Cōparens in termino clauſula iuſtificatiua, reducit præceptum ad ſimplicem citationem.*
20 *Saluaguardia generales non ligant, niſi proclamata fuerint.*
21 *Proclamationes non poſſunt fieri nocturno tempore.*
22 *Saluaguardia. Qui hēt bona in Saluaguardia, tenetur etiā ad damna de nocte data.*

ARGVMENTVM.

¶ Saluaguardia, an nocturno tempore decerni poſſit, reiecta Franciſci Herculani opinione, diſtinctio Authoris. Et quia Saluaguardia, & bona reſpicit, & perſonam, an habēs bona alicuius ſub tutela Saluaguardiæ, teneatur etiam ad damna de nocte data.

MATERIAM Saluaguar-
diç hic opportunum ſibi
locum uendicare, dum de
cuſtodia agimus, certiſſi-
mum eſt, poſteaquam, ſub
1 nomine † cuſtodiæ uenire & ſaluaguar-
diam, poſt Io.de Plat.in l.fin.C. de erog.
milit.an.lib.12.ſcripſit Oſaſch.deci. 88.
Viſis quibuſdam, nu. 34.uerſi. Pręterea,
cum in caſu noſtro. Hęc autē ſaluaguar-
2 dia † duo reſpicit, perſonas aliquando, a-
liquando etiam bono Oſaſch. loco citat.
Bertaz.conſi.crim.511. Proponitur in fa-
cto, nume. 38.uerſic. Et quod ſaluaguar-
dia, uol.2.

Quare, & Gregor.Tholoſ.ſyntag. Iur.
uniuerſ.par.3.libr.48. capit.4. De ſatiſ-
datione Iudiciali, numer.16.uerſic. Cau-
tiones, & ſatiſdationes, definiens ſalua-
3 guardiam † dixit, quod Saluaguardia eſt
cautio quædam, per quam aduerſarius
dat fideiuſſores petenti coram iudice, &
au-

Digitized by Google

authoritate Iudicis, de non offendendo
ipſum, nec in perſona, nec in rebus, per
ſe, vel interpoſitam perſonā. Et D. meus
Præſ. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu
338. Saluæguardiæ, nume. 1. dixit, quod
4 †Saluaguardia dicitur eſſe illa defenſio,
& protectio, quam potentior minus po-
tenti præſtare promittit, atque ita ami-
cis hæc, & charis ad ſuorum bonorum
tutela preſtari ſolet.

Quod igitur pertinet ad perſonas.

Franciſcus Herculanus, qui integrum
conſcripſit uolumen de cautione de non
offendendo, cui omnino æqualem facit
5 † Saluaguardiam, cap. 3. numer. 20. uerſ.
Quod quæ dicimus, plura recenſet priui
legia, & de cautione de nō offendendo,
& de ſaluaguardia. Tum ratione iuris,
& antiquitatis, uoluit enim is ſaluaguar
6 diam eſſe de iure † diuino, & habuiſſe
originem ab initio mundi, quo tempo-
7 re Cain occidit † Abel, dixit. n. Cain ſe
vereri, ne ab alijs occideretur, cui Deus
ſignum dedit, ne offenderetur, Hercu-
lan. d. cap. 3. à numer. 22. uerſ. Et uide-
tur, quod hæc ſaluaguardia. Tum e-
tiam ratione temporis. Primò nanq.
8 uoluit, quod hæc † cautio peti poſſet
tempore feriato, etiam ad Dei hono-
rem, ibi. numer. 12. uerſ. A quibus, poſt
Ripā in rubr. col. 2. ff. de damn. inf. Alex.
conſ. 130. col. 2. lib. 4. conſ. 159. col. fin.
lib. 2. Bart. in l. ait ff. de his, quæ in frau-
dem creditorum, Ripam iterum, in cap.
1. num. 88. de iud. & in cap. cum M. num.
146. de conſtitution. ibi allegatos. Secū-
9 do, quod peti poſſit etiam † nocturno tē-
pore, d. cap. 3. nu. 15. verſ. Ex qbus dicen
dum eſt, tum quia etiam contractus poſ
ſunt nocturno tēpore celebrari, ut nos
quoq. dicemus ſuo loco, tum quia nox
uenit appellatione diei ciuilis, ut dixi-
mus cap. 3.
10 Sed certè, ni † fallor ego, longius hic
aberrat. Vel. n. in Saluaguardia petenda
11 iure utimur ordinario, & tunc. cū † cau-
tionibus non neceſſariis nō debeant ho-
mines prægrauari l. ſtipulatio iſta. §. di-
uus ff. ut legat. nom. caueat. Caſtrēſ. cōſ.
207. lib. 1. Socin. iun. conſ. 68. nu. 73. lib.
3. & alii, de quibus Herculan. loco cit.
cap. 3. num. 8. ideoq. iuſtificandum ſit
12 an † recte, uel non, petatur, Iaſ. in l. ſi ſu-
per poſſeſſione. col. fi. C. de tranſact. Bal.
in l. 1. ad fin. C. de Epiſcop. & cler. Bart.
& alii, de quibus Herculan. ibid. numer.
6. uerſ. Planè in uidendo, & numer. 6.
13 verſ. Vnde merito, cauſſæ † cognitio re-
gulariter non fit parte in citata Dec. &
Cagnol. in l. ubicunq. ff. de reg. iur. text.
in l. in cauſſæ §. cauſſa ff. de minor. Her-
culam. loco cit. numer. 8. uerſ. Cauſſæ
autem cognitio, citatio autem non po-
14 teſt fieri de † nocte, ut ſuo loco dicemus,
ſaltem, ut quis comparere teneatur. Vel
etiā ſumus in Saluaguardia, ſeu cautio-
ne de non offendendo irregulari, & ex-
traordinario iure concedenda, vt quia
ſi pars citetur, de facili latitabit, atque
15 calumniis locus erit, quo caſu † negli-
gi poſſe citationem hoc in caſu noluit
Herculan. loco citat. numer. 11. ver-
ſicul. Quam ob rem, & eo caſu quicquid
fit de condemnatione nocturno tempo
re facta ad dandā cautionē, & ſaluaguar
diam, non tenetur quis comparere ad
dandam cautionem tempore nocturno,
ne dum ad alios ſaluos faciendos voca-
tur, ipſe in itinere pereat, & ſuo loco di-
16 ctum eſt, in cap. de Comparitione.

Concludo igitur † Cautionem de nō
offendendo, & Saluaguardiam atten-
to iure ordinario, non poſſe decerni no-
cturno tempore, attēto uero iure extra-
ordinario ex cauſſa, poſſe quidem cau-
tionem nocturno tempore a iudice de-
cerni, non tamen reali executioni poſſe
demandari.

Nec etiam hinc excipio ſaluaguar-
dias in genere, quæ cum non reſpiciant
certam, & determinatam perſonam,
poſſunt, & eę fieri, ſine aliqua cauſſæ
17 † cognitione, Rebuf. in l. ab his, circa me
diū C. de nauicul. libr. 11. Neuizan. cōſ.
83. Materiā ſaluaguardiæ, num. 12. uerſ.
Septimo. non obſtat. Nec etiam exci-
18 pio Saluaguardiam cum clauſula † iuſti
ficatina, Niſi quis ſentiat ſe grauatum,
quo caſu nō eſt alliquis citandus in ſpe
cie, ſed debet cōparere in termino clau-
19 ſulæ, & eam reducere in ſimplicem † ci-
tationem, Iaſ. in l. ne quicquam §. ubi de
cretum

cretum ff.de off.proconſ.& legat.Neui-
zanus loco cit.num.12.verſ. Secundo,ex
quo,D. meus Præſ. Menoch. lib.de ar-
bitr. iud. caſu 338. Saluæguardiæ, nu.8.
9.& 10.quoniam eiuſmodi ſaluaguardię
etiam generales,licet cõceſſę,nõ ligant,
20 niſi poſtquam per publicas † proclama-
tiones fuerint publicatæ, vt poſt Guid.
Papæ conſ.69.num.8.ſcribit Neuiza. d.
conſ.83.num.13.verſ. Octauo non ob-
21 ſtat,& † proclamationes non poſſunt fie
ri nocturno tempore ; vt dicemus ſuo
loco in tit.de Edicto publico.

Quod tandem reſpicit bona, ſcripſit
Oſaſch.eũ, qui bona alicuius habuerit
22 in † ſaluaguardia, teneri etiam ad dam-
na de nocte data,Oſaſch.inquam deciſ.
88.Viſis quibſdam,num.35.uerſ. Dicen
dum eſt, poſt Barbat.inter conſ. Calcan.
conſ.66.col.fin.& alios ibi allegatos.

Sed, quod teneatur etiam reſpectu damnorum nocturno tempore illatorũ, hoc uidetur aduerſus ea,quæ firmauimus in c.de dam.dato, & ea,q̃ dicemus inferius, in cap.de Campario.Non tamen eſt cõtra,quia ibi ceſſabat odium Camparii,q præterea ampliori regioni præerat,& facilius eo inſcio damna dari poterant. Hic uero, qui ſaluaguardiam ſuſcepit, ratione inimicitiæ eſt ſuſpectus ualdè, & quædam tantum bona cuſtodit,facilius igitur explorare p̃t, ſi dentur dãna.

DE CAMPARIO Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Camparius indicium facit aduerſus denunciatum.*
2 *Cãparius deponens de auditu, uel de fama, facit indicium ad inquirendum tantum.*
3 *Syndicus deponens de auditu,vel fama,facit indicium ad inquirendum tantum.*
4 *Camparius,ſeu*
Saltuarius deponens, illius dictum valet in uim teſtimonij.
5 *Deũnciatio priuati valet ĩ vim accuſationis*
6 *Camparius falſus nõ habet priuilegiũ camporiorum in probationibus.*
7 *Camparius non iuratus,nihil probat dum denunciat.*
8 *Camparius deponens de uiſu facit indiciũ ad torturam.*
Fallit,ſi malefactorem nocturnũ denunciaret,num.9.
10 *Camparius de nocturno malefactore deponẽs minus probat,quam alius teſtis.*
Quia eſt teſtis in propria cauſſa, ex Ploto, num.11.
Contrarium latè ſuſtinet Author, nu.12.
13 *Teſtis deponens pro ſua vniuerſitate non eſt omni exceptione maior.*
Multo minus ſi de ijs deponat, quæ pertinent ad illos de uniuerſitate,ut ſingulos. nu.14.
15 *Communitas,ubi tenetur de damno dato, tenetur pro modo facultatum uniuſcuiuſq́.*
16 *Vniuerſitatis negocium quando dicatur ad illam ſpectare ut ad vniuerſitatem, & ad eam,ut ad ſingulos de vniuerſitate.*
17 *Damna nocturna non imputantur.*
18 *Camparius,ſi ſit negligens,tenetur de ꝓpriratione damni dati.*
19 *Diligens præſumitur qui non probatur negligens.*
20 *Negligentia non probatur, niſi duobus copulatiue concurrentibus.*
21 *Camparius dicitur idoneus teſtis.*
22 *Camparius præſumitur ipſe damnũ dediſſe, niſi probet a quo ſit datum.*
Niſi probetur diligentia num.23.
Vel damnum ſit occultum,quale eſt nocturnum num.24
25 *Camparius indeſtincte tenetur notificare dãnum datum.*
26 *Camparijs etiam falſum aſſerentibus creditur donec contrarium probetur.*
Niſi falſitas ſit euidens ex impoſſibilitate medij,ex Authore.num.27.

ARGVMENTVM.

¶ Camparij,& ſaltuarii,cũ proprię viſionis teſtimonio denũciãtes, dũ faciunt indiciũ ad torturam, quid ſi nocturnũ damnum denun cient. An minus probent eo caſu, quã alii teſtes, negatiuè aduerſus Plotum. Tandem, an ipſi nocturna damna emendare teneantur.

C V-

CVSTODES agrorum,
vinearum, nemorum, & a-
liorum eiuſmodi, quem
alii ſaltuarium, alii uero
campariũ appellant, indi-
1 cium facere aduerſus† de-
nunciatum, nemo eſt, qui id in dubium
renocet, difficultas eſt, quatenus ſit illo-
rum indicium, an potens ad ſolam in-
quiſitionem, an uerò etiam efficax ad
torturam. Et Farinac. de Indiciis, & tor-
tura, quæſtio. 52. a nume. 167. uerſ. Deci-
mum octauum, diſtinguit inter ſaltua-
2 rium deponentem de † Auditu, uel de
Relatu, vel de Fama, & ſaltuarium depo-
nentem immediatè de uiſu. Vt primo ca-
ſu camparius, illiuſque denunciatio, pro
3 ut etiam denunciatio † ſyndici, uel An-
tiani, faciat indicium ad inquirendum
ſolum, in quibus terminis intelligi po-
teſt Bartol. in leg. diuus, numer. 8. in fin.
uerſ. Si uero officialis ff. de cuſtod. & ex-
hib. reorum, Salyc. in l. ea quidem, num.
23. iunct. num. 26. Cod. de accuſat. An-
gel. de Malef. in uerbo. Nec non ad de-
nunciationem, num. 14. uerſ. Si uero non
mittitur, Marſil. in pract. Crimin. §. prin
cip. nume. 22. Nouell. in pract. In forma
inquiſitionis contra fures, poſt numer.
32. uerſi. Sed benè facit præſumptionẽ
ad inquirendum, Cæpol. conſ. crimin.
39. num. 38. uerſi. Sed ego teneo, D. meus
Præſ. Menoch. lib. 1. quæſtio. 88. numer.
21. in fin. & ne omnes recenſeam, de qui
bus Proſper Farinac. loco cit. num. 169.
* uerſ. Regula prima de * communi Boſſ.
in tit. de Denunciationibus, nu. 2. uerſic.
Cæterùm, ſi tantùm, & Clar. in pract. §.
fin. quæſt. 7. uerſ. Habes igitur, in princi.
quibus adde in terminis teſtis loquẽtes
eos omnes quamplurimos certè, quos ci
tauimus in cap. de Auditu, num. 7. uerſi.
Verum non facere, poſteaqnam & hunc
publicam officialẽ teſti æqualem reddit
Farinac. dicta queſt. 52. num. 172. verſic.
4 Limita ſecundo, diſtinguens inter † ſal-
tuarium, ſeu ſyndicum, & priuatam per
ſonam, ut illorum dictum in teſtimoniũ
5 recipiatur, huius uero in † accuſationẽ.
per iura ibi allegata. Modo ſit uerus cã-
parius legitime electus, alias non habe
6 ret priuilegia† campariorum in proba-
tionibus Carpan. ad ſtat. Mediol. ca. 368
Quilibet Camparius, nu. 1. uerſ. Statutũ
loquẽs uol. 2. & Borgnin. dec. 13. In hac
noſtra curia, nu. 41. uerſ. Sic etiã loquẽs,
7 par. p. & præterea deponat, ac† denũciet
iuratus, Carpan. cap. 374. Quodlibet cõ-
mune, nu. 4. in uerbo Homines iuratos,
Borgnin. loco cit. nu. 56. uerſ. Et talis ac-
cuſa. par. 1. Poſteriore autem caſu, ubi ſci
licet denunciationem facit camparius
8 cum propriæ† uiſionis teſtimonio, facit
indicium ad torturam, ſicut & quilibet
teſtis, ita poſt Natt. conſil. 550. numer. 2.
uerſi. Si uero officialis mittitur. lib. 3. Fa-
rinac. dicta quæſt. 52. num. 170. uerſ. Am
plia hanc primam regulam, & num. 175.
* uerſ. Vnde ſecus, ſi immediate, ubi de*
communi, de qua etiam Boſſ. de Denun
ciat. num. 2. uerſ. Et omnino, & Clar lib.
5. recept. ſentent. §. fin. quæſtion. 7. uerſi.
Habes igitur, ubi amplius teſtatur,
* quod ita obſeruat communis * pra-
ctica.

Non faciet autẽ hoc indicium ad tor-
9 turam perfecto, a malefactorẽ† noctur
num denunciet ſaltuarius, ut in terminis
Camparii, & Saltuarii ſcripſit Plot. ad l.
ſi quando, numer. 840. uerſ. Quadrage-
ſimo limita C. unde ui, concludẽs, quod
quia teſtes deponẽtes de actu nocturno
non probant, ſi dicant ſe de nocte cogno
10 uiſſe, ideo multò minus probabunt† Cã
parius, Miniſtralis, Saltuarius & alius of
ficialis, quorum iuramento ex forma iu-
ris, & ſtatutorum eſſet ſtãdum pro plena
probatione, tam reſpectu delicti, puta
damni dati, quam eius quantitatis, &
perſonarũ, quænam fuerint, quæ delique-
rint, quia in hoc caſu non erit ſtandũ eo-
rum iuramento, etiam ſi dicerent ſe de
nocte cognouiſſe, quia inquit Plotus, ſi
in cauſſa aliena teſtãtes de uiſu i noctur
nis non ſunt omni exceptione maiores,
11 multo minus in cauſſa† propria, ex Bal.
in l. qui accuſare, uerſi. Aduertatis C. de
edend.

Sed certè, & ſi uerum eſt, quod iura-
mentum non defertur reſpectu eorum,
quæ nocturno contingerint tempore, de
clarando tamen, vt declarauimus in ca.

de Iuramento in litem, attamen non uideo, quomodo dicatur Camparius eſſe
12 teſtis in cauſſa † propria, ideoque minus credatur, quam deponenti de negocio alieno. Vel enim hîc conſtituimus camparium eſſe de eadem uniuerſitate, & tûc licet quodam pacto uideatur in cauſſa propria teſtificari, ideoque teſtis de uniuerſitate pro ipſa deponens uniuerſi-
13 tate non ſit † omni exceptione maior, ut poſt additionatorem ad Felin. in cap. Inſuper numer. 2. ſub litera A de teſtibus, Ant. de Butr. in cap. cum nunciis, nume. 3. in fin. de teſtibus, Alb. de Malet. in tractat. de teſtibus cap. 4. pluribus in locis, ſcripſit Farinac. de oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſt. 60. Illatione 17. Regula ſit in hac, nume. 456. uerſic. Limita hanc primam, qui idem confirmat, ac ſtabilit ibid. num. 458. uerſ. Ego tamen ab hac limitatione, multoque minore faciat fidem, ſi de iis deponat, quæ non reſpiciunt commodum, & utilitatem uniuerſitatis uniuerſaliter, ſed utilitatem v-
14 niuerſitatis † ſingulariter, ut de communi, & magis ** communi opinione, quam etiam ſecuta ſit Rota Romana, teſtatur doctores adducens per binas columnas integras Farin. de oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſt. 60. num. 495. uerſ. Limita primò, & nume. 496. uerſi. Secus in
15 iis. Atque quoties † communitas tenetur de damno dato, poſt uarias opiniones, ea tandem ſit communis opinio, ut ſinguli de communitate teneantur pro modo facultatum ut * communem dixit Alber. in l. ſi non fuerint in princip. ff. pro ſocio, idem Alber. in quæſt. ſtat. libr. 2. quæſt. 66. qui refert Dynum ita tenentē in l. ne quid ff. de incend. Ruin. & naufr. & dicentem Mar. de Fano ita de facto cōſuluiſſe, quod etiam uoluit Specul. in tit. de Raptor. & incendiar. num. 2. uerſicul. Sed pone inter ſtatuta, & eſt notab. rext. in l. 1. C. de muner. patrimoniorum, libr. 10. quo caſu dicitur agi de commodo, & incommodo uniuerſitatis, non per modum uniuerſitatis, ſed per modum ſingulorum; quoniam, ubi agitur de lite, in qua ſi uniuerſitas ſuccumberet, eſſet ſingulis imponenda collecta, negocium nō

dicitur ſpectare ad uniuerſitatem, ſed
16 ad † ſingulos de uniuerſitate, Angel. in l. omnibus, num. 2. uerſi. Aut reſpicit ſingulos, C. de teſtibus, Fel. in cap. inſuper, n. 6. uerſi. Vel ſi eſt cauſſa, de teſtibus, ibid. Bal. n. 3. uerſi. Et in hoc exemplo, & poſt plures ibi allegatos Farin. de oppoſitionibus contra perſonas teſtium, quæſtio. 60. num. 505. uerſi. Sexta ſit concluſio, & num. 506. uerſ. Septima ſit concluſio, late D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de Arbit. Iud. caſu 106. Agitur ſepiſſime, a numer. 13. uerſi. Tertius eſt caſus, Maſcard. de probat. concluſ. 1414. num. 5. & 6. Ruin. conſ. 13. Viſo, & diſcuſſo, num. 6. uerſi. Et ſic teſtes, lib. 5. Roland. à Valle, ubi etiā de * communi, conſi. 72. In cauſſa, & lite, num. 3. uerſi. Nec obſtare uidetur, uol. 2. poſt Iaſon. in leg. Sed ſi hoc §. patronum in 3. limitat. leg. ff. de in iusuocand. Bald. conſil. 420. column. penu. libr. 1. Afflict. deciſ. 400. & alios ibi allegatos, plures etiam adducit Bertaz. conſil. criminal. 178. Abſoluendi ſunt, numer. 4. ad fin. uerſicu. Secundus teſtis uolum. 1. Hi ſatis.

Sed hæc omnia adhuc parum tuentur ſententiam Ploti, quia extrinſecus accidit, quod camparius ſit de uniuerſitate, & præterea nos loquimur de Campario, ut camparius eſt, an dicatur in cauſſa propria teſtis eſſe, non autem de campario ut de uniuerſitate eſt.

Vel ergo abſtrahimus ab uniuerſitate & conſideramus camparium, quatenus camparius eſt, & tunc non dicitur pro-
17 priam tueri cauſſam, quia damna nocturna † non imputantur, uel ob iuſtam ignorantiam, uel ob uim maiorem, quę uel realis ſit, uel imaginaria, ut ſcripſimus in cap. de Damno dato, modo debitam adhibuerit diligentiam cuſtos, Fran. Marcus dec. 765. Quæritur, ſi iſti ſyndici, nume. 5. par. 2. Cuman. conſi. 121. In cauſſa uertente per totum, & plures, quos citauimus in cap. de Damno dato, nume. 22. uerſ. Modo debitam. Quia ſi probaretur cāparii negligentia, tunc profecto eſſet
18 in cauſſa propria, & ratione cuſtodię, certa conuenta mercede, teneretur † damna ipſe camparius emendare, ut ſcripſit Petrus

rus Calefatus inter conſil.crimin.conſ.
58.uol.2.Sebaſtian.Med.de caſibus for-
tuitis par.2.quæſt.7. Incendium, ut di-
ctum eſt,nu.8.uerſ.Sextò non habet lo-
cum, Roman.conſil.7. Viſis neceſſarijs
in facto,per totum.Sed camparius fun-
datam habet intentionem,quod debitã
impenderit diligẽtiam,ex regula iuris,
19 quod † diligens quilibet præſumitur do
nec contrarium probetur, ut in his ter
minis ſcripſit Maſcard.de probat. cõcl.
519.Diligentia probatur,nu.2.uerſ.Su-
perioribus & illud. Et qui vult probare
20 quem fuiſſe negligentem duo † copula
tiuè debet probare, & quod obligatus
nõ fecerit,& inſuper,quod potuerit fa-
cere,& non fecerit, Bar. Ruin. Io. An-
dr.Bald. Felin. Crauet.de quibus Ma-
ſcardus concluſ.1093. Negligentia,nu.
5.verſ.Probabitur autem negligẽtia,im
potentia autem ſatis reſultat ex natura
tpis nocturni,glo. in l.ſi, cũ exceptione
§.in hac actione ff.quod mer.ca. & dixi
mus de Syndico,nu.12.verſ. Tertius eſt
caſus,Bertaz.conſ.cri.45. Magnifica cõ
munitas,nume.12.verſ.Vltimo, & hoc
quidem,par.1.

Tandemque quia hunc camparium
21 eſſe † idoneum teſtem, & publicam
quandam in ſe habere authoritatem,
patet manifeſte ex iis, quæ ſcripſit Fa-
rinac.de Indiciis, & Tortura,quæſt.52.
à nume.170. verſi. Amplia hanc primã
regulam.

Vix hæc ſcripſeram,cum reperi Car-
pan.ad ſtatuta Mediol.368.Quilibet cã
parius,nu.2.3.& 4.vol.2.dicentẽ, quod
licet camparii alicuius territorii,vbi nõ
probent damnum factum ab aliis,præſu
22 mantur † ipſi fures,& damnum dãtes ex
Bero.conſ.214.num. 8.vol.3.excuſantur
tamen ex duplici capite,quorum primũ
illud eſt,ſi comprobent ſe omnẽ impen
23 diſſe † diligentiam, omne ſtudiũ adhi-
buiſſe,vt eum,qui damnum dediſſet in-
uenirent, quem tamen reperire non po
tuerint,ex Bar.in l. hærede §.primo ff.de
his quibus,vt indign.Clar.in ſua Prax.
Crimin.§.fin.quæſt.7.verſ.Scias autem.
24 Poſterius eſt caput,quoties damnum †
occultè datũ fuiſſet,quale eſt damnũ da
tum nocturno tẽpore ex Alber.in tract.
ſtatut.lib.2.quæſt.82. quod tamen pro-
15 cedit quoad notificationem † dãni dati,
Carpan.loco cit. quod & nos voluimus
in c.de Syndico,nu.14.ex Specul.in tit.
de Accuſat.in pri.nu.37.ita Bald.ibid.
cõſ.pen.ver.Sed nunquid procedit,atq;
eodem Baldo in l. ſi ea quæſtio. num 3.
verſ.Tu dic,quod debet.C. de his, quibus,
vt indignis. Et certe ridiculum eſſet,vt
Cãparius reſpectu nocturni delicti vix
faceret indicium malefactorem inqui-
rendum,ipſeq. prætereà damnũ repen-
dere teneretur.

Dum autem diximus quod cãpariis
non creditur de nocturna uiſione depo-
nentibus,ſaltem in ordine ad torturã,
videtur obſtare, quod ſcripſit Bonacoſſ.
in quæſt,crimin.in Verbo Saltuarius, &
Carpan.ad ſtat.Mediol. cap.374.Si quis
dederit,n.10.verſ. Creditur autem cam
26 pariis,vol.2. quod ſcilicet † campariis
creditur,etiam, quod falſum denuncia-
uerint,donec contrarium probetur.Sed
certe non obſtat,quia & Carpan.& Bo-
nacoſſ. loquuntur ratione falſitatis non
euidẽtis in ordine ad factũ de ſui natu-
ra poſſibile,an ſit dictum,uel nõ factum
maleficiũ illud,datumve damnũ, quod
ipſi denũciãt,ſed noſtro caſſu loquimur
27 reſpectu † falſitatis euidẽtis ex impoſſi-
bilitate medii,qualis eſt uiſio nocturno
tempore,uide quæ diximus in ca. de
Viſu.

DE CVSTODIA Ciuitatis. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodes nocturni ciuitatis tenentur de fur-
tis commiſſis.& quando*
2 *Cuſtodes caſtri diuiſis vigiliis nocturnis. an
omnes teneãtur. ſi inuadatur caſtrũ,quia
omnes dormierint.*
3 *Tex in l nã ſalutem §.effractura. ff. de off.
præfect uig.declaratur.*
4 *Dictio Licet implicat caſũ magis dubitatũ.
Dictio Licet idẽ importat,quod Dictio Etiã*

ſi,ibidem.

5 *Dictio Etiam implicat caſum dubitatiorē.*

6 *Camparius non tenetur de nocturno dãno.*

Si ſic eſt, ratio cur cuſtodes ciuitatis teneantur ipſi, num. 7.

8 *Oſtium de media nocte apertū relinquēs dicitur eſſe in lata culpa.*

9 *claues ciuitatis ſi nocturno tēpore ſint apud cuſtodem ciuitatis, excuſantur ciues ſi maleſactorem perſecuti non fuerint.*

10 *Cuſtos ciuitatis ea nocte deputatus, ſi neget, deinde pœniteat, non punitur pœna ordinaria ex Gandino.*

Diſtinguit Author, num. 11.

ARGVMENTVM.

¶ Cuſtos ciuitatis nocturnus, de eo tempore commiſſis furtis tenetur. Tex. in l. Nam ſalutem §. Effracturæ ff. de off. Præfect. Vigil. nouiſſimè declaratur. Duplex aliud de nocturno ciuitatis cuſtode obſeruantur.

PLACET, & aliquid in medium offerre de Cuſtodia Ciuitatis; ea verò in ſumma duo sũt. Alterum, quod Cagn. dicit diligenter notandum in l. vn. §. ſi procurator, num. 6. ver. Duas alias limitationes. ff. ſi quis iuſdicent. nõ obtemp. quod ſcilicet deputari

1 ad † cuſtodiam Ciuitatis de nocte, tenẽtur de furtis commiſſis, dummodo ciues teneant oſtia clauſa, & diligentiam debitam rebus ſuis adhibeant. Quod dicit Cagnol. ſe deſumere ex Iaſone in eod. §. ſi procurator. Sed ibid. nu. 5. verſ. Limita ex eo, dicit Iaſ. notandam deciſionem Alber. in 2. par. ſtatut. quæſ. 159. Si ex forma ſtatuti. Quod, ſi plures de-

2 putati ad † cuſtodiam caſtri, vel arcis, diuiſerunt inter ſe cuſtodiam nocturnam, ea lege vigiliarũ pars ad mediam noctem dormiret, quod ſuper erat dimidia nocte requieſceret, ſi interim ab hoſtibus caſtrum occupetur, ea de re non condemnatos iri cuſtodes illos, qui conuentis horis ſummum cępiſſent, atq; ipſe teſtatur de eiuſmodi * deciſione Bononiæ facta. Sed non eſt hic locus, eam non examinauimus, & reiecimus ſuperius, in cap. de Caſtro.

Sed quod pertinet ad dictum Cagnoli, non uideo ego quo iure dictum illud probetur. Forte poſſet adduci text. de quo tamen Cagnol. ne qui-

3 dem verbum, text. inquam † in l. nam ſalutem in §. effracturæ ff. de off. præfect. vigil. Effracturæ, inquit tex. fiũt plerunq; in inſulis; in horreiſque vbi homines preciosiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt: dum, vel cella effringitur, vel armarium, uel arca; & cuſtodes plerunque puniuntur, & Diuus Antoninus, Erycio Claro reſcripſit. Hæc tex. Sed nõ video, quid probet tex. ille in propoſito, nec enim ibi agitur de cuſtodib. publicis ciuitatibus, ſed de cuſtodibus priuatis, & domeſticis. Sequitur. n. text. Ait enim poſſe eum horreis effractis quæſtionem habere de ſeruis cuſtodibus.

Non ideo tamen recedamus a dicto Cagnoli, nullo prohibente iure, nulla vè ſuadente ratione. Quid ſit experiar ego Cagnoli dictum iure probari? Atq. iterũ pondero tex. in d. l. nam ſalutem §. air, n. ff. de off. præfec. uig. Ait enim Diuus Antoninus poſſe eum horreis effractis quæſtionem habere de ſeruis cuſtodibus, licet in illis ipſius Imperatoris portio eſ-

4 ſet. Pondero uirtutem dictionis, † Licet, quæ cum idem importet, ꝙ Etiam ſi, im-

5 plicat profecto caſum † dubitatiorem, ut tradit Nauarr. in comment. de uſur. gloſ. 15. nu. 97. Vulpellus in tract. de Pręposit. Aduer. & coniunct. in uerbo Etiã, paullò ante num. 2. uerſ. Et quod implicet. Quamuis dubium uideatur ad quidnam referantur uerba illa licet in illis ipſius Imperatoris portio eēt, an ad horrea effracta, an uero ad ſeruos cuſtodes, de quibus quæſtio habenda eſt, quia tamen debet referri ad caſum magis dubitabilem, ut diximus, nõ referetur profecto ad horrea effracta, quia ſi horrea effracta fuiſſent Imperatoris, minus du-

bitabile

Digitized by Google

bitabile erat; pro iis effractis torqueri
poſſe cuſtodes, ſi pro priuatis effractis
horreis, quæſtionibus ſubijci poterant.
Referuntur ergo ad ſeros, ita vt hic ſit
ſenſus, pro horreis effractis quæſtionẽ
habendam a Præfecto uigilum de ſer-
uis cuſtodibus, licet in ipſis ſeruis Im-
peratoris portio eſſet. Niſi inſtares ad-
huc portionem illam Imperatoris in
cuſtodibus adeſſe iure potius priuati,
quam ex Imperatoria maieſtate, & pu-
blico munere.

Retenta igitur deciſione Cagnoli, de
qua ẽt Farin. de ind. q. 37. nu. 157. uerſ. Et
idẽ uideo quempiã mirari, ꝙ in cap. de
6 Campario dixerimus nos † Campariũ
nõ teneri de nocturno damno, hic uero
contrarium audemus dicentes cum Ca-
gnolo, quod cuſtos ciuitatis teneatur
7 de nocturnis furtis, ſed † deſinet, ſi ocu-
lis ſubijciat in agris ampliorem pro dã-
no dando campum, laxiores ad aufugiẽ-
dũ habenas; in urbe uero res certis ter-
minatur cancellis, ſtrictioribus conclu-
ditur terminis.

Bene præterea ſubiungit Cagnolus,
dummodo ciues teneant oſtia clauſa, &
diligentiam debitam rebus ſuis adhi-
beant, quod & uoluit Cępol. conſ. crim.
18. Statuum eſt Vincentiæ, nu. 22. uerſ.
8 Quòd ſi illi, quia ſi † oſtium quis de me-
dia nocte apertum dimiſerit, is in lata
culpa eſſe dicitur, Bald. in l. ſolam, num.
13. uerſ. Item, ſi uolo C. de Teſtibus, Are
tin. in §. ſed iſtæ, num. 11. verſ. Quarto, ſi
diligentiam, ibid. Iaſ. nu. 47. uerſ. Et tũc
culpa dicitur, Inſtit. de action. D. meus
Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præ-
ſumpt. 61. Egregia eſt diſputatio, num.
38. uerſ. Idem eſt, quando, & nu. 39. uerſ.
Ita quoq; Cur. iun. conſ. 256. num. 12. Sa
lyc. in l. cum duobus §. damna, in fin. ff.
p ſocio, Grat. cõſ. 94. Viſis facti ſpecie, n.
40. verſ. Tertio facit, lib. 2.

Aliud de cuſtode ciuitatis, uel oppi-
di mœnibus ſepti, obſeruandum eſt, ut
ſtante ſtatuto communitates ad emẽda-
tionem damni dati obligante, niſi male
factorem conſignauerint, uel aliter dam
num cohibuerint, uniuerſitates abſolue-
9 tur, ſi nocturno tempore † claues ſint
apud cuſtodem, ſeu rectorem ciuitatis,
vel oppidi, Auguſ. de Arimin. ad Angel.
de Maleſ. in uerbo Qui iudex dictũ Ca
ium, poſt num. 12. Clar. lib. 5. recept. ſen.
§. fin. quæſt. 29. Sæpe numero contingit,
num. 6. verſ. Et conuerſo etiam, Carpan.
ad ſtatuta Mediolani, cap. 375. ſi de cæ-
tero, nume. 92. uerſ. Statutum ſi impone
ret, par. 2. Bart. in l. 3. §. ſubuenitur. ff. ad
* Syllan. & de * communi Clar. loco cit.

Tandẽ de Cuſtodia ciuitatis noctur
na ſcripſit Gandin. in tit. de Furibus, &
latronibus, num. 18. verſ. Et eadem quæ
ſtio, ubi poſt multa cõcludit, quod is, q
tenebatur ſub capitis pœna ad cuſtodiã
ciuitatis nocturnam accedere, interpel-
latꝰ a Capitaneo recuſauit, alter illi fuit
10 ſubrogatus, cum autem † pænituiſſet, ea-
dem nocte ciuitatem cuſtodiuit, conclu
dit Gandinus loco cit. quod ob pæniten
tiam, non pœna capitis ordinaria, ſed le
uiori extraordinaria fuit puniendus; qđ
11 verum intelligo † ego, ſi pœnituit re in-
tegra, prius, quam data eſſet ea noctis
hora, qua ipſi cuſtodienda erat ciuitas,
ſecus ſi re non integra, poſt ſcilicet datã
horã, quia quod in ſe fuit, aliqua noctis
particula ciuitas fuit, ſine cuſtodia, ideo
forte hoc ſecundo caſu erit adhuc ordi-
naria capitis pœna puniendus.

DE CVSTODIA
Animalium. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtos animalium non tenetur de incurſu latronum, ſi non adfuit culpa cuſtodis.*
2 *Cuſtos animalium ſi deficiat grex præſumitur in culpa ratione priuati officij.*
Et culpa præſumitur, donec contrarium probetur, num. 3.
Sed gloſſ. & alij, uolunt culpam nõ præſumi donec probetur, num. 4.
Quod potius eſt, ſi etiam alijs dicantur ſubtracta animalia, num. 5.
6 *Cuſtos animalium relinquens bouem alienũ in paſcuis nocturno tempore eſt in culpa.*
Niſi ita ſe habeat communis conſuetudo, nu. 7.

8 *Cuſtos animalium, alienum bouē nocturno tempore in paſcuis dimittens, eſt in culpa, etiam eiuſmodi adeſſet conſuetudo, ubi tamen noua ſuperuenit cauſſa.*

9 *Cuſtos animalium, an teneatur de animalibus nocturno tempore combuſtis.*

ARGVMENTVM.

¶ Animaduerſiones de Cuſtode animalium binæ ratione nocturni temporis.

CVSTODEM nō teneri ad reſtitutionem animalium, nec ad eorundem precium Domino perſoluendum, ſi ani-
1 malia a † latronibus ſubrepta ſint ſine culpa cuſtodis, tradit Bal. in l. ſi quis fundum. §. ſi colonus, num. p. verſ. Nota caprariū ff. locati, tex. in ead. l. ſi quis domū §. Imperator Antoninus ff. eo. faciunt dicta Bartol. in l. quod ad præſens in princ. C. de Muriregulis, lib. 11. tex. in l. ſi gratuitam §. ſi cum mihi ueſtimenta ff. de præſcript. uerb. Et omnia iura inferius alleganda.

Tota eſt difficultas, an præſumatur in dubio cuſtodis culpa, an uis maior, hoſtium, latronum incurſus, luporum rabies, aliuſue quiſpiam fortuitus caſus; & Bald. in d. l. ſi quis fundū. §. ſi colonus, num. 1. ff. locati dixit. & bene, quod cul-
2 pa præſumitur ratione † priuati officii, donec caſus ꝓbetur, quod, & uoluit Maſcard. de probat. concluſ. 470. Cuſtos, q. ratione, in prin. Bald. in l. cum ita legatur §. ſpecies nominatim ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi paſcenda, nu. 3. C. de pact. Purpurat. in l. quod te, nu. 5. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 157. In cauſſa, & lite, nu. 2. uerſ. Ex alio capite, uol. 2. Alber. 2. par. ſtatut. quæſt. 158. in fin Felin. in cap. accepim9, in fin. de fide inſtrumentorum, Iaſ. in l. ſi ſocius, in prin. ff. ſi cert. pet. Corn. conſ. 28. In hac conſultatione, numer. 3. uerſ. Prædictis tamen, uol. 3. late iterum Maſcardus de probat. concluſ. 264. Caprarium debere, ꝓ tot. citat Bal. ad hoc tex. in l. ſi quis ex argētarijs §. fin. ff. de eden. vbi argentario non fit editio rationum ſuarum, niſi probet, quod rationes, quæ apud ipſum remanſerunt, caſu fortuito ꝑdiderit. Sed certè ille tex. non probat, maxime. n. intereſt inter animalia, quæ etiā coram cuſtode vagātur, hinc illuc trāſmeant, tollutim inde rurſus effugiūt alio; rationes uero, & alia, quæ non mouentur, cuſtodiuntur domi, nec ſine hominis facto amouentur, atq. ita euitari poteſt etiam difficultas tex. in l. cum ita legatur, in meo eſt l. omnia, §. ſpecies nominatim ff. de leg. 2. glo. in §. fin. i uerb. Dictum eſt, ibi, Item per interitum ſpeciei ff. quib. mo. toll. oblig. text. in l. ſi ex legati ff. de uerb. oblig. in l. ſi creditor C. de pignor. act. gloſſ. in l. publicati C. de teſtam. in uerbo Qui probatur.

Eſt ergo tex. clarus in l. ſi quis domū §. Imperator Antoninus ff. locati. Imperator Antoninus cum patre ſuo, cū grex eſſet abactus, quem quis conduxerat, ita
3 reſcripſit: Si captas latrones † citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, iudicio locati caſum pręſtare non cogeris. Nec poſſum ſuſtinere gloſſ. ibi in uerbo Probari poteſt, & gloſ. in l. ſi creditor, in uerbo Se perdidiſſe C. de pignora. actione,
4 dum dicūt ſatis probari † abeſſe culpā, ſi non probetur adfuiſſe culpa, illud eſt. n. profecto omni uiolentia literam uiolare, atq; album pro nigro dicere, & interpretari.

Sed quæſo demus bene dicere gloſſas has, quæ adhuc melius loquerentur, ſi
5 ſua † pluribus animalia a latronibus ſubtracta fuiſſent, quia ſatis alterius caſum fortuitum comprobarent, ut tradit Bart. in l. quod ad præſens, in prin. uerſ. Iuxta hanc legem quæro C. de muriregulis.

Adhuc tamen reſpectu nocturni temporis omnis cuſtodi culpa adſcriberet,
6 quī. n. † nocturno tempore bouem alienum in paſcuis reliquit, ſi illum, aut fures eripiant, aut dilacerent lupi, ipſe te-
7 netur cuſtos, niſi forte cæteri † quoq. communiter, boniſq. dominus potiſſimum propria animalia i paſcuis nocturno etiam tempore dimittere conſueuerint,

nio,

Digitized by Google

rint,gloſ.in l.ſi nego cia in uerbo.Sit ſoli tus ff.de mag.geſt.ibid.Bart.num.1.uerſi. Vltimo gl.Spec.in tit. de Locato §.Poſtquam,nume.12.uerſ.Quid ſi locaui tibi boues meas,Bal.in l.nemo deinceps,nu.7.uerſi.Doctores inducunt C. de Epiſc. aud.quos ita intelligit Firman. in uerbo Famulus,nu.20.Corn. & ipſe loquẽs de nocturno tempore in conſ.28.nu.2.uerſ. Et licet non teneretur,iuncto,nu.8.uerſ. Iſta autem culpa,& nu.9.uerſ. Præterea hanc quæſtionem,uol.3.

Niſi tamen ex noua ſuperueniẽte cauſſa,noua etiam eſſet adhibenda cuſtodia,
8 quid ſit† præter morem,aut infeſti aggrederentur latrones,inſequientesq; lupi naſcerentur ꝯteneretur.n.de mala cuſtodia qui aliorum animalia eo tempore in paſcuis dimitteret, etiam ſi aliter ſe olim conſuetudo habuiſſet,Bal.in l.nemo deinceps,in fin.uerſ.illud eſt uerum C. de Epiſc.aud.

Aliud de cuſtodie animalium in ordine ad nocturnum tempus obſeruare eſt ex Corneo cõſ.242.Conſuluit Dominus per totum,uolu.1.ubi conſuluit cuſtodẽ animalium non teneri erga Dominũ de
9 animalibus nocturno tempore† combuſtis; Sed, quia illud eſt potius ex accidente plurium capánarum,quam ex natura actus,ideo non examino, ſed Corneum vide.

DE CVSTODIA Quantitatis, uel ſpeciei. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtos torqueri poteſt,ſi furtum ſit commiſſum.*
Etiam,ſi nulla præcedant indicia,n.2.
3 *Cuſtos rei furto ſubtracta poteſt torqueri ex ſola iuris præſumptione.*
4 *Cuſtos probata famæ,uxor,& cæt. an poſſint torqueri.*
5 *Cuſtos reſpectu furti torquetur,ſi uериſimiliter nouit furem ex Caſonio,& alijs.*
Diſtinguit Author,nu 6.

ARGVMENTVM.

¶ Cuſtos quantitatis, dum ob iuris præſumptionem pro furto nocturno quæſtionibus ſubiici poteſt, atque in ea re aliquid obſeruat Caſonius, & alii, eandem obſeruationem temperat author.

1 CVSTOS etiam pecuniæ uel alterius cuiuſpiam rei,ſi res,uel pecunia nocturno tempore † ſubtrahatur, poterit ipſe cuſtos torqueri ad furem indicandum,Bar.in l. 1.in princ.nu.2.uerſ.Item nota, quando de Nocte ff.de off.præf.uig.Maſcard. de probat.concluſ.829. Agentem ad rem, num.11.uerſic.Sique contingerit, Grat. conſi.94.Viſis facti ſpecie,num.29.uerſ. Circa ſecundum,& conſi.95.nu.1 uol. 2.Caſtren.in l.eum,qui rem §. ſi ter, nu. 5.ff. commod. Franciſc. Marcus deciſ. 764.Quæritur,quia,num.4.uerſi. Et per hoc facit,par.2.Idem deciſ.765.Quæritur,ſi iſti ſyndici,nume.3. eadem par.2. Paris de Put. in tract. de ſynd in uerbo Tortura,el.2.cap.3.Licet alias,nume.1. Franc.Viuius deciſ.247.Confeſſio, ac aſſertio,num.5.uerſi.In tantum,lib.2. Cæpol.conſ.crimin. 18. Statutum eſt Vincentię,num.24.uerſ.Quod quando no-
2 cte,etiam ſi † nulla præcedant indicia, quia eſt præſumptio contra cuſtodem, Cæpol.loco cit.poſt Ange.Aretin. ibi allegat.in tract.de Maleſ.in gloſſ.in verbo Veſtem cœleſt.in 7.colum.in prin.ſuffi-
3 cit enim† iuris præſumptio ad cuſtodem torquẽdum reſpectu commiſſi furti, ita poſt plures,quos,& piget,& pudet referre,Farinac.de Indiciis,& tortura, quæſt. 37.num.156.uerſ.limita tertiò,Laur.Syluan.conſ.29.Fui interrogatus,numer.4. uerſ.Interdum quis conuenitur,Sarayn. ad Mattheſ.ſing.55.Nota, quod quotiescumq; uerſ.Limitantur etiam prædicta. Quod an procedat etiam in iis cuſtodi-

 bus,

4 bus,qui ſunt † probatæ famæ,in vxore,in
concubina,vide quæ ſcripſimus in cap.
de tortura,in fine.

Hæc autẽ uera intelligit Farin.in titu.
de Indiciis,& tortura quæſt.37.nu.156.
verſ.Limita tertiò,ad fin. poſt Saray. ad
Mattheſ.ſing.55.Nota,quod quotieſcun
que verſ.Limitantur etiam prædicta,Ca
ſon.poſt tracta.de Indiciis, nu.6.in prin.
Maſc.concluſ.469.nu.2.829.nu.11. 1285.
nu.12.tex.in l.3.§.cognouit præfectus.ff.
5 de off.præfect.vigil.dummodo cuſtos †
verißimiliter potuerit habere notitiã de
6 fure,aliter ſecus. Quod verum † ego intel
ligo,ſi ſit furtum cũ fractura,ſecus ſi ſine
oſtii fractura, q̃a ipſemet cuſtos torque-
ri poteſt tanquam ipſe ſuſpectus de fur-
to,per ea,quæ in his terminis ſcribit Bar.
Bertaz.conſ.crim.160.Duplex oritur,nu.
11.uerſ.Secũdò dubium etiam,li.1.Ang.
in l.1.C.locat.Caſtr.in l. Dominus hor-
reorum,in fin.prin.ff.eo.

DE NAVTA, Caupone, Stabulario. Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Valiſia nauta,cauponi uel ſtabulario conſi-
gnata,ſi deperdatur,nautam,&c.obligat.*
Etiã ſi res ſingulæ non fuerint conſignatæ,ib.
Seruatis ſeruandis,num.2.
3 *Caupo,&*
*Nauta,vbi conuenitur ex proprio delicto, da-
tur iuramentum hoſpiti reſpectu amiſſorũ.*
*Si uero ex delicto familiæ probandum erit ua-
liſia,nu.4.*
5 *Familiares torqueri poſſunt pro furto facto in
caupona.*
*Maximè ſi furtum ſit factũ peregrino noctur
no tempore,nu.6.*
7 *Familiares potius,quam alij præſumũtur fur
tum commiſiſſe.*
Præcipuè nocturno tempore,& quare, nu.8.
Illudq́; ſine alijs indicijs,nu.9.
*Siue ſint familiares probi ſiue improbi.ſaltẽ,
vbi agitur de furto nocturno,nu.10.*
11 *Familiares probi nõ torquẽtur reſpectu furti.*
Etiam,ſi ſint familiares hoſpitis,nu.12.
*Contrarium ſentit Author,ſaltem nocturno
tempore,nu.13.*
14 *Familiares indiſtinctè torqueri poſſunt, ubi
nulla reperitur oſtij fractura.*
15 *Familiares hoſpitis,quando pro furto noctur
no torqueantur,diſtinctio Farinacij.*
16 *Familiares cauponis ſunt iuris præſumptione
improbi & rapaces.*
17 *Caupona olim aleatorũ,& perditorũ locus.*
18 *Mulier in caupona miniſtrans præſumebatur
olim meretrix.*
19 *Cauponam frequentare,erat olim turpe, &
infame.*
Viatores excipit Author,nu.20.
21 *Nauta,recta nauigatione contempta, ſentit
ipſe omne naufragij damnum.*
*Niſi iuſta ſubſit cauſſa,ſcilicet reficiendæ na
uis,&c nu.22.*
*Vel nocturno tempore aliqui cum lumine ex-
piſcentur nu.23.*
24 *Cauponã etiã inuitus hoſpitem recipere tenet.*
Mercede tamen intercedente,num. 25.
26 *Nauta etiam inuitus tenetur nauigaturos
recipere.*
27 *Caupo,&*
*Nauta tenentur ex natura officij etiam occi-
ſores excipere ex Ripa.*
Declarat Author,nu 28.
29 *Caupo non tenetur hoſpites excipere noctur-
no tempore.*
Niſi ſit nox tempeſtiua,nu 30.
31 *Statutum Papiæ,ne oſtiũ cauponæ nocturno
tempore ad certum tempus claudatur.*
32 *Caupo tenetur hoſpites excipere tota nocte, ſi
ad cauponas cum officialibus accedunt.*
33 *Statutum Papiæ,ut nocturno tempore taber-
narij oſtium officialibus adaperiant.*
34 *Nauta non tenetur de ijs,quæ,uel ceciderint,
uel de naui nocturno tẽpore fuerint deiecta.*
35 *Nauta nocturnis leges a Rhodijs indicta.*

ARGVMENTVM.

¶ Nautas, Caupones, Stabularios, eorumque familiares, de nocturno furto quæſtionibus ſubiiciendos indiſtinctè, aduerſus plures. An iidem, omnes excipere teneantur, etiam occiſores, Ri-

pæ

pæ dictum declaratum. quid, ſi noctu perueniant peregrini. quid, ſi eodem nocturno tempore ceciderit aliquid, deiectûve fuerit de naui. Nautis tandem pernoctantibus indictæ leges à Rhodiis.

NAVTÆ, cauponi, ſtabulario, fardellum, valiſia, quam aiunt, ſarcinula quæpiam conſignata, ſi ea deperdatur, an teneatur nauta, caupo, ſtabularius reſpectiuè, res non habet
1 difficultatem, quod licet non † ſigillatim res in valiſiæ poſitę, fuerint hoſpiti conſignatæ, ſi tamen ipſa ualiſia obſigata depoſita fuerit apud hoſpitem
2 iis † obſeruatis, quæ recenſentur apud inferius allegandos, tenebitur omnino hoſpes caupo, erga hoſpitem, peregrinum, ita Barto. in l. vn. §. ſerui, numer. 5. verſ. Secundò quæro ff. furti aduerſ. naut. Port. in §. Præterea, nume. 14. verſic. Nobilis intrat hoſpitium, Inſt. quibus mo. re contrah. obl. D. meus Pręſ. Meno. libr. 2. de arbitr. iud. caſu 208. Diximus ſuperiore caſu, per totum, & de communi, num. 38. verſic. Declaratur 2. de quo vide etiam late Bertaz. conſ. crimin. 68. In cauſſa Chriſtophori, & conſ. 160. Duplex oritur, vol. 1. eundem conſ. 377. Satis probata, par. 2. & ita iudicatum fuiſſe teſtatur Claud. Bertazz. ad d. conſ. 160. in verbo Omittendo multa, adde Anchar. Iun. quæſt. 61. per totum, libr. 1. Rim. iun. conſ. 391. Clar. in §. furtum, ver. Pro complemento, D. Præſ. Ludou. Morot. conſ. 73. In ſtabulo Iacobini, per totum, Bonif. de Vitell. ſub rubr. de Furt. aduerſ. naut. per totam, Angel. in l. in eos, qui §. ſerui vero numer. 2. ff. furti aduerſ. Naut. Petr. Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 29. cap. 9. Iuſtinianus num. 9. verſ. In forma exercitoriæ, Io. de Anan. conſ. 2. Circa primum, an hoſpes, nu. 1. & conſ. 71. Viſis, & diligenter, nu. 3. ver. Sunt enim certæ perſonę, D. Pręſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 27. Magna adeo, num. 20. verſ. Et ex prædictis, Roman. conſ. 7. Viſis, num. 8. uerſ. Quarto argumento.

Difficultas eſt, an ſtetur iuramēto dānum paſſi reſpectu quantitatis, & equidem, ſi conſtaret ipſum cauponem, nautam, &c. id feciſſe, quia conuenirent ex
3 proprio delicto, eſſet locus † iuramento in litem, prout ita intelligo Bertaz. cōſ. crim. 377. Satis probata, num. 4. uerſ. Poſtremo, tanto magis, eundem conſ. 160. Duplex oritur, nu. 12. uerſ. Et ſtante dolo, par. 1. maxime, ſi hoſpes hoſpitatus fuiſſet bonæ famę, & hoſpes hoſpitatus malæ conditionis, Farina. in tit. de Indiciis, & tort. quæſt. 37. nu. 160. uerſ. Sublimita hāc tertiam: Secus ſi ſimus in dubio, quis damnum intulerit, furtūve fecerit, an caupo, an illius familia, quoniā
4 ubi conuenitur ex facto † familię, atque ideo ex facto alieno, & non ex proprio maleficio, ſed ex quaſi maleficio, probari rectè debet, quid ſit in ualiſia, non autem per iuramentum peregrini, l. 1. §. ſi ciſta ff. depoſiti. & ibi not. ut etiam animaduertit in propoſito Bart. in l. unica §. ſerui, nu. 5. uerſ. Nam d. lex ff. furti aduerſ. nautas, &c. Et alii doctores ſuperius allegati, ita etiam Crauet. cōſ. 196. Et ſic abūde, nu. 8. uerſ. Non omitto in hac materia, Bart. iterum in l. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. idem in l. 1. ff. arborum furtim cæſarum, & hoc eſſe regulare ſcripſit Corn. conſ. 123. Viſo proceſſu, nu. 3. uerſ. Primo, quia eorum intentio, uol. 1. Hippo. Marſilius ſing. 338. Extant ſtatuta, Dec. conſ. 83. In cauſſa accuſationis, nu. 3. uerſ. Secundo ex alio, de communi idem Dec. conſ. 410. In cauſa mota, nu. 13. uerſ. Quarto principaliter, Benitend. deciſ. 16. Iudicatum fuit, nume. 5. uerſ. Non obſtat ſtatutum, plures alios allegauimus in c. de Iuram. in lit. à num. 11.

Quo caſu animaduertit, & Bart. & Paris de Put. loco modo cit. datum eſſe cōſilium à lege iudicem nēpe habere po-
5 teſtatem quęſtionibus ſubiiciendi † familiares domus, & id quidē ſummatim per tex. in l. quoties, & in l. de ſubmerſis

C. de

* C.de naufr. & ita dicit ſe de facto * obſeruaſſe, cum illis Piſis occurriſſet de facto, quod uoluit Ang.de Male.in uerbo Quod fama publica, nume. 10.uerſ. Vndecimo quęro, & diximus in cap. de Cuſtodia quantitatis.

Quæ omnia maxime procedunt, ubi furtum nocturno fiat tempore, tunc.n.
6 potiſſimum poſſunt torqueri hoſpitis † familiares, Bart.in l.1.in princ. num. 2. uerſ. Item not.quando de nocte, ff.de of. præfect.uig. dum ſe remittit ad tradita per ſeipſum in d.l.un.in fi.ff.furti aduerſus nautas, &c. Duplex.n.inſurgit aduerſus familiares iuris præſũptio, illa priori loco, quod furtum præſumitur potius
7 commiſſum a † familiaribus, quam ab extraneis, glo.de exhibit.reorũ in prin. de qua Paris de Put.de ſyn.in uerb. Tortura, el 2.cap.3. Licet alias, num.3. Am-
8 plius, quia † nocturno tempore non patent adeo ædes egredientibus, & ingredientibus, ideo facilius cuſtodes tortu-
9 ræ ſubiiciantur, illudq; ſine † aliis indiciis, ut poſt Boſſ.in tit.furti aduerſus nautas.num.3. Maſcard. de probat. concluſ. 830.nu.15.cum duabus concluſionibus
* ſeqq.& alios ibi allegatos, nõ ſolũ * communem dixit Farin.in tit.de Indiciis, & Tortura, quæſt.37.num.158.uerſ. Et idẽ
* etiam, ſed etiam * ueriſſimam profeſſus eſt opinionem.

Neque ego hoc caſu, nocturno ſaltẽ
10 tempore, illud admitterem † temperamentum, ut id intelligatur, ſi familiares cauponis ſint malæ famæ, de quo in
11 terminis † generalibus familiaritatis Put.loco cit.nume.2.uerſ. Quod eſt uerum, per Bald.in l.1.in princ. & fin. C. locati, & Bart.in l.fin.ff.de quæſt.& in
12 his terminis familiarium † hoſpitis ſcribit Augu. Ariminn.ad Angel. de Maleſ. in uerbo. Quod fama publica, num.107. uerſ. Ego autem Maſcard.de probat.con cluſ.1230. Præſumptio una, num.3.uer. Quod licet.

13 Quoniam noſtro caſu ſumus in † uilibus cauponum familiaribus, qui facilius torturæ ſubijciuntur, Puteus loco cit.in fin. principii, maximè, ubi nulla
14 reperitur oſtii fractura, tunc enim aliqua domeſticorum arte factum fuiſſe furtum, dominumque domus in dolo præſumi uoluit Angel.in l. 1. C.locati Caſtrenſ. in l.dominus, horreorum, in fin.princ.ff.eo. Bart. Bertazz. conſ. 160. Duplex oritur, nume.11.uerſ. Secundo dubium etiam, lib. 1. ubi plura ad materiam, & dicuntur, & addicuntur, pro ut etiam in cõſ.68.in cauſſa Chriſtophori, eod.lib.1.

Atq; hoc ultimo caſu, quãdo ſcilicet nulla reperitur oſtii fractura, nec etiam acciperem ego diſtinctionem Farin. de Indiciis, & tortura, quæſt.37.num.160.
15 uerſ. Sublimita hãc tertiã, dum † diſtinguit, quod, aut certum eſt hoſpitẽ, & familiares eſſe probos, nec ſine alijs indiciis poteſt ad torturam ob rem ſublatã deueniri aut ſumus in dubio, & tunc ꝓcedit opinio illa, quod tãquam uiles ꝑſonæ tabernarii, eorumq; familiares, ho
16 mineſq; ex iuris præſumptione † rapaces, improbatę uitæ, conditionis, & famæ, abſq; aliis indiciis poſſint torqueri, dico.n.quod etiam ſi ſint probatæ uitę, ſi tamẽ nulla reperitur oſtii fractura nocturno tempore, torqueri poſſunt in diſtinctè familiares per ſupradicta. Sed quod dixit Farina.quod in dubio uiles, & praui præſumũtur tabernarii, atq.eorum familiares, id optimo iure dixit, po
17 ſtea quã fuit olim † caupona aleatorum locus, & perditorum, Tholoſ.in ſyntag. iur.uniuerſ.par.3.lib.39.cap.7. Otii, nu. 3.uerſ. Caius quoq. pro poſtribulis habita, ibi.n.8.uerſ. Vt nõ: ita, ut miniſtrãs
18 mulier † meretrix præſumeretur, idem par.2.lib.10.cap.2. A coniunctione, nu. 8.uerſ. Quarto, ea, & d.lib.39.cap.7. nu. 3.uerſ. Aelianus; qua de re antiquis in
19 caupona edere, aut bibere erat † infame nõ ſolum turpe, unde quidam prãſus in caupona, prohibitus fuit in Areopagum accedere, ut ex Athæno teſtatur Tholo. ſyntag.par.3. lib. 39.cap. 7. Otii pemi-
20 ocioſi, in fi.quod uerum nõ arbitror in † uiatoribus.

Aliud de Nauto ſcripſit Corn.conſ. 273. Viſis proceſſu, & ſtatuto, per totũ, uol.1. Boer.deciſ.178. Et primo, nu.32. Crauet.conſ.115. Nobilis Gulielmus, num.

num.5.& alii,de quibus Benuenu. Strac
cha in tract.de Nautis, par.3.nu.6.uerſ.
21 Culpę etiam nautę, ut ſcilicet,ſi †recta
nauigatione contēpta, littora deuia ſe-
ctetur nauta,quicquid inde ſibi mali cō
tigerit,aut rebus, id totum propriæ ad-
22 ſcribetur culpę,niſi iuſta ſubſit†cauſſa,
neceſſitas ſcilicet reficiendæ nauis,ven-
torū,ac tēpeſtatum vis,& impetus,pira
tarum metus,uectigal illicitū, uel etiā,
quod ad rem noſtrā attinet, ſi nocturno
23 tempore†expiſcentur aliqur cum lumi
ne,ſi enim ea de re exiſtimātes nautę ſe
ad portum properare, illam ex lumine
auſpicantes,in ſcopulos inciderint nau
fragi,non ideo nautis in culpam impu
tabitur, Straccha loco cit.nu.6.uerſ.Niſi
iuſta,& num.34.uerſ.Illud tamen decla
rationis.
Rurſum,de Caupone illud quoq; ob
24 ſeruandum eſt,quod is,etiam†inuitus,
hoſpitem aduenientem excipere cogi-
25 tur,mercede tamen † intercedente, D.
Præſ.Morot.conſ.73.In ſtabulo Iaco bi
ni,num.5.uer.Sed tamen iſtis,lib.1.tex.
in l.vn.§.ſerui,ibiq.Bar.num.3. uer.Nō
.n.quis cogitur ff.furti aduerſus nautas,
D.Philippus Maxim⁹ad l.p. C.de eden.
num.114.uer.Primum autem.Bar.iterū
in l.1.§.cura carnis,num.1.ff. de off.præ
fect.urb.Dec.in l.inuitus nemo,in prin.
num.5.uerſ.Et idem dicit.ff. de reg.iur.
Io.Ronchegallus inter conſ.crim.Zilet.
conſ.68.Pro ſolutione, num. 21.uerſ.Et
Bartolus loquitur,vol.2. Alciat.in l.pro
nunciatio,num.35.uerſ.Caupones ff.de
uerb.ſignif.Idem de pręſump.reg.3.prę
ſump.40.a nume. 5.uerſ.Tertio limita.
26 Idem in†nauta,q̄ cogitur recipere via
tores,ſcripſit Tholoſ.in ſyntag.par.3.li.
19.cap.9.Iuſtinianus, num.13.uerſ.Vbi
etiā nauta,etiam ſi occiſores ſint, tenet
27 eos ex natura † officii hoſpitari caupo,
aut nauta,Ripa.in tit.de Requir.reis,re
ſpōſ.2.eſt in longo ordine reſponſ.162.
Quoniam ſententia, nu.9.uerſ.Quia ex
28 natura officii,quod tamē intellige,cū†
grano ſalis,quod aiunt,ut nō id ſit, quia
teneatur recipere occiſores caupo, ſed
quia,ſi recipiat occiſores, non tenebi-
tur ex aliqua mandati, aut participa-
tionis coniectura in dubio,quia potius
illos cenſebitur hoſpes hoſpitatus ex
officio cauponę,quam ex ſceleris parti-
cipatione.
29 Nō tamē tenebit caupo nocturno †
tempore peregrinos excipere, ut obſer
uabimus in cap.de Allegationibus,niſi
30 fortè ſit Nox†intempeſtiua, quæ ex ciui-
tatum more ad ſonum ſquillę pſeuerat,
eo.n.caſu, quia tardius perueniāt hoſpi
tes, nō ideo reiiciēdi erūt, quimo omni
31 no excipiendi,& eſt laudabile†ſtatutū
Papiæ in criminalibus, ſub Rub.41.ne
vſq.ad campanæ ſignum tabernarum
oſtia claudantur.
Erit tn̄,meo iudicio,non negligenda
cautela, ſi cum officiali ad tabernam
hoſpes accedat, tunc enim quia ceſſat
32 ſuſpicio futurę iniurię,erit†hoſpiti ape
riendum quacunque noctis hora.Et Pa-
piæ eſt ſtatutum in crimin.ſub. rubr.42.
vt ad tertiam uocem officialis,taberna-
33 rii oſtium adaperiant, ſua ibi certa in-
dicta pœna.
Iterū Bonif.de Vitell.in rub. Si quid
ſit deiectum de domo alterius, num.88.
uerſ.Et idem dico,ſcripſit,quod,ſi diur
no tempore,quid de naui,uel ceciderit,
vel deiectum fuerit,quod prępoſitus na
35 uis teneatur,ſecus ſi de†nocte hæc con
tigerint,per iura ibi allegata.
35 Tandem de†Nauta in ordine ad no-
cturnum tēpus,ex legibus Rhodijs frag
mentum eiuſmodi obſeruat Tholoſ.ſyn
tag.iuris uniuerſi, par.3.lib. 29. cap.11.
Tria ſunt genera,nu.3.uerſ.Alia.Si quo
nautorū,aut nauclero extra nauim dor-
miente nauigij iactura noctu,aut inter-
diu acciderit, omne damnum nautæ,
atq; nauclerus extra nauim dormientes
præſtanto. Qui uero in nauigio manſe-
rint, indemnes ſunto. Qui autem ne-
gligentes,aut oſcitātes inuenti fuerint,
omne, quod per negligentiam illorum
damnum illatum eſt,magiſtro nauis pē
dunto.Et paullò ſuperius,num. 2. Si na-
uicularius in locum furtis obnoxium,
quod ſępe nocturno tempore cōtingit,
aut latronibus infeſtū applicuerit, niſi
loci uitium denunciauerit, furto facto,
nauclerus adſtringitur.

DE

DE CARCERIBVS, Et eorum fractura. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Carceres effringentes, qua puniantur pœna.*
2 *Franciſci Viuij cum Proſpero Farinacio pugna.*

ARGVMENTVM.

¶ Carcerum effractoris, nocturnarum ſæpius preſidio tenebrarum, ſupplicia remiſſiuè.

VERVM ſatis errauimus, perq; varias vagati ſumus cuſtodias. Reuocamur aliquando vel inuiti ad carceres denuò, in quibus, dum, vel mortis, alteriuſue ſupplicij formidine, vitæ timentes, vel certè ex loci ipſius faſtidio, dum ex ipſis carceribus egredi conamur, ipſos, aliter deſperantes, ſępius ſub nocturni temporis tutela offendimus carcerũ muros, effringimus, ſternimus. Huius rei licet magnum ſit negociũ apud omnes interpretes, nullus eſt tamen, qui rem ipſam, aut profundius, aut profuſius, aut elegãtius declaret Proſpero Farinacio †.
1 Vide eum. Is eſt in tit. De Carceribus, & Carceratis, per plures quæſtiones, præſertim in q. 27. Carcerẽ eſſe malam manſionẽ, à nu. 12. uerſ. Amplia 2. & q. 30. Carcerum effractores, per totã. Decreueram ego, honoris gratia, nullum præterea alium recenſere, ſed mihi perſuadeo illius exiſtimationem non imminutam, ſed potius auctam iri, ſi adiecero Farinacij ipſius memorẽ Franciſcum Viuium, deciſ. 519. Prætendit in præſentiarũ, num. 17. uerſ. Et licet idem Proſper Farinacius, lib. 3. Quanquam eo loco vi-
2 uius re uera nimiũ † ſeuerè cum Farinacio agit. Nos verò alacriores ad materiam Relaxationis tandem accedamus.

DE RELAXATIONE Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Relaxandus eſt ſub fideiuſſore, cui ſola imminet pœna pecuniaria.*
Etiam ſi adſit ſola veriſimilitudo imponendæ pœnæ pecuniariæ, num. 2.
3 *Relaxandus non eſt ſub fideiuſſore, qui confeſſus eſt crimen, etiam ſi veniat pro eo ſola pœna pecuniaria imponenda.*
Vel aliàs de carcere aufugerit &c. num. 4.
Quanquam hodie hæc omnia ſunt ad libitũ iudicantium, num. 5.
6 *Relaxandus non eſt ſub fideiuſſore, cui imminet pœna corporalis.*
7 *Fideiuſſor non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem.*
8 *Relaxãdus is nõ eſt ſub fideiuſſore, cui pœna corporalis in defectũ pecuniariæ impẽdeat.*
9 *Relaxandus vbi quis eſt ſub fideiuſſore. poteſt fideiuſſio præſtari nocturno tempore, & relaxandus erit reus.*
Si tamen periculum ſit in mora, num. 10.
11 *Fideiuſſor quando cenſeatur liberatus per nouationem.*
12 *Relaxandus ſi quis eſt ſub fideiuſſoribus, duplex eſt ad id formula.*
13 *Nouatio illud tantùm nouando tollit, quod incompatibile eſt.*
14 *Nouatio ea non tollit, quæ compatibilia ſunt.*
15 *Fideiuſſor non cenſetur liberatus, vbi per mutationem aliquam in reo principali, non deterioratur fideiuſſoris conditio.*
16 *Prorogatio temporis non liberat fideiuſſorem.*
17 *Licentia ſimplex de recedendo quomodo differat à licentia de recedendo ad tempus.*
18 *Relaxatus ſub fideiuſſione de nõ recedendo, ſi illius cõditio authore iudice mutetur, quãdo ea de re cenſeatur fideiuſſor liberatus.*
Noua Authoris conſideratio, num. 19.
20 *Nouatio non oritur ex actu nullo.*
21 *Captus cum armis de nocte, ſi fideiubeat, eſt ſtatim relaxandus.*
Contrarium ſuadetur, num. 22.
Diſtinguit Author, num. 23.

ARGVMENTVM.

¶ Vbi de ſola agitur mulcta, an carceri mancipatus ſit fideiuſſori re-

ri relaxandus. Quid nocturnis horis. Nouatio mihi quando præſumatur ad fideiuſſoris abſolutionem.

CARCERATUM, cui immineat pœna pecuniaria ſimpliciter, licet
1 † relaxandum dixerit Ioan.de Anania in capit. Prælatorum, de accuſat. quem refert, & ſequitur Felin.ibid. nu. 10.uerſ.Item tangit hic,etiam ſi ſola ad
2 ſit † uerisimilitudo imponendæ pœnæ pecuniariæ,Bertazz.conſ.crim.12.Scripſi præteritis,nu. 1. uerſ. Imo quando, uol.1.Grill.in tract.de relaxat. carcerati in tit.de fideiuſſ. reorum, num. 5. Boſſ. in tit.de Carcerar. fideiuſſ. committendo, num.1.& 2. D. meus Præſ.Menoch. de arbitr.Iud.lib. 2. caſu 303. num. 3.
* de *communi poſt ſexcentos ibi allegat.Farin. de carceribus, & carceratis, quæſt. 33. Regula prima,in prin.modo
3 iam † non fuerit confeſſus crimen, pro quo uenit pœna pecuniaria imponenda,quoniam tunc non eſt fideiuſſoribus dimittendus,ſed confeſtim condemnandus, & retinendus, Bald.in l. 2. num. 3. uerſ.Aut uenit imponenda pęna pecuniaria C.de exhib.reis, per textum in l. ſi confeſſus ff.de cuſtod.reorum, & tex. in l.ſi quis in eo ff.de cuſtod.& exhibit.
4 reorum,uel aliàs de † carcere aufugerit, uel a principio recuſauerit fideiubere, uel in fragranti cum armis fuerit repertus;Caſon.in tit.de Captura,& Carcere cap.9.Regulariter, nu.11. uerſi.Primò, quando. Quanquam idem Caſon. ibidem in fin.dicit hodie prædicta om-
5 nia eſſe ad † libitum iudicantium. Vbi
6 tamen carcerato immineat pœna † corporalis,accuſatus,uel inquiſitus oblatis fideiuſſoribus relaxãdus non eſt, Felin. loco cit.gl.in cap.cum homo 23. quæſt.
7 5.quoniam† fideiuſſor nõ poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem, idem uoluit Bartol. in l.1. num.3.uerſ.Sed quid ſi uult dare ff.de cuſtod.& exhib.reorũ, Bald.in l.2.nu.3.verſ.Aut eſt pœna cor-
* poralis C.de exhib.reis, & de * communi teſtatur D.meus Præſ.Menoch.lib.2. de arbitr.Iud.caſu 303.Quoniam ſuperio ribus,num.15.uerſ.Secundus eſt caſus, licet ipſe num.21. poſt Suarez Hiſpanũ immo iudicis arbitrio fideiuſſori relaxandum hunc carceratum ſuſtineat. Sed nec fideiuſſori relaxari poteſt carce
8 ratus, cui pœna corporalis in † defectũ pecuniariæ impendeat,Bar.in dicta l. 1. nume.3.ff.de cuſtod.& exhib. reorum, Angel.in l.nullus nu.5. verſ. Vltimò eſt videndum C.de exhib. reis,& utrobiq; datur forma egrediendi carceris hoc caſu,Bar.iterũ in l.2.nu.3. ff. de publ. iud. Io.de Anania.cõſ.1.Arerin.in tract.Malef.in uerbo Q.d fama publica, Oſaſch. deciſ.18.num.3:Hartman. pract. obſeruat.lib.2.tit.50.de Accuſat. obſeruat. 2. colum. 2. qui poſteriores referuntur à Claud.Bertaz. ad conſ.patris ſui, conſi. 12.Scripſi præteritis, in litera A,uerſic. Niſi corporis afflictiua,uol.1.

Quidquid ſit, quando carceratus eſt fideiuſſoribus relaxandus,poſſe etiam fideiuſſores, ſeu idoneam aliam cautionẽ
9 † nocturno tempore præſtari,& relaxandum ideo carceratum à iudice,etiam nocturno tempore,uoluit Angel.in l.more num.8.uerſ.Nota diligenter ff. de ferijs, ibid.Bald.nu.3. uerſ. Secundus eſt actus ſatiſdationis, Alex.num.9. Quod intelligunt uerum Bald. & Alexan. locis cit.
10 ſi periculum ſit in † mora, alias non tenetur iudex nocturno tempore ſui copiam facere, nec etiam ad carcerati relaxationem.

Quo loco uidi ego aliquando dubita
11 ri in foro, an ſi quis † fideiuſſoribus relaxetur quidem, ſed illi propriæ ædes pro carcere aſſignentur,authoreq; iudice non uocatis iterum fideiuſſoribus ueniam impetrarit fideiuſſoribus relaxatus, de recedendo aliquo tempore ex proprijs ædibus ad ſua negocia, an ea de re cenſeatur facta nouatio, ita ut fideiuſſores amplius non teneantur.
12 Et obſeruaui priore loco † duplicẽ formulã in hiſce fideiuſſionib. quarũ prima erat,de nõ recedendo ſimpliciter,altera uero de nõ recedẽdo,& de cõſignã

do ad

do ad omnem officij requiſitionem. Dixiq; utroq; caſu nullam cenſeri factam nouationem, de poſteriore nulla erat apud me dubitatio, quia nouatio cum ſit ſtrictiſſimi iuris, illud tantum nouando
13 tollit, quod † incópatibile eſt, Bal. in l. fi. nu. 1. uerſ. Vt quando forte C. de nouat. Idem conſ. 318. Practica ciuitatis col. 2. uerſ. Reſpondeo, lib. 1. Dec. in l. pacta nouiſſima, col. 1. C. de pact. Idem conſi. 400. col. pen. uerſ. Quarto reſpondetur, conſ. 464. n. 4. & 564. nu. 15. Cagnol. Róchegal. & Crauet. de quibus D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. Poſtquam hactenus, num. 36. uerſ. Secunda eſt coniectura, compa
14 tibilia autem, nec per † nouationem ſe inuicem tollunt, D. Menoch. loco cit. Alex. conſ. 193. Perſpectis inſtrumentis nu. 3. uerſ. Quia quando duo, per tex. in l. ſi quis ante, uerſ. Idem Pomponius ff. de acq. poſſeſſ. l. fi. C. de Nouat. l. ſancimus C. de ſentent. Benintend. Deciſ. 16. Iudicatum fuit, Alex. iterum conſ. 122. Viſo puncto, nu. 2. uerſ. Per quem tex. uol. 4. Crauet. conſ. 422. D. Ptolomæus, nu. 4. alij legunt D. Bartholomeus. Non erat autem incompatibile, quod quis recederet per diem, uel plures dies, & deinde ſe conſignaret, tanto magis quia aſſignando domum propriam, a qua non recederet, deinde licentiam dando de recedendo per aliquot dies, non faciebat
15 † deteriorem conditionem fideiuſſoris cum in damnum fideiuſſoris potuiſſet etiam recedere ſine licentia iudicis ad libitum, late, & eleganter Bertazz. conſ. crim. 63. Proponitur in facto, per totú, uol. 1. Multo ergo magis ſi fuiſſet data ciuitas tota pro carcere, dicendum erit, quòd licentia data à Iudice de recedendo per certum temporis ſpacium non inducat nouationem

Sed nec priore caſu cẽſetur facta nouatio, quia prorogatio temporis non li-
16 berat † fideiuſſorem in debito quantitatis, ſecundum * communem, de qua Bertaz. loco cit. ergo nec eadem prorogatio liberat fideiuſſorem de non recedendo, Bertaz. dicto conſ. 63. nu. 6. uerſi. His accedat, Decian. cóſ. 72. Et licet. nu. 44. uerſ. Non obſtat, & nu. 48. uerſi. Non obſtat etiam, uol. 1. Conſtituo enim ego
17 differentiam maximam inter † licentiã ſimplicem de recedendo, quia tunc hoc caſu cenſeretur facta nouatio, quia non eſſet prorogatio, ſed remiſſio obligationis de non recedendo, ſed quando conceditur licentia de recedendo ad tempus, tunc quis dubitat eſſe prorogationem ſolam, & poſt illud tempus locum habere adhuc obligationem de non recedendo? arg. l. pecuniam ff. ſi cert. pet. l. ſi legatum pure ff. de adim. legat. l. aliquando, ff. de condit. & demonſtrat. Modo non grauetur fideiuſſor, quod non eſſet hoc caſu, Bertaz. loco cit. ubi Claud. filius ſub litera C. uerſ. De hac prorſtatione, optime diſtinguit, an relaxatus
18 ſub fideiuſſore de † non recedendo, ſit relaxatus ex ſtrictiore cuſtodia in laxiorem carcerem, tutum tamen & ipſum, & ſi Iudex reijciat carceratum ad proprias ædes, tanquam ad carceres, uerendum maxime eſſet, ne fideiuſſor liberaretur, qui fortaſſe non grauate fideiuſſit ſub ſpe adhuc tuti carceris, arg. l. 2. §. fi. ff. ſi quis caution. Caſtr. in rubr. ff. de eo, per quem factum erit, Thob. Non. conſ. 103. Plura ſunt, num. 11. uerſic. Accedit demum, lib. 1. Quia ſcilicet culpa curiæ, in eo ſtatu ſit, ut ſi non reus præſentari non poſſit. Vbi uero domus propria aſſignatur ꝑ carcere, ſi deinde fiat uel loci, uel temporis prorogatio, tunc non grauantur fideiuſſores, ideoq; nec liberantur, quia nulla adeſt culpa curiæ, cum etiam a principio fidem dederint fideiuſſores in eum ſtatum, in quo ſi nolebat, præſentari non poterat, cum facillime & a proprijs ædibus, & ab undequaque paretibus ciuitatis, & muris, & portis recedere, uel ad ſacras ædes confuge-
19 re. Cogita tamen de hoc † poſtremo, quia in prorogatione termini de ſoluendo, adhuc uerum eſt dicere, non ſoluit, quod etiam erat tempore dati fideiuſſoris, ideo ꝓprie nulla facta mutatio, nec per conſequens nouatio, ſed in licentia de recedendo, licet ad tempus, non eſt uerum dicere, non receſſit, & ſic fuit immutatus ſtatus, quo tempore data fuit fideiuſſio,

fideiuſſio, atq; ideo uidetur facta noua-
tio, quod pertinet ad hoc.

Atque hæc, ſi actus ſit aliquis; cæte-
20 rum ex actu nullo nulla † oritur noua-
tio, nec per poſteriorem primo deroga
tur, Alex.conſi.193. Perſpectis inſtru-
mentis, num.4.uerſ. Confirmo, quia, lib.
6.per textũ in l.ſi quis ante §.ſi quis con
tradixerit ff.de acq.poſſeſſ. l.ſi iure ff.de
leg.3.Purpurat.l.pacta nouiſſima, num.
14. C.de pact.D.meus Præſ.Menoch.de
præſumpt. lib.3. præſumpt. 134. Poſt-
quam hactenus, nu.45. uerſ. Declaratur
ſecundò. Suppoſito enim, quòd conſtet
legitimè de licentia, quid ſi ſit nulla, uel
defectu poteſtatis iudicis, uel uolunta-
tis, uel alijs ex cauſſis? Quid ſi non ſit
qualificata opportunis circumſtantijs?
Sed non eſt hic locus.

Aliud de Relaxatione nocturna ſcrip
ſimus in cap.De Captura, num.4. Quòd
21 ſcilicet captus de nocte cum † armis, uo
lens dare fideiuſſores de ſe repræſentan
do, eſt ſtatim ab officiali relaxandus, nõ
autem carceri mancipandus, ſub pęna
actionis paſſiuæ iniuriarum, Firman.in
uerbo Officialis non poteſt repertum
de nocte, & in uerbo Captus ſatiſdare
uolens, & alij ibi allegati.

Sed hoc uidetur ijs aduerſari, quæ di
ximus ſuperius nume.3. dum diximus,
quòd in fragranti cum armis repertus,
22 etiamſi de ſola agatur pęna † pecunia-
ria, non eſt relaxandus fideiuſſori ex Ca
ſon.in tit.de Captura, & Carcere, cap.9.
Regulariter, num.11.uerſ. Primò, quan-
23 do. Non eſt tamen contra, ſi † dicamus
Caſonium loqui, ubi quis non ſolum ca
ptus eſt cum armis, ſed etiam carcera-
tus, & ſic ius carceri quodam pacto ac-
quiſitum eſt, nec ſuadet æquitas, ut eua-
dat cum fideiuſſore, poſteaquam eſt in
carcere. Nos uerò, & hic in cap.de Ca-
ptura illud dicimus, quoties quis captus
eſt, non autem realiter carcere conclu-
ſus. Eo enim caſu, quia res adhuc uide-
tur integra, aliqua uidetur capto iniuria
inferri, quem nondum carceres affece-
runt, niſi eundem fideiuſſoribus remit-
tatur officialis.

DE BANNITO
Cap. LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus habens certum terminum ad comparendum, poteſt comparere uſque ad mediam noctem.*

2 *Præſentare ſe poteſt quilibet uſque ad mediã noctem, certa illi data dilatione.*

3 *Bannitus poteſt comparere ad mediam noctem, ſi laberetur terminus banni.*

4 *Officialis ubi periculum non eſt in mora, nõ tenetur ſui copiam facere de nocte.*

5 *Bannitus, ubi uult ſe ad mediam noctẽ præſentare, tenetur iudex media nocte ad tribunal ſedere ex Angelo, & Caſt.*

Contrarium ſentit Author, num 6.

ARGVMENTVM.

¶ Bannitum, qui certo tempore Iuſdicentis mandato præſto præſens eſſe debeat, an ad mediam noctem Iudex pro tribunali excipere teneatur; aduerſus Angelum, & Caſtrenſem, negatiuè determinatur.

BANNITVS, an poſſit
ſe de nocte iudici pręſen
tare, ſimpliciter, & abſo-
lutè, glo. 2.in l. More Ro-
mano ff.de ferijs, ibid. An
gel. nu.5.uerſ. Nota, quòd bã
nitus, uoluerunt, quòd bannitus certum
habens terminum ad comparẽdum poſ
1 ſit cõparere † uſq; ad mediã noctẽ, ibid.
Caſtrenſ.num.5.uerſ.In glo.ſequenti, &
in terminis generalibus pręſentationis,
quòd poſſit, cui data eſt dilatio ſimplici
2 ter ad comparendum, ſe præſentare † ad
mediam noctem, uoluit Alexã.in ead.l.
more Romano, nu.7.uerſ.in glo.2. Bart.
ibid.in prin. uerſ. Gloſ.ſol.Roman.in l.
orationes, nu.5.uerſ.Collige unum nota
bile ff.de ferijs, quod tamen ego uerum
intelligo cum Baldo in d.l.more, num.3.

ſi la-

Digitized by Google

ſi laberet†terminus banni, aliàs ubi pe
riculum non eſt in mora non tenetur of
4 ficialis ſui copiam facere†de nocte, Bal.
loco cit. & eſt tex. in l. 1. §. quid ergo. ff.
quando appell. ſit. Idem voluit Roman.
in d. l. oratione ff. de feriis, num. 5. uerſ.
Hoc tamen recipere.

Atq. Angel. loco cit. nu. 5. uerſ. Vnde
tenetur, uoluit media nocte teneri iudi-
5 cem ad † tribunal ſedere, ut banniti præ
ſentationem recipiat, cum quo pertran
ſit etiam Caſtren. ibid. nu. 5. uerſ. In gl.
ſequenti, & Roman. in d. l. oratione, nu.
5. uerſ. Secundus caſus ff. de ferijs, quod
6 ego†ſimpliciter nõ admitterem, hac. n.
ratione facillime paterẽt undiq. inſidiæ
ad maximum iudicis præiudicium: dice
rem itaq; iudicem non teneri eo tempo
re ad tribunal ſedere, nec ideo labi tem-
pus banni, ſed iudicem ea hora teneri
banniti præſentationem oretenus reci-
pere, &, ut vulgo dici, cõſueuit, eandem
pro bona habere.

DE PERSEVERANTIA

Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Perſeuerantia confeſſionis poſt torturam requiritur, ut quis condemnetur.*

2 *Perſeuerãtia in confeſſione poſt torturam requiritur, uel per unum diem, uel per vnam noctem.*

3 *Perſeuerantia in cõfeſſione poſt torturam maior dicitur, ſi ſit diurna, ex Authore.*

Contrarium ueretur idem Author, num. 4.

5 *Tormenta quandiu quis uidet, nunquã ſibi praiudicat, licet in confeſſione perſeueret.*

6 *Perſeuerantia in confeſſione poſt torturã, illa uere afficit, quæ eſt per diem unum, & noctem unam.*

ARGVMENTVM.

¶ Perſeuerantia confeſſionis in quæſtionibus extortæ quatenus requiratur, an per diem unum, an per noctem unam, an uero per noctem, & diem.

PRIVSQVAM ad
pœnas deſcendamus,
quia tortura neminem
1 cõdemnat, niſi reus in ea†
perſeueret per aliquod
temporis ſpacium, ut
late ſcribit Boſſius in tit. de Confeſſis
per torturam, ac effectu torturæ, in prin.
& Angel. in l. ſi quis, numer. 1. uerſ. Iſtã
legem, C. de Cuſtod. reorum, text. & ibi
DD. in l. 1. §. diuus ff. de quęſt. in l. 2. C.
de cuſtod. & exhib. reorum, in l. fi. circa
fin. C. de quæſt. Roland. de Curte inter
conſ. crim. Zilet. cõſ. 75. Relatis duabus,
n. 24. uerſ. Itẽ nũquã pat. p. Paris de Put.
in tract. de Syndicat. in tit. de Tortura,
cap. 9. An ex ſola confeſſione, Bonif. de
Vitel. in tit. de Perſeuerat. poſt Tormen
tum, in rubr. per totam. Angel. in l. de
tormentis, numer. 1. C. de quæſt. Viden-
dum eſt quatenus perſeuerare debeat
eiuſmodi confeſſio. Et Angel. in d. l. ſi
quis, num. 1. uerſ. Vnde debet requieſce
re, C. de cuſtod. reorum, dixit, quod,
2 uel per † vnum diem, uel per unam no
ctem, deinde iterum duci debet reus, ut
expreſsè ratificans perſeueret, Angel.
loco cit. Franc. Brun. De indiciis, & tor
tura, numer. 46. uerſ. Et ſic, per factum,
* qui dicit ita*tenendum. Arbitror autem
magis dicendum perſeuerare reum, qui
3 per†diem perſeuerauerit, quam qui per
noctem, quia licet nox ſit ad conſili-
um, & præparationem, ut ſuo loco
diximus, eſt tamen etiam ad quietem,
& ſomnum ex uitio naturæ l. ſi ſeruus
ſeruũ §. ſi fornicarius ff. de dam. infect.
Alber. in l. nam ſalutem §. effracturæ, nu.
2. uerſ. Sed quid, ſi cuſtodes ff. de off. pręfect. uigil. quibus ſi ex tortura defatiga-
tũ, ac ſemimortuũ hominem addamus,
ſeu interdum potius ſemiuiuum cada-
uer, quis locus deliberationi relinqui-
4 tur? Niſi†iterum dicamus ex obliuioſa
nocte, ubi qs obdormierit, ſatis dici ſu
blatum præſentem tormentorũ metũ,
5 quia, quandiu quis tormenta † uidet,

Atq; in ijs perſeuerat, nihil agit, locis cit. & Bald. in cap. 1. §. iniuria, ad fin. verſic. Quæro utrum ſemel, Ang. & Imol. in l. qui aliena §. fi. ff. de acq. hæred. Alex. ad Bar. in l. Diuus ff. de quæſtion. Bart. in l. 1. §. Diuus ſeuerus, nu. 3. ff. eo. Videt autem profectò tormenta adhuc, qui eadem perpetua memoria, eademq; recenti, recolit.

Quare optimè arbitror ſenſiſſe Maſcard. de probat. concluſ. 353. Confeſſionem factam, nu. 13. uerſ. Sed ad hoc, quod inter priorem confeſſionem in tormentis, & ratificationem, dies vnus, nox una de
6 beat † intercedere, ubi dicit aſſeſſores
* aliud obſeruantes, * perperam facere.

DE POENIS Temperandis aut Remittendis. Cap. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ ratione nocturni temporis ſæpius duplicantur.*

2 *Statutum duplicans pœnas ratione nocturni temporis intelligitur de pœnis pecuniarijs.*

3 *Manus ubi amputanda eſt ex delicto, non amputantur ambæ, etiam ſtatuto nocturnum ſcelus duplici pœna perſequente.*

4 *Statutum duplicans pœnas ratione nocturni temporis, intelligitur, reſpectu quantitatis, uel generis, non autem ſpeciei.*

5 *Statutum duplicans pœnam in uarijs delictis, ſi plura concurrant delicta, non ideo multiplicantur pœnæ.*

Quicquid ſenſerit Bonif Vitellinus, num 6.

7 *Arma prohibita inuento de nocte ſub pœna dupli, an is teneatur, qui à familia perſequente aufugerit.*

8 *Crepuſculum ad euitandam pœnam adſcribitur diei.*

9 *Statuto duplicante pænas in maleficijs nocturnis, non habet locum in uerbis iniurioſis.*

Quid, ſi quis conſilium malum nocturno tempore dederit nu. 10.

11 *Statuto duplicante pœnam poſt ſonum campanæ finitum inquiſitus, uel accuſatus, quod poſt ſonum deliquit, non concludit niſi etiã addat finitum.*

Suſpicatur de hac opinione Author, nu. 12.

13 *Dictio Circa ad excludendum delictum in mitiorem partem interpretatur.*

Dictio A quomodo interpretetur nocturno tẽpore in ordine ad campanam ibid.

14 *Statuto magis puniente delictum una hora noctis, quam altera, in dubio cenſetur delictum ea noctis hora commiſſum, qua mitius puniatur.*

15 *Delictum, ſi grauius puniatur uno die, quã altero, commiſſum de nocte, in dubio mitiori hora commiſſum præſumitur.*

16 *Delictum de nocte grauius eſt, quam commiſſum de die.*

Ideo in dubio de die cõmiſſum præſumitur, n. 17

18 *Adulter nobilis non poteſt occidi.*

Sed ſi occidatur nocturno tempore, mitius punitur homicida, nu. 19.

20 *Delinquens de nocte reſpectu ſolius qualitatis, mitius punitur.*

21 *Syndicus non tenetur denunciare maleficia nocturno tempore commiſſa.*

22 *Seruus excuſatur, ſi domino de nocte occiſo auxilium non dedit.*

23 *Nauta tenetur, ſi rectam deſtituat nauigationem ſine cauſſa.*

Ideoq; non tenebitur, ſi nocturno tempore lumine longius uiſo, eam ob cauſſam naufragetur, nu. 24.

25 *Bos alienus nocturno tempore in paſcuis dimiſſus obligat cuſtodem.*

Et quando, nu. 26.

27 *Cuſtos nocturno delinquens tempore in cuſtodia quando mitius puniatur.*

ARGVMENTVM.

¶ Pœnas in delictis nocturnis, augeri, temperari remitti.

1 POENAE, licet ratione nocturni temporis ſæpius † duplicentur, ut diximus in c. Nox quando dicatur, & in cap. de Circunſtantia, dantur tamen caſus, quibus pœnæ nocturno tempore, aut remittuntur, aut certè temperantur.

Atq; ut hinc exordiamur, quoties ſtatutũ loquitur de pœnis duplicandis pro

pter nocturna maleficia, intelligendum
2 eſt ſtatutum quoad pęnas † pecuniarias,
non quoad pęnas corporales, Bar. in l.
Sanctio in fi. ff. de pæn. Idem in l. Lucius
§. impuberē ff. de leg. 2. Natta cōſ. 469.
Extat decretum, nu. 18. verſ. Præterea,
ubi ſtatutū, Bal. & Foller. de quib. Baiar.
q. 82. nu. 99. verſ. Quæro nunquid.
Hinc eſt, quòd ſi ſtatutum diſponat,
quod pro delictis commiſſis, de nocte
pœna duplicetur, & quis illud commi
ſerit interdiù crimen, cuius cauſſa ſit ei
3 † manus amputanda, ſi illud idem no-
ctu patret, non iccirco ambæ illi manus
amputabuntur, ſed vnica Bar. in d. l. San
ctio in fi. ff. de pęn. Idem in ead. l. Lucius
§. impuberem ff. de leg. 2. Iaſ. in l. plane,
la prima §. ſi eadem, num. 11. uerſic.
Quinto nota ff. de leg. 1.
Iterum, quod idem cōtinet, ſed tamē
latius vagans, ſi ſtatutum pœnas condu
plicet ratione nocturni temporis, intel-
4 ligetur de pœnis continentibus † quan
titatem, uel genus, non autem ſpeciem,
Socin. Sen. in l. Mæuius §. duorum, col.
pęn. ff. de leg. 2. de quo Iaſon. in d. §. ſi ea
dem, nu. 11. verſ. Quinto nota.
Extat & aliud ſtatutum, quod in deli-
5 ctis commiſſis in platea pœna † dupli-
cetur, atq; aliud, quod pro delictis nocte
patratis cōduplicet pęna, idē eodē actu
peccauit noctu, & in platea, an debeatur
quadruplex pœna, an uero duplex tan-
tum. Et duplicandam tantum uoluit Au
guſt. ad Angel. de Maleſ. In uerbo In Pla
* tea communis, poſt nu. 20. ubi de * com
muni. de communi etiam Clar. lib. 5. re-
cept. ſententent. §. fin. q. 82. in verbo Statu-
tum, el 9. nu. 3. uerſ. Pone ſtat ſtatutum.
6 Quo fit, ut relangueſcat † contraria
Bonifacij de Vitellinis opinio, in tit. qd
ſit accuſatio, nu. 97. verſ. Sed quid, or-
dinatum eſt, qui voluit omnium ſtatuto
rum in propoſito ſumendam de reo pę
nā, duplicandaſq; pro qualibet trangreſ
ſione pœnas.
Stante præterea ſtatuto, quod qui fu-
gerit ante familiam puniatur perinde
ac ſi inuentus fuiſſet cum armis, &
armis eſt ſtaturum, quod de no[illegible]
7 næ duplicentur, fugienti † de [illegible]

eſt duplicāda pœna, Bar. in l. 1. in prin.
nu. 1. uerſ. Dicit ſtatutum. ff. de receptat.
quanquam Bar. ibid. ſuſtinet contrariū,
quoniam diuiſiones ad omnes referan-
tur qualitates, per tex. in l. a filio §. pen.
ff. de alim. legat. ſed de hoc latius, in cap.
de Dictionibus.
Rurſus ſtante eodem ſtatuto, vt pęnæ
nocturno tempore duplicentur, quod p-
tinet ad delicta facta in crepuſculis, li-
cet eā partem alij aſſignent diei, alii no-
cti, ut ſatis diſcuſſum eſt in cap. Nox, qn
8 dicatur, in dubio tamen † diei pars illa
adſcribenda eſt, ita ut delictum non du
plicetur, Iaſ. in l. Titius §. Lucius, nu. 17.
uerſ. Tu dic quod imo ff. de lib. & poſth.
ibid. Angel. nu. 4. uerſ. Item nota quod
illud, Iaſ. in l. More, num. 18. uerſ. Et ſi in
aliqua, ibid. Alex. num. 6. uerſ. Quid au-
tem, ſi in aliqua, & nu. 3. uerſ. Quia dies
ff. de ferijs, Natta conſ. 469. Extat decre-
tum, num. 4. uerſ. In contrarium, & nu.
5. uerſ. Et quia qualitas, Bal. in l. 2. ad fi.
C. quibus res iud. Io. Andreas in cap. Al
* ma mater, de ſent. excōm. in ſexto, de *
communi Iaſ. in d. l. Titius §. Lucius, nu.
18. uerſ. Itē nox ff. de li. & poſth. Feder.
de Senis, quæſt. 44. Statuto cauetur, nu.
2. uerſ. Nam tunc dies. Ludouic. Bolo-
gnin. conſ. 37. Licet alias in præſenti, n.
* 13. uerſ. Iſto tamen caſu, & ita fuiſſe * iu-
dicatum dicit Clarus, lib. 5. recept. ſen-
tent. §. fin. quæſt. 82. in uerbo Statutum,
el 9. num. 4.
Stante etiam eodem ſtatuto, ut pœnæ
pro maleficio nocturno tempore com-
miſſo duplicentur, non habebit locū ſta
9 tutū in uerbis † iniurioſis, Bart. in l. Aut
facta in princ. nu. 2. uerſ. Et per hoc di-
co ff. de pœnis, de quo tamen latius, in
cap. de Maledictis.
10 Is etiam, qui conſilium † malum de
nocte dedit ſtante eiuſmodi ſtatuto, nō
punitur dupli[illegible] pœna principaliter, qa
de nocte [illegible] ded[illegible] conſilium, ſed
qui[illegible] m pœna, qua
[illegible] rt. loco cit. in
[illegible] s in ca. de Con-
[illegible]
[illegible] m cā
[illegible] licen
[illegible] tur,

Google

tur, ſi quis accuſetur, uel per iudicem in
11 quiratur, quod deliquerit † poſt ſonum
campanæ, non concludit ad pœnam
duplicandam, niſi addat dictionem
illam, finitum, ita Angel. in tract. de Ma
leſ. in uerbo De nocte, vt mandatum,
numer. 2. in fin. verſ. Et facit ad ſtatu-
tum, per not. in l. 2. §. appellata ff. ſi cert.
pet. & not. in l. in inſulam §. fructus ff.
ſol. matrim.

12 Hoc tamẽ aliquam habet apud me †
difficultatẽ, quoniam, ſi ſimpliciter de-
ponens aliquid geſtũ eſſe à prima hora
noctis, intelligitur, quod prima hora no
ctis finita, Fran. Aretin. conſ. 71. Diligen
ter, & mature, num. 5. uerſ. Item prædi-
ctus, cur non idẽ dicamus, & multo mà
gis ĩ dictione Poſt, niſi uelimus dicere
primam horam eſſe momentaneam, cã
panam autem habere tractum ſucceſſi-
uum, ſed ualde obſtat peritia iudicis in
fundãda intẽtione, q̃ nõ dr̃ fundata, niſi
finita cãpana. Dixim⁹ ĩ cap. de Diction.

Quod autem diximus de Iudice inq
13 rente per dictionem † Poſt, profecto in-
dubitate procederet, ſi inquireret per
dictionem Circa ſonum campanę, quia
ad excludendũ delictum in mitiorem
partem interpretaretur. i. ante finitum
ſonum campanæ, Fran. Burſat. conſ. 141.
Legi ferioſum, nu. 28. uerſ. Tum rurſus,
quod depoſitio, uol. 2. Stante etiam ſta-
tuto in terminis cãpanę, ꝙ a pulſu cam
panæ nemo uadat, &c. inteligẽdũ eſt. i.
cãpana finita ſcripſit Ioan. de Ferrar. in
for. capit. quãdo teſtes producuntur ad
æterna rei memoriam, de quo Firman.
in uerbo A, uerſ. Hanc theoricam.

Amplius, ſi ſtatutũ puniat magis de-
lictum commiſſum quarta hora noctis,
quam alia, in dubio, ſi nõ appareat, quia
hora noctis cõmiſſum fuerit maleficiũ,
14 ea hora patratũ cenſebitur, ex qua † mi
nor ſequatur cõdemnatio, Feder. de Se
nis, queſt. 44. Statuto cauetur, nu. 2. uerſ.
Nam tunc dies eſt proprie. Cui affinis
eſt decifio Crauet. quod ſi acrius punia
15 tur delictũ commiſſum in die † feſto, &
[illegible]tur delictũ commiſſum in die il-
[illegible] præſumitur cõmiſſum in hora
[illegible] attribuitur diei ſequenti, ut
fugiatur maior pęna, Crauet. conſ. 205.
Pernoctatio arguit ſtuprum, n. 10. uerſ.
* Vbi ſi acrius, & de * communi Cotta in
ſuis Memoralibus, in uerb. Diem, uerſ.
Sed ne uideamur. ꝓpiuſq; his accedit,
quod ſcripſit Bald. & Imol. in l. Titius §.
Lucius in fi. ff. de lib. & poſth. Cephal. in
conſ. 206. num. 4. Marſil. conſ. 83. nu. 16.
& poſt hos oẽs Baiardus ad Clar. §. 1.
num. 11. verſ. Item adde, quod maius de
lictum, quod quia maius delictum eſt il
16 lud, quod de † nocte committitur, quam
illud, quod de die, ut etiã nos diximus
in cap. de Circũſtantia, atq. nocturnum
delictum magis punitur, quã diurnum,
17 in † dubio præſumitur delictũ commiſ-
ſum de die.

De iure etiam communi, adulterum
uilem licet poſſit maritus occidere,
18 non † uilem tamen non poteſt, ſi tamen
nocturno tempore nobilem adulterum
19 quis occidat, † mitius punitur, tex. in l.
Gracchus C. ad l. Iul. de adult. ibid. Sa-
lycet. & alii, Idem Salycetus in l. non
minorem, numer. 3. verſ. Opponitur,
quod non æquiparantur C. de Tranſact.
ibid. Bald. numer. 1. Felin. in cap. conſul
uit, numer. 21. uerſ. Contra iſta uidetur,
de off. & poteſt. iud. deleg. Et idem quo
20 ties delinquitur de nocte in ſola † qua-
litate, Felin. loco cit. quia mitius cum de
linquente agitur.

21 Stante prętereа ſtatuto, ut † Syndicus,
ſub certa pœna teneatur maleficia com
miſſa denunciare, nõ obligabitur pęnæ,
ſi non denunciet maleficia nocturno tẽ
pore patrata, Bald. in l. 1. §. occiſorum,
num. 1. ff. ad Syllan. Ange. in l. ſi cum ex
ceptione, §. in actione. ff. quod met. ca.
Alex. conſ. 24. Animaduerſis his, num. 9.
verſ. Et dicit Angel. lib. 2. Roland. a Val
le conſ. 7. In cauſſa Antonij, nu. 32. uerſ.
Et ideo dicit, uol. 1. Franc. Marc. deciſ.
764. Quæritur, quia, nu. 1. & deciſ. 765.
Quæritur, ſi iſti ſyndici, nu. 4. par. 2. de-
clarãdo, ut declarauimus, in cap. de Syn
dico.

Inſuper, licet ſeruus in pænam inci-
dat, ſi domino occiſo auxilium non præ
22 ſtet, attamen † excuſatur ſeruus, ſi domi-
nus de nocte fuerit occiſus, quia domini

Digitized by Google

offenſam eo tempore iuſto potuit ignorare, Rom.conſ.7. Viſis neceſſarijs, nu. 6.verſ.1.ex l.per tex.in l.1.§.occiſorum ff.ad Syllan.

23 Præterea, ſi † recta nauigatione neglecta, littora deuia ſectentur nautę, ideoq; quoquo pacto fiat iactura mercium, nautis imputabitur, Corn.cõſ.273. Viſis proceſſu, & ſtatuto, per totum, uolu.1.Bore. deciſ.178.Et primo, nu.32.Crauet. cõſ. 115.Nobilis, nu.5.Iaſ. Bart.Ang. & alii, de quibus Benuentus Straccha in tract. de Nautis, par.3.num.6.verſ.Culpę etiã nautæ; niſi iuſta adſit cauſſa, quemadmodum neceſſitas nauis reficiendæ, impetus tempeſtatum, uentorum ita, piratarum metus, uectigal illicilum, & alia, de quibus Straccha loco cit.verſ.Niſi iuſta cã, & quod ad noſtrum ſpectat inſtitutum

24 ſi fiat † nocturno toinpore expiſcatio cum lumine, ideoq; nautæ, uiſo lumine, ad illud tanquam ad portum properent, facto ea de re naufragio, illis non imputatur, colligitur ex l.ne piſcatores ff.de Incen. ruin. & naufr. & apertè Straccha loco cit. num. 34. uerſ. Illud tamen declarationis.

25 Tandem, qui nocurno tempore † bouem alienum, ſine cuſtodia in paſcuis reliquit, ſi illum, aut fures eripiat, aut de-

26 uorent lupi, tenetur, niſi † communiter ita in paſcuis relinqui conſueuerint prę ſertim a domino bouis, gloſ.in l.ſi negocia, uerbo Sit ſolitus ff. de neg. geſt. ibi.Bart.nu.1.uerſ.Vlt. gl.Specul. in tit. de locato §.poſtequã, nu.12. uerſ.Quid ſi locaui tibi boues meos, Bal. in l.nemo deinceps, nu. 7.uerſ. Doctores inducũt C.de Epiſ.aud.iuncto Bertach.in uerbo Famulus nu.20.niſi ratione nouę cauſſæ noua etiã ſit adhibenda cuſtodia, ut qa præter morem inſænirent lupi. quia teneretur eo caſu de mala cuſtodia ſic relinquens boues in paſcuis, Bald.in d.l. nemo de inceps, in fin.uerſ. Iſtud eſt uerum C.de Epiſcop.adient.

Huic ſimile eſt, quod late ſcripſimus in cap de Cuſtodia reorũ, ꝙ ſi † cuſtos

27 nocturno tẽpore, uel nõ geminauerit cuſtodias, vel carceratum extra carcerem degere permiſerit, vel ipſe cuſtos apud carceratos non obdormierit, uel eoſdem in ſtrictiori carcere non concluſerit, fuga adſcribit cuſtodi, niſi ſuadeãt alliud regionis mores, carcerati dignitas, ętas, ualetudo, cauſſę quantitas, & alia, quę late pro ſubiecta materia deduximus in cap.de Cuſtodia reorum, quæ non eſt pretiũ operæ hic tranſcribere denuo.

DE VIATORIBVS Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Viatores ſeu Peregrini mortui, in cathedrali Eccleſia ſunt ſepeliendi.*

2 *Peregrini libere hoſpitantur, ubi uolunt.*

3 *Viatorum, ſeu Peregrinorum inteſtato decedentiũ bona per manus Epiſcopi diſpenſatur.*

4 *Viator poteſt nocturno tempore arma deferre ſine lumine.*

5 *Salis delatione prohibita, nõ prohibetur trãſitus.*

6 *Frumenti prohibita extractatione, non prohibetur tranſitus.*

7 *Salis delatione prohibita, conſideratur terminus ad quem.*

8 *Frumenti prohibita extractione, cõſideratur terminus a quo.*

6 *Armorum prohibita delatione, conſideratur terminus per quem ſeu potius uia.*

ARGVMENTVM.

¶ Tria in Viatores collata beneficia, etiam reſpectu nocturni temporis, ab Authote obſeruata.

MERITO iure non contenenda beneficia in Viatores, & a Sanctiſſimis Põtificibus, & ab Inuictiſſimis Imperatoribus, & ẽt a doctiſſimis Iurecõſultis collata fuere, qs.n.ut alibi inquit Imperator, eorũ nõ miſereatur, q exules facti, de diuitibus paupe-

pauperes, ſemetipſos exinaniũt, uitam ſuam multis periculis exponunt, & a ui liſſimis ſæpe hominibus corporales iniurias, ſine cauſſa perferunt? Quæ, ne præter ſuſceptã prouinciam uelim ego ſingula recenſere, notam obſeruaui tantum triplicem, priorem Iureconſultorũ reſpicientem uitę tutelam, alteram ſummorum Pontificum, mortui ſepulturam conſtituentem, poſteriorem Auguſtorũ defunctorum ſucceſſioni conſulentem.

Voluerunt autem Summi Pontifices
1 mortuos peregrinos in † cathedrali Eccleſia ſepeliendos, is fuit Dionyſ. Papa Epiſt. 2. ad Seuer. Epiſcop. de qua tex. in cap. Eccleſias 13. quæſt. 1. ita intellectus a Firman. in uerbo Peregrinus, & in uerbo Viator.

Imperator uero Iuſtinianus in auth. omnes peregrini C. cõmunia de ſucceſſion. Peregrinorum ſucceſſioni conſulit
2 in hæc uerba. Omnes † peregrini, & aduenæ libere hoſpitentur, ubi uoluerint. Et hoſpitati, ſi teſtari uoluerint, de rebus ſuis liberam ordinandi facultatem habeant, quorum ordinatio inconcuſſa ſeruetur.
3 Si uero † inteſtati deceſſerint: ad hoſpitem nihil perueniet. Sed bona ipſorum per manus Epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, hæredibus tradantur, uel in pias cauſſas erogentur.

Bertazz. tandem poſt plures ibi allegat. conſ. crimin. 45. Aduerſus ruſticum, num. 5. uerſ. Ergo hic itinerando, uol. 1.
4 uoluit, quod uiator poſſit etiam † nocturno tempore arma deferre ſine lumine p urbem, & oppida, nullum negocium faciente ſtatuto eorum delationem recita
* to tempore prohibente, quod dicit * ueriſſimum, num. 7. uerſi. Sed quicquid ſit. Rationem ibid. affert, quia abſurdum eſſet, & ridiculum, ut in oppidis ſingulis peruijs, quis, uel ex ſilice ignem excuteret, & exſuſcitaret, uel importune habitatores a ſomno interpellaret. Addit ſi-
5 mile, quia in prohibita delatione † ſalis, non cenſetur illius prohibitus tranſitus Alex. cõſ. 95. Viſa inquiſitione, per duas priores columnas, uol. 4. Ruin. cõſ. 112. Circa primum dubium, nu. 5. uerſ. Vbi dicitur, quod prohibitio, uol. 5. Cephal. conſ. 539. Qui idem dicunt in prohibita
6 extractione frumenti † ab aliqua ciuitate, ut per eandem non cenſeatur prohibitus tranſitus.

Placet dictum, & ratio, ſed diſplicet ſimile. Maxima. n. eſt differentia inter caſum delationis armorũ nocturno tempore, & caſum delationis ſalis, uel extractionis frumenti, quia in delatione ſalis
7 conſideratur † terminus, ad quem in ex
8 tractione frumenti conſideratur † terminus, a quo, ſed in delatione armorum cõ
9 ſideratur † terminus, per quem, ſeu potius uia, alias quilibet ubiq; poſſet tuto, & impune arma deferre, cum in ędibus, a quibus recedit, & ad quas properat, poſſit quilibet arma deferre, ſi tamen nulla alia ratione prohibita ſint, quam ratione temporis.

DE PRIVILEGIATIS Perſonis. Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus deſinit eſſe talis, ubi decertat de lucro.*

Niſi ſimus in lucro iam incorporato nu. 2.

3 *Paria ſunt cauſſa damni uitandi, & lucri iam incorporati amittendi.*

4 *Priuilegiatus deſinit eſſe talis ubi peccat contra ius naturale, gentium &c.*

5 *Priuilegiatus non utitur priuilegio, ubi de minima agitur quantitate.*

Siue uterque agat de lucro captando ſiue de damno uitando, nu. 7.

8 *Minores, ubi utuntur iure maiorum, non ſunt priuilegiati.*

9 *Priuilegiatus certans de damno uitando utitur priuilegio contra priuilegiatum certantem de lucro captando.*

Niſi lucrum ſit iam incorporatum nu. 10.

11 *Priuilegiatus non habet priuil. gium in actu clandeſtino.*

Etiam, ſi in eadem perſona concurrant dua qualitates priuilegiata, nu. 12.

13 *Priuilegiatus amittit priuil. gium, ſi aliquid agat nocturno tempore.*

Declarat Author, nu. 14.

ARGVMENTVM.

¶ Priuilegiatas perſonas, indultis ſibi ſæpius deſtitui priuilegijs, ex Subſtantia, Qualitate, quantitate, Correlatione, Loco, & Tempore, quale eſt nocturnum.

MVLIEREM, Militũ, Ru-
ſticorum, & Minorum pri
uilegia, tot, tantaq; in iure
reperiuntur paſſimq; a no-
ſtris Iureconſultis recẽſen
tur, vt iuſtiſſimũ conſtituere poſſint uo
lumen. Ea tamen, vel penitus ceſſant in
terdũ, vel certè maximè relangueſcunt.
Primoq; ratione ſubſtantiæ euaneſcũt
priuilegia perſonis eiuſmodi indulta,
1 quoties † de alieno, puta de lucro decer
tant, tex. in l. Iuris ignorantia, la 2. ff. de
iur. & fact. ign. tex. in l. regula §. ſed iuris
ignorantiam, & in l. error. ff. eo. gloſ. in
l. in bonorum, in uerbo Prudentiores ff.
de bonor. poſſeſſ. Niſi forte eſſemus in
2 lucro iam † incorporato, quia par eſt
cauſſa, & idem eſt iudicium de damno
3 uitando, & lucro † incorporato amit-
tendo, ideo eadem vtroque caſu compe
tunt priuilegia, Gratus conſi. 67. Et ſi
prima fronte, nu. 18. lib. 1. per glo. in l. 3.
ff. de damn. infect.
Secundò ratione Qualitatis. Quid. n.
ſi perſonæ eiuſmodi peccent contra ius
naturale, gentium, ius ciuile notorium,
& indubitatum, ſpeciem honeſtatis, for
4 mam actus, & alia; de † quibus, & latiſſi
mè, & elegantiſſime de more poſt innu
meros propè ibi allegat. Tiraq. de pœn.
temper. aut remittend. cauſſa 11. per to-
tam, Bald. Salycet. & alij in l. Iuris igno-
rantia C. qui admitti, Bal. in l. quicunq;
col. penult. verſ. Et nota, quod C. de ſer.
fugit. Idem Bal. in l. ſi quis in tantã col.
3. verſ. Septimo quæritur C. vnde vi, tex.
& gl. in l. 2. C. de in ius vocand.
Tertio ratione Quantitatis. Quare ra
5 tione † minimæ quantitatis nullum eſt
priuilegium, l. Scio ff. de in integrum re
ſtitut. Rom. conſ. 90. Viſo themate quæ-
ſtionis, nu. 4. verſ. Item, & quod vbi glo.
in l. pen. ff. de minor. glo. in l. 1. in uerbo
Magno detrimento C. ſi aduerſ. vendit.
pignor. Natta conſ. 631. Super contro-
uerſia, nu. 22. verſ. Et quod minor, Idem
conſ. 481. Non relinquitur, num. 13. verſ.
Aliqui diſtinguunt, D. meus Sfort. Odd.
de Reſtitur. in integr. par. 1. quæſt. 4. ar.
12. num. 102. verſi. In contrarium.
Quarto ratione Correlationis. Nec. n.
eſt priuilegiatus minor aduerſus mino-
rem, aut miles aduerſus milite, aut mu-
lier aduerſus mulierem, aut ruſticus ad
uerſus ruſticum, priuilegiatus enim nõ
6 vtitur priuilegio ſuo † contra priuile-
giatum, Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.
54. Dominus Paris Racanus, nu. 8. par. 1.
Cæphal. conſ. 7. Reuer. Epiſcopus, lib. 1.
7 ſiue vterque priuilegiatus agat de † lu-
cro captando, ſiue etiam de damno vitã
do, quia vtroq; caſu ceſſant priuilegia,
Alex. conſ. 55. Quoniam cauſſa, nu. 18.
uerſ. Hoc præſuppoſito dico, lib. 5. per
tex. in l. verum §. ſi. & in l. ſi minor 25. an
nis filio ff. de minor. & alia iura ibi alle-
gat. Cæphal. conſ. 7. nu. 12. uerſi. Secus,
ſi vtraque de damno tractaret, lib. 1. &,
hoc eſt, quod uoluit Oldrad. conſ. 108.
Titius ueniens ad mortem, num. 5. quod
8 quoties minores utuntur iure † maiorũ,
omnibus minorum priuilegijs deſtituũ
tur. Quod, ſi ex his priuilegiatis age-
ret alter de damno uitando, alter decer
taret de lucro captando, eo caſu agens
9 de † damno uitando uteretur priuile-
gijs ſuis contra certantem de lucro ca-
ptando, ut late Cæphal. allegat. conſil.
7. lib. 1. per totum, niſi ageretur de lu-
10 cro iam † incorporato amittendo, quia
uterque diceretur hoc caſu agere de dã
no uitando, Grat. conſil. 67. Et ſi pri-
ma fronte, num. 18. lib. 1. per gloſ. in l. 3.
ff. de damn. inf.
Quinto ratione Loci. Vbi. n. quid in
11 occulto fit, & † clandeſtine, ceſſant om-
nia priuilegia, ac beneficia militis, ruſti
ci, mulieris, & minoris, Roman. conſi.
506. In re præſenti, nu. 4. uerſ. His tamẽ
non refragantibus, Crauet. conſ. 35. Ex
pluribus concludendum, num. 12. uerſi.
Rurſus ne futuro, per. text. in l. fin. ff. de
rit.

rit.nupt.& in l.1.C.de Inrerd. matrimo.
Tiber.Decian.conſ.92.Circa primum,
num.105.verſ.Nam, & ipſi,uol.2.Idem
Crauet.conſil.115.Nobilis Guilielmus,
nu.5.verſ.Imo iſto caſu, Seraphinus in
tract.de Priuileg.iuram.priuil.4.a num.
160.Et præſertim,num.165.de*commu-
ni Brunorus à Sole loco mox citando,
12 etiam ſit† concurrant in eodem ſubiecto
duæ qualitates priuilegiatæ, vt quia ea-
dem ſit,& fœmina,& minor,quia adhuc
ratione loci,vt ſupra, amittit priuilegia
ſua,vt in caſu ſuo fuiſſe * iudicatum, &
fœminam minorem a curia condemna-
tam fuiſſe propter clandeſtinitatem,ſcri
bit Boer.dec.264.Et primo præſuppono
nu.15.uerſ.Quędam Anna Andier.Bru-
nor.à Sole in compendio reſolut io pro
poſitionum iuris,in uerbo Clandeſtini-
tas.

Sextò tandem ratione temporis. Qua
re ſi mulier,ruſticus,miles,& minor, ali
13 quid agant † nocturno tempore, illud
omne nullo vallatur priuilegio, quod
tum ſatis comprobatur ex ijs,quę imme
diatè dicemus in cap.de Clandeſtinita-
te, tum in terminis nocturni temporis
decidit Crau.conſ.35. Ex pluribus con-
cludendum eſt,à nu.11.uerſ.Quintò præ
ſumitur,innumeros in terminis adducit
Plot.in l.ſi quando,nu.790.uerſ.Sextò li
mitantur C.vnde vi,ita vt hæc ſit*cómu
nis opinio,Tiber.Decian.conſ.18.Ex prę
dicta,nu.304.verſ.Quinimo,vol.1.
14 Quód tamen verum† intelligo, niſi aſ
fines adhibeantur,aut vicini cum oppor
tunis luminaribus; quia,cùm ceſſet ra-
tio clandeſtinitatis,& occultationis,pro
fecto ceſſabit etiam ſuſpicio nocturni tẽ
poris hoc caſu, quam quidem ſuſpicio-
nem Crau.loco cit.ſuper ſola clandeſti-
nitate ſtabilit,atq; confirmat, quod uo-
luit etiam Plot.ad l.ſi quando,num.790
uerſ.Sextò limitantur C. vnde vi, in fin.
poſt Crauer.conſ.205.Pernoctatio.Quæ
autẽ dicantur opportuna luminaria, qa
Alciat.in l.non minorem,num.2.in fi.C.
de Tranſact.de accenſis quibuſdam ly-
chnis loquitur, rem ipſam magis ex
profeſſo examinabimus in cap.de Lumi
naribus.

DE CLANDESTINITATE.
cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Clandeſtinitas; & nocturnum tempus pro eodem ſæpius ponuntur ab interpretibus.*
2 *Clam dicuntur bona occupata, quæ nocturno tempore occupata ſunt.*
3 *Clam agit priuilegiatus, qui nocturno agit tempore.*
4 *Tabellio dicitur clam inſtrumenta conficere qui ea nocturno tempore celebrat.*
5 *Damnum dicitur datum clam, quod nocturno tempore datum eſt.*
6 *Maleficium illud dicitur clandeſtinũ, quod de nocte committitur.*
7 *Matrimonium nocte celebratum, iudicatur clandeſtinum.*
8 *Operarij nocturni non excuſantur ex mandato quia clandeſtine egerunt.*
9 *Clandeſtinitas præſumpta tantum inducitur ex nocturno tempore.*
Ideo poteſt probari actus nocturnus palam factus, num. 10.
11 *Clandeſtinitas non nocet, ubi quid uno reſpectu poteſt dici factum clam, alio palam.*
12 *Clam non dicitur factum, quod in notitiam illius præcipuè, de cuius præiudicio agi uidebatur, potuit peruenire.*

ARGVMENTVM.

Actus clandeſtinos, & nocturnos, ſæpius confundi apud Iureconſultos: Exemplis illuſtratum.

CLandeſtinitatem, ut ſtemus
iis,quæ in ſuperiore ca.pro-
miſimus, clandeſtinitatem
inquam, & nocturnum tem
pus, ſeu actum clam, & no-
1 cturno tempore,regulariter† confundũt
Iureconſulti. Quare Aymo Crau. conſi.
446.In iudicio hoc,num.8.verſ.Sed præ
miſſis non obſtantibus,inde voluit clan-
2 deſtinitatem† conuinci,quoniam de no-
cte aſportata,& occupata fuerant bona.

Idem Crauet.conſi.35.Ex pluribus con-
cludendum,num.11.& 12.concludit nõ
parcẽdum priuilegiatis perſonis, etiam
3 ubi agant de damno uitando,quoniam†
clãdeſtinè egerant,dum illud,quod ege
rant,nocturno egerunt tempore,Dec.in
cap.1.de fide inſtrum.poſteaquam num.
64.dixit quod fit de nocte,clã fieri,ideo
num.65.verſ.Et ideo, concludit cauen-
4 dum eſſe†Tabellionibus, ne inſtrumen-
ta nocturno conficiant tempore, quoniã
non mediocris inſurgit præſumptio ſu-
ſpicionis contra eos,quis clam acta cele
brant.Angel. in l.ſi pater §. occiſorum,
num.1.ff.ad Syllan.dicit ſtatuta condem
nãtia villas pro malefactis, ſi malefacto
res nõ conſignent,intelligẽda eſſe,quan
5 do damnum datur palam,ſecus,ſi†clam
puta nocturno tempore,& nos diximus
in cap.de Damno dato.Atque clandeſti-
6 num vocauit illud†maleficium Dec. qđ
de nocte committitur,Dec.inquam in l.
ſingularia,nu.14.uerſic.Et clandeſtinum
dicitur ff.ſi cert.pet.Felin.in cap. conſu-
luit,nu.22.verſi.Dicitur autem, de offic.
deleg.idem uoluit Bal.in l.cum fratrem,
num.1.uerſi.Quæro,quod dicatur C. de
his,quib.ut indignis.Decius iterum cõſ.
163.In cauſſa matrimoniali,num.4.uerſ.
7 Secundo non obſtat,matrimonium†no-
cte celebratum clãdeſtinum appellauit,
de quo tamen dic,ut diximus in cap. de
Matrimonio. Plot. etiam in repetit. l.ſi
quando,num.790.uerſ.Sextò limitantur
C.vnde vi,dum à damno illato,ſeu irro-
gata iniuria eximit inter dũ operarios,
& laboratores in alienis fundis operan-
tes,ſi mandatum allegauerint, & condu
ctorem demonſtrauerunt, vt ibi latiſſi-
mè per multos numeros uidere eſt atta-
men d.num.790.nunquam eos excuſat,
8 qui†nocturno tempore fuerint operati,
quoniam clandeſtinè egerunt,Ploto ad
* de de*communi teſtantem Clarum. lib.
5.recept.ſent.§.fin.quæſt.60.Dictum eſt
de defenſionibus,num.16.uerſ. Item, ſi
huiuſmodi operarii de nocte, Ioſeph
Lud.deciſ.Peruſ.103.Et ſi operarii,nu.3
uerſic.Et dummodo nocturno,part.2.D.
meum Præſ.Menoch.remiſſiue loquen-
tem,lib.2.de arbitr.iud.caſu 354. Dica-
mus nunc nu.40.uerſ.Declaratur prim
Ecquid ego in immenſum ex particulari
bus exemplis propoſitionem hãc conor
illuſtrare.Quoniam vix eſt reperire Do
ctorem de nocturno tempore aliquid p-
tractantem,quin ad ſuum comproban-
dum inſtitutum, ijs vtatur iuribus, eaſ-
que adducat authoritates, quæ de acti-
bus clandeſtinis loquantur,vt etiam vi-
deri poteſt hos confundens terminos Ti
ber.Decian.conſ.92.Circa primum, nu.
14.verſ.Quarto principaliter,uol.2. Idẽ
Decian.conſi.18.Ex prædicta,num.304.
uerſ.Quinimo,vol.1.Gram.conſ.l.crim.
22.In cauſſa ſtrenui,nu.1.uerſ. Et quod
ob nocturnum tempus dicatur clande-
ſtinum, poſt Bald.in l.cum fratrem, C.
de his,quibus,vt indignis,Alex.conſil.1.
vol.3.

Interim ſcito nocturnum tempus in-
ducere clandeſtinitatem præſumptam
9 quare†integrum erit aduerſario demon
ſtrare etiam nocturno tempore, tot in-
terceſſiſſe,vt actus non clandeſtinus,ſed
10† palam celebratus dicatur, Plot. loco
cit.numer.790.in fin. verſi.Item excuſa-
tur, poſt Crauet.conſil. 205. Pernocta-
tio, D.meus Præſ.Menoch.conſi.38. Hac
in propoſita,nume.34.uerſic. Nam non
dicitur, Idem de arbitr.iud.lib.2. caſu
194.Quoniam num. 19.verſi.Clam.Nec
hoc repugnat ex parte rei,idem enim v-
no reſpectu poteſt dici fieri clam, alio
palam,quare licet nocturni temporis ra
tione habita,poſſit quid dici factum clã,
alio tamen reſpectu poteſt dici factum
palam,& ſequitur tunc regula in propoſi
to,quod quoties aliquid dici poteſt clã
factum vno reſpectu, & alio reſpectu
11 palam, non nocet† clandeſtinitas,quia
intelligitur patefacta,Bartol.in leg.non
intelligitur §. ſi quis palam. ff. de adul-
ter.Ruin.conſil.149.Quia dilexiſti, nu-
me.42.uerſi.præterea, libr.5.regulariter
.n.non dicitur clandeſtinum,quod quo-
cunq; pacto fit,ſed quod taliter fit,vt ad
notitiam alterius venire non poſſit, præ
12 cipueq; illius,in cuius fieri uidetur† præ
iudicium,Roman.ad l. clam poſſidere,
in princip.nume.2.verſi.Nota, in uerbo
Poſſeſſionem ff.de acquir.poſſeſſ. Decia
nus

nus conſil.81. Quæritur ergo,nume.33. uerſ.Item clam,uol.4.Crauet.conſ.105. num.5.Idem Decianus conſ.61.Amplector,num.14.verſ.Et clam,uol.5.

DE ARBITRARIIS Cap. XC.

SVMMARIVM.

Te quidem Domine omni tempore,ſed
in hac potiſſimum nocte glorioſius præ
dicare,&c. Atq;in collecta dicitur De⁹,
qui hanc Sacratiſſimam noctem gloria
Dominicę reſurrectionis illuſtras. Et
uerba illa.Hæc nox,toties in benedictio
ne ipſius cærei repetita, Nauarr.de ora-
tione,

Digitized by Google

ſtione,& Horis canonicis,capit.3.nu.42. verſic.Sequitur quinto.Hodie uero licet tantum regulariter tribus caſibus.

7 Primò in ſacratiſſima nocte†Natiuitatis dominicæ reſpectu primæ miſſæ tantum,Nauar.conſ.8.Quæſitum eſt primo de celebrat.miſſ.conſ.lib.3.tex.in cap.nocte,in princ.de conſecrat. diſtin.prima, gl.in cap.conſuluiſti,in uerbo Natiuitatis,de celebr.miſſ.& eſt collecta. Deus, qui hanc ſacratiſſimã noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere,&c.

8 Secundò ad inſtantiã†præpediti Epiſcopi,Nauarr.de Peccat.cler. quoad ordines cap.25.nu.85.uerſ.Et qui noctu,gl. in ca.quoniam Epiſcopi,in uerbo Indulgemus,de priuil.in 6.

9 Tertiò,ſi† infirmus in extremis laboret,ob Euchariſtiæ defectum,miſſam ante lucem dici poſſe D.Antoninus ait, de quo Nauar.in d.tit.de Peccat. Clericorũ quod ordin.c.25.nu.85.verſ.Nam, & de Epiſcopi,quod licet ex D.Antonino poſ-

10 ſit fieri de†licentia tamen, aut Epiſcopi,aut alterius ſuperioris,ex Nauarr. tamen poteſt adhuc confici ſine licentia

11 †Epiſcopi abſentis.Abſentem autẽ hoc

12 caſu dico ego†eum, qui ſine mora præiudiciali infirmi conſuli non poteſt.

13 Ex priuilegio autẽ† ſummi pontificis res non habet difficultatem, ut etiam hodie Ticini in Ampliſſimo Borromæorũ Collegio,& alibi,miſſa de nocte celebratur ex benignitate pontificia,ut ſcholaſtici in ſua ſtudia quique accuratius incumbant.

DE HORIS CANONICIS Cap. XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Hora Canonica ſunt octo ex Nauarra.*
2 *Hora Canonica ſunt ſeptem ex communi.*
3 *Hora Canonica diuiduntur in nocturnis & diurnas.*
4 *Hora Canonica,qua ſint diurna,& qua nocturna prima opinio.*
Secunda opinio nu.5.
Tertia opinio,nu.6.
Secunda placet Authori,nu.7.
8 *Hora Canonica diurna, an poſſint nocturno tempore recitari,& è contra.*

ARGVMENTVM.

¶ Horas Canonicas ſeptem tantum ex communi,in diurnas,& nocturnas referantur.Quæ ad nocturnas referant ur,quæue ad diurnas. An noctu horæ diurnæ,an interdiuno diurnæ poſſint recitari.

LICET Nauar.in trac.de Oratione,& Horis Canonicis ca.3.nu.27.ver.Quãuis Ioannes,poſt Archid. in ca.presbyter 91.diſt.uideatur illam magis opinionem probare

1 vt ſint†octo horæ Canonicæ, Matutinũ, Laudes,Prima,Tertia,Sexta,Nona, Veſperæ,& completorium,quia in pſalmo 118.non dicatur ſolũ,Septies in die laudem dixi tibi, ſed etiam, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ut etiam eſt palea in cap.presbyter §.prophera decente 91.diſt.& text.in ca.1.de celebra.

2 miſſ.*communiter tamen ſeptem† dicũtur,Matutinum,Prima,&cæt.Francol.in tract.de Tempor.hor.canon.ca.6. & ca. 12.D.Alex.Moneta,de diſtribut.quotid. par.1.quæſt.3.nu.13.uerſ.Accedit ẽt,*dẽ Nauar.d.c.3.nu.27.verſ.Duodecimò dico,iuxta illud gl.fin.in c.1.de celebr.miſ

Hæ ſunt ſeptenis propter qua pſallimus horis.
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis. Cauſſam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit. Latus eius Nona liperit.
Veſpera deponit,tumulo completa reponit.

3 Hæ horæ Canonicæ,in†nocturnas diuiduntur,& diurnas,Moneta d. tract. de Diſtributionibus quotidianis,par.2.q.1. num.2.verſ.Secunda concluſio,& par.1. quæſt.

quæſt.4.nu.13.verſ.Minus etiam addidimus,& eſt tex.in extrau.Cum nonnullæ la p.§.Præterea,de præbeut.& dignit.

Quæ autem ſint nocturnę horę,& quę diurnæ,varias vidi ego opiniones.

Prima fuit opinio Cardinal. in clem. 1.§.1.de relig. & vener. ſanct. & not. in
4 cap.1.eo.quod appellatione† diurni officii intelligatur Tertia,Sexta,Nona,&Veſperæ,nocturni verò,Matutinum,Prima, & Completorium.

5 Secunda fuit opinio, quod† ſolum Matutinum referatur inter nocturnas horas,Prima verò,& cæterę horæ referantur inter diurnas,de hac Nauarr.de Oratione,& horis canonicis,cap.3.num. 27. uerſ.Tum quod Agathenſe.

6 Tertia opinio,quod† Matutinum cum laudibus; Veſperæ præterea, & Completorium ad officium nocturnū pertineat. Prima vero Tertia, Sexta, & Nona, ad diurnum.

Mihi placet magis ſecunda opinio, quod
7 † ſolum Matutinum cum laudib. pertineat ad officium nocturnum, cæteræ omnes horæ ad diurnum referantur.

De Matutino,quod ſit nocturnum officium, ex eo patet,quod in nocturnos diuiditur, & etiam demonſtratur ex Hymno.

Pulſis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte quæramus pium:
Sicut prophetam nouimus.

Rurſum ex alio Hymno.

Nocte ſurgentes uigilemus omnes,
Semper in pſalmis meditemur,atq;
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos.

Cæteras horas eſſe diurnas ſatis probauero,ſi demonſtrauero duo extrema, Primam ſcilicet, & Completorium ad diem referri.

De prima eſt Hymnus.

Iam lucis orto ſydere
Deum precemur ſupplices,
Vt in diurnis actibus,
Nos ſeruet à nocentibus.

De Completorio alter Hymnus.

Te lucis ante terminum
Rerum creator poſcimus,
Vt ſolita clementia
Sis præſul ad cuſtodiam.

8 An autem diurnum officium poſſit† nocturno tempore recitari, & nocturnum diurnis horis,quod publicè, quod priuatim, vide omnino Nauarr.& Monet.locis cit. Couarr.Var.reſ.lib.4.c.19.nu.9.

DE DISTRIBVTIONIB. Quotidianis.cap.XCV.

SVMMARIVM.

1 Diſtributiones quotidianæ quomodo definiantur.

2 Diſtributiones quotidianæ non ſolum debentur pro diurnis horis,ſed etia pro nocturnis.

3 Diſtributiones quotidianæ,dum definiűtur, quod ſint diurnum ſtipendium,quomodo et pro nocturnis debeantur horis.

4 Horæ Canonicæ plures ſunt diurnæ, quam nocturnæ.

ARGVMENTVM.

¶ Diſtributiones quotidianas,non ſolum pro diurnis horis deberi, ſed etiam pro nocturnis.

DOMINVS Alex.Mone.in ſuo tract. de Diſtribut.quotidian.par.1.quæſt.4.nu.13. verſic.Minus etiam addidimus,poſtquam definiuit Di
1 ſtributiones† quotidianas eſſe diurnum ſtipendium,quod eccleſiarum collegiatarum cleris diſtribuitur,quatenus uere, uel per iuris fictionem,diuinis officiis pro ſui muneris qualitate inſeruientes in
2 terſunt.Quærit,an pro† nocturnis hóris debeatur ſtipendium,& concludit,quod debetur,ut etiam eſt tex.in extrau. cum non-

nõnullæ la prima S. præterea, de præbẽ. ibi. Declaramus authoritate prædicta illam bladi quantitatem, & pecuniæ ſũmã, quæ pro quolibet menſe, uel hebdomada dictis canonicis miniſtrantur, nõ debere pro quotidianis diſtributionib. computari, ſed illa tantum, quę præfatis canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur, ſine fraude, Si pro nocturnis etiam debetur ſtipendium, quærit rurſum, quomodo dictum
3 ſit in definitione, quod † diſtributiones quotidianæ ſint diurnum ſtipendium, & ſoluit duobus modis. Primo, quia denominatio ſit à maiori parte, plures au-
4 tem ſunt horæ canonicæ † diurnæ, quã nocturnæ, quod an uerum ſit, uide in ca. proximo ſuperiori. Secundo, quo dies ſumitur naturaliter pro ſpacio viginti, & quatuor horarum, de quo uide, quæ nos ſcripſerimus in cap. 3. Nox quando dicatur.

DE VIGILIIS

Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Vigiliæ Eccleſiaſticæ dictæ ſunt, quia olim Chriſtiani ob cultum ſolemnitatis pernoctabant.*
2 *Pentecoſtes vigilia ieiunanda.*
3 *Vigilia cur hodie penes pernoctationem ſublata.*
4 *Vigiliarum ſolum ſuperſtes nomen, quod pertinet ad etymologiam.*
5 *Nomen quatuor modis ſupereſt, & interdũ ſine re.*
6 *Vigilia nomen perſeuerat inſpectu, antiqua conſuetudine, quia olim per noctabant.*
7 *Ieiunij bona.*

ARGVMENTVM.

¶ Vigiliæ olim ex eo dictæ, quod chriſtiani per noctarent illarũq; ſolum, penes pernoctationem, ſuperſtes nomen ex Couarr. & qua re ſuperſit nomen ſine re, noua Authoris conſideratio.

VIGILIAS Eccleſiaſticas nemo eſt ex Chriſtifidelibus, qui nõ intelligat, ritè, rectèq; ſeruandas iuxta præceptũ S. Matris Eccleſiæ.
1 Vnde aũt dictę ſint † vigilię docet Petrus Greg. Tholo. par. 1. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib. 2. c. 17. Quia ferię feſtiuæ, nu. 2. uerſ. Veſpera pcedens, vigilias ſcilicet dictas eſſe, qa olim Chriſtiani ob cultum ſolẽnitatis in orationibus pernoctabant. Idq; Baſilij Magni comprobat authoritate. Iam inde ex media nocte uenientes ad ſacrum martyrum tẽplum, Deum ipſum martyrũ per hymnos laudantes, ſuſtinuiſtis uſq; ad hanc diem, noſtrum aduentum expectantes. Vobis quidem igitur, & ſomni, & quietis, quæ in honorem martyrum, & Dei adorationẽ impendiſtis, præſto eſt merces. Et eſt in tex. in cap. Noſſe, 76. diſtin. Noſſe credo uos fratres, inquit tex D. Ambroſio, Non minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quam Sanctum Paſcha curauimus. Tunc. n. ſicut modo
2 fecimus, ieiunauimus † Sabbato, uigilias celebrauimus orationibus pernoctãtes inſtitimus, unde neceſſe eſt, ſimilem obſeruantiam ſimilis lętitia ſubſequatur.

Hodie autem, inquit Coua. lib. 3. Variarum reſolut. cap. 19. Feſti dies olim, nu. 10. uer. Verum pernoctationes, pernoctationes iſtas, & vigilias apud Eccle-
3 ſias non † ita facilè admittunt Epiſcopi ea ratione, quod experimento cognouerint, frequentiſſimè uigilantes tẽpus abuti, eaq; temere, ac paſſim multis ſceleribus, crapulis, & ingurgitationibus polluere in maximum Chriſtianæ religionis diſpendium, & grauem ignominiam, atq; ideo uigilię, quę olim apud Chriſtianos erant in uſu in ſolemnitate Paſchę, & ad martyrũ ſepulchra, ſublatę ſunt Epiſcoporum, & Pontificum au-
4 thoritate, nomine † duntaxat ſuperſtite. Hęc Couarr.

Sed

Sed quomodo ſuperſtites eſt nomen ſi ne re, qualitas ſine ſubſtantia?

5 Dico ego reſeruari † nomen penes rê, ex actu, ex potentia, ex officii debito, ex antiqua cõſuetudine, ex actu, res eſt manifeſta, ex potentia, qui nõ imperat, ſed imperare poteſt, qui non tegit, ſed regere poteſt, ẽ adhuc Imperator, & Rex, ex officii debito, qui datur tutor, pupillum nõ tenetur, quia tamen ex officii debito pupillum tenetur tueri, ideo adhuc eſt tutor; ex antiqua conſuetudine, quia olim poſſeſſio habet pedum poſitionem, ideo adhuc dicitur poſſeſſio, licet pedes non ponantur; rurſum, quia taberna claudebaẽ olim tabulis, ideo adhuc taberna dicitur, licet tabulis non claudantur. Tandem, quia olim euigilabant,

6 dictę † ſunt uigilię, perſeuerat adhuc nomen, licet non pernoctent, uigiles, anti qua inſpecta conſuetudine.

Sed & hodie, attento ieiunio, magis

7 dicitur Deus † euigilare. Qui corporali ieiunio, dicitur in præfatione, quadrageſimali, uitia cõprimis, mentẽ eleuas, uirtutem largitis, & præmia.

DE IEIVNIO

Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunii bona.*

2 *Ieiunans poteſt, ſeruatis ſeruandis, ueſpertino uti Symbolo.*

3 *Ieiunans non poteſt in ſumendo prãdio ordinem inuertere, & ſymbolũ ueſpertinum ſumere de mane, prandium in ueſperũ differre,*

Niſi neceſſitas aliqua aliud perſuadeat. n. 4.

Seu nec hoc poteſt fieri ratione conſuetudinis, quæ nullibi eſt ex Nauarr nu 5.

6 *Vigilia Natiuitatis D.N.I.C. ex Inſubria cõſuetudine de mane nihil ſumitur & prãdium in Veſperum differtur.*

7 *Magis laudat Author, ut eo quoq; die cibus ſumatur in meridie, & quare, num: 7.*

8 *Ieiunio non obligatur, qui ideo tota nocte calens non dormit ex Nauar.*

9 *Ieiuna debet eſſe deliberatio; & nocturna.*

ARGVMENTVM.

¶ Nonnulla de ieiunio in ordine ad nocturnum tempus obſeruata.

IEIVNII bona, quę ſint, iam diximus breui compendio concluſa à Sancta Romana Eccleſia. Qui † corpo- 1 rali Ieiunio uitia comprimis, mentem eleuas, uirtutem largiſis, & pręmia. Illius plura cum poſſunt apud antiquos ſummiſtas uideri, tum nouiſſimè, & apud Petrum Grego. Tholoſ. in ſyntag. Iur. uniuerſ. part. 1. libr. 2. capit. 18. Poſt uigiliarum, in tit. de Obſeruatione ieiuniorum, Nauarr. in 4. part. capit. 21. in titu. de Secundo pręcepto Eccleſię de Ieiunando, & Couarr. libr. 4. uariar. reſolut. capit. 20. Quamuis ex ſola. Sit ſatis ea obſeruare quę ad nocturnum tempus referuntur, quorum.

Alterum illud eſt ex Nauarr. loco cit. num. 13. & num. 14. quod licet poſſit ie- 2 iunans ueſpertino uti † ſymbolo, quam callationem appellãt, ſeruatis tamẽ ſeruandis, non tamen ordinem inuertere 3 licet, ut quis collatione † ueſperi uſitata, de mane utatur, prandiũq; in ueſperum differat ex Caiet. ibi allegat. niſi medici ne cauſſa, debilitatis, complexionis, uel 4 alterius † neceſſitatis ratio, aliud perſuadeat. Et quod magis eſt dicit Na- 5 uarr. loco cit. nec hoc poſſe fieri † ratione ullius conſuetudinis, quia nullibi eſt talis, inquit Nauarr.

Rurſum in Inſubria uiget cõſuetudo 6 illa, ut in † uigilia Natiuitatis D.N.I.C. de mane nihil ſumatur, prandiumq. in ueſperum affertur.

Ego, & ius commune ea die obſeruaui aliquando, ut meridianis horis prandium ſumerem, & aliquando cum conſuetudine in ueſperum prandium diſtuli. Et omnibus perpenſis, placuit magis 7 in † meridie prandere, quam veſperi. Veſperi. n. vbi prãſus sũ, ſomno, ciboq. ſepultus totã noctẽ obdormij, vbi vero in

ſi meridie prandium ſumpſi, magis per uigil, atq; excitatior, nocturnis precib', & ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio ea nocte, ſuauè, q̄, ꝙ dici poſſit, maximè, interfui.

Alterum eſt, quòd, dum à Nauar. poſt Felin. in cap. cùm acceſſiſſent, nu. 22. de conſtit. pleriq; eo loco excuſantur, qui ieiunij leges non obſeruant, ij quoq; nu. 16. in fin. eximũtur, qui tam infirma ſunt complexione, vt vacuo ſtomacho, capitis dolorē, uel uertiginem patiantur, aut
8 tota † nocte calentes dormire nequeant.

Atq; vt vltima primis reſpōdeant. Inter bona ieiunij, quia diximus eſſe illud, ꝙ mens eleuatur, ideo, dum aliàs diximus in cap. de Cōſilio, & Pręparatione, In nocte conſilium, declarauimus intelligendam illā parœmiam de parte illa noctis, qua dicimur ieiuni. Ideo præter ea, quę ibi diximus, ſcripſit Fran. Viuius deciſ. 302. Decretatio, nu. 16. verſ. In tũ,
9 ꝙ deliberatio debet eſſe † ieiuna, & nocturna, & ſic ſemp̄, inquit Viuius, delibera ieiuno ſtomacho, & digeſto cibo, q̄a tunc ſenſus melius viget, & intellectus clarior reperiē, cap. ſanè, 5. q. 1. cap. honeſtū 22. q. 5. cap. 1. vbi Abbas, de teſtibus.

DE ELECTIONE Beneficiarij. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarij electio fieri non poteſt nocturno tempore.*
Temperat Author num. 2.
2 *Electio beneficiarij clandeſtina non valet.*
4 *Electio beneficiarij, quando non poſſit fieri de nocte.*
5 *Electio, quid ſit ex Authore.*
6 *Reſignatio, quid ſit, ex Authore.*
7 *Electio conſueuit fieri de mane.*
Infertur ibid.
8 *Electio nocturna, quo ad forum conſcientiæ, valet, ex Nauarr.*

ARGVMENTVM.

¶ Beneficiarij electionem dum negant alii poſſe nocturno tempore fieri, eam opinionem temperat Author. Quid ſit Reſignatio, & quid Electio, noua de utraque Authoris definitio.

1 ELECTIONEM in † beneficijs de nocte fieri non poſſe, & factam nullius eſſe momenti ſcripſit Felin. in cap. conſuluit, num. 20. verſ. Secus in electione de off. deleg. ex Abb. in cap. 1. de cland. deſpon. Ioan. de Selua in tractat. de Benef. quæſt. 17. nu. 3. verſ. Secundò, pro parte negatiua.

Sed certè Abbas in cap. 1. nu. 2. verſ. Secus in electione, de clandeſti. deſponſat. Idem in cap. ut noſtrum, nu. 18. verſ. Et credo, quòd, ut benef. eccleſiaſt. & gl. in d. cap. ut noſtrũ, in uerbo Occulta, & tex. tandem in cap. quia propter §. fi. de elect. quibus oībus in locis de electionis materia in propoſito pertractatur, non dicunt, quòd electio facta de nocte non
2 ualeat, ſed quòd † clandeſtina, & occulta electio facta non ualet, poteſt autem eſſe, quòd nocturno fiat tempore, & quòd palam; Quid enim, ſi fiat hæc electio to
3 to præſente † capitulo, magnis, pluribuſ que accenſis luminaribus? Et magis eſt, ut exiſtimem illam ualere, per ea, quæ dicemus in capitulo de Reſignatione beneficiorũ ex Petro Greg. Tholoſ. par. 2. ſyntag. lib. 17. cap. 17. in tit. de Vacatione beneficiorum, nu. 25. uerſ. Quamobrem, vbi reſignatio beneficij facta de nocte ualet, ſi ea intercedant, de quibus ibi conſentit Nauar. d. conſ. 2. nu. 4. uerſ. Secundò dico ſur ita intelligo ego Alc. in l. non minorē, n. 3. verſ. Vnde, & electio,
4 C. de trāſac. Rurſum, quòd electio † non poſſit fieri de nocte, id verũ eſt, ſi in electione, ſeruanda ſit forma cap. quia propter, de elect. ſecus in alia electione, quę ſi fuerit facta occultè, clandeſtinè, & nocturno tēpore, ualebit nihilominus, ita poſt Abb. in cap. unico, ut eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferantur ibi alleg. ſcripſit Ioan. de Selua in tract. de Benef. par. 3. quæſt. 17. nume. 4. uerſ. Et illud, do

Q electio-

electione,Nauar.lib.1.conſil.in tit.6. de Electione,conſ.2.Definitorium,num.1. verſ. Reſpódeo,qui allegat tex.d.cap.1. ut eccleſ.beneſ. Parum autem differre exiſtimo,ſi quid differt,electionem à re
5 ſignatione : ſicut.n.†electio eſt vnius,ut
6 plurimùm,ex pluribus,à pluribus;ita † reſignatio fit vni ex pluribus ab vno.

Bene,ſi id,quod fieri conſueuit inſpiciamus nedum de nocte fieri prohibeī electio,ſed etiam interdiu,ipſo excepto mane,ideoq; citatus ad electionē,debet de mane ad illam accedere, cum ea ho-
7 ra†electio fieri conſueuerit,Innocen.in cap.cum nobis, de elect. Dec. vbi alios congerit, in cap.conſuluit, nume.24.de
8 off.deleg.Tandem valere quoad forum† conſcientiæ electionem nocturno tempore factam ſcripſit Nauarr. d.conſil.2. nu.4.verſ.ſecundò dico, in quo ſenſu benè dicit Alc.in l.non minorem,n.3.verſ. Vnde C.de Tranſact.
ſi.2.Definitorium,in princ.Hi autem ex ſacroſancto Concilio Tridentino, ſeſſ. 25.in tit.de Regularibus cap. 6. In electione ſuperiorum, rectè, & ſine fraude
2 vlla,per vota†ſecreta eligēdi ſunt. Quærit loco cit.Nauarr. an valeat ſuperioris electio facta per definitorium nocturno tempore ſine lumine artificiali, & concludit, quòd de iure antiquo valebat et
3 †ſine candela, non ſolum quò ad forum conſcientiæ,ſed etiam quò ad forum exterius. Hodie verò non valet ſuperiorū
4 electio eiuſmodi†tempore facta,ſaltem ſine lumine artificiali, ſtante Tridentinæ ſynodi decreto, vt electio ſuperiorū ſecretis fiat ſuffragijs;& benè.Aut enim
5 †declaranda erunt,& manifeſtanda ſuffragia ; aut fraudi facillimè locus erit, quorum utrunq; ſanctæ aduerſatur Synodo. Videndus omnino Nauar.d.conſ. 2.& præcipuè nu.4.verſ.Secundò dico.

DE DEFINITORIO Cap. XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſuperiorum pertinet ad definitorium Capituli.*
2 *Definitores capituli ſunt per uota ſecreta, ſine fraude, eligendi.*
3 *Definitorum electio ualebat olim nocturno tempore, etiam ſine candela.*
Hodie nequaquam, num. 4.
Rationem reddit Author num. 5.

ARGVMENTVM.

¶ Hodie Definitorum electionem non ualere nocturno tempore ſine lumine artificiali.

ELECTIONI beneficiarij non diſſimilis prorſus,ſed nec longius remota eſt ſuperiorum
1 electio, quam ad † definitorium capituli ſpectare ſcripſit Nauar.lib.1.Cōſil.in tit.6.de Elect.cō

DE COLLATIONE Beneficiorum. Cap. C.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta nocturno tempore eſt ſuſpecta.*
Valet tamen,nec irritanda eſt, num. 2.
3 *Collatio clandeſtinè facta, eſt ſuſpecta, non autem nulla.*

ARGVMENTVM.

¶ Collatio beneficij, licet nocturno tempore ſuſpecta, non tamen ea ratione ſimpliciter irritanda.

COLLATIO verò beneficij, licet nocturno tē-
1 pore ſit † ſuſpecta, Petr. Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ.par.2.lib.17. c.12.Comprehenditur,nu.14,ver. Si palā nō fiat,illā tñ nocte celebratā valere, nec

2 nec irritandum† eſſe uoluit Felin. in ca.
conſuluit num.20.uerſ. Collatio benefi
cij,de off.de leg.Abb.in cap.primo, de
cland.deſpõſat.& alii,de quibus Flami.
Pariſ.de Reſignat.benefi. lib. 12.quæſt.
8.num.39.uerſ.Et hac ratione, tomo.2.
Nauarr.conſ.lib.1.in tit. 6.de Electione
conſ.2.Definitorium,nu.1.uerſ.Reſpon
deo,qui ſolũ allegat Abb.faciũt,ea,quę
cõmuniter ſcribunt doctores,ut ſcilicet
3 collatio† clandeſtinè facta ſit ſuſpecta
quidem,non tamen nulla, gloſ.in ca.1.
in uerbo Occulta. Vt eccleſ.benef. ibid.
Abbas num.18.uerſ.Et credo, Idẽ Abb.
in cap.primo, de clandeſt.deſponſ.n.2.
Ver.Idẽ eſt in collatione beneficij,Dec.
in dicto cap.conſuluit, num.32. uerſ.Et
idẽ in collatione, Andræas Barbat. conſ.
6.Scriptum eſt,num.24.uerſ.Et idem di
cinus,lib.1. latiſſime diſputando Io.de
Selua in tract.de Benef.par.3.quæſt.17.

DE OPTIONE Canonica. Cap. CI.

SVMMARIVM.

1 *Optio canonica poteſt fieri nocturno tempore.*
2 *Optio non requirit electionem.*
3 *Optio potius ad factum pertinet.*
4 *Optare poteſt etiam excommunicatus.*

ARGVMENTVM.

¶ Optio canonica,quia potius ad factum pertinet, etiam nocturno tẽpore fieri poteſt.

1 OPTIO autem Canonica nemini dubium eſt,
quod ea † nocturno tempore fieri poteſt, cum
nullam deſideret colla-
2 tionem,nec† electionem,
3 pertinet.n.potius ad factum,& meram†
acceptionem optantis, Couarr. ad cap.
Alma mater,par.1. §.7. Vndecimo præ-
ter alios,nu.4. uerſ.Duodecimò admo-
nendum eſt ſentent.excommun.in 6.Et
quidem, ſi liceat arguere à tempore ad
perſonas,& è contra,ut aliquando fecit
I.C.in l.qui plures,la 2.ff.de uulg. cum
4 optare quilibet poſſit etiam † excommu
* nicatus, ut ex deciſione* Rotæ Roman.
* dicit Couar.loco cit.& hanc eſſe** com
muniorem, ueriſſimam ſcripſit nouiſ-
ſime D.Alex.Moneta in ſuo tract.de Op
tione canonica,cap.4.nu.24. uerſ. Quibus
tamen non obſtantibus: Ergo &
quolibet tempore, atq; ideo etiam nocturno.

DE MATRIMONIO Cap. CII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium nocturnum an ualeat.*
2 *Matrimonium nocturnum,an ualeat, negocium referunt DD.ad clandeſtinitatem.*
3 *Matrimonium,quæ requirat ad ſui ualiditatem.*

ARGVMENTVM.

¶ Matrimonium nocturnum, dum refertur ad clandeſtinitatem, quid ualeat.

MAtrimonium nocturno tẽ-
1 pore contractum, an †
ualeat, illud eſt, in quo
conſuluerunt, & Alexan.
de Neuo inter conſ. Alexand.
de Imola, conſ.99. In caſu prædicto,lib.3.Dec.conſ.163.
In cauſſa matrimoniali, nume.5. & Alciat. reſpon.
5.Viſo proceſſu, Barbat. conſ.54. uol.1.
Idem conſ.6.Scriptum eſt præclare, nume.25.lib.1.
Iacob. Leoniſſa inter conſilia matrimonialia,conſ.49.
In hac materia,num.7.par.1.Io. de Selua in tract.
de Benef.par.3.quæſt.17.num.4.verſ.Et
pro iſta parte,Celſus Hug.cõſ.120. Et ſi
dici poſſit,nu.62.uerſ. Nec obſtat, Rol.
à Valle conſ.3. In cauſſa inquiſitionis,

Digitized by Google

num.42.uol.3.qui omnia propè referũt
2 ad†clandeſtinitatem.

Hodie res eſt clara ex Sacroſancta Sy
3 nodo Tridentina ſeſſ.24.in tit.de Reformat.Matrimonij,cap.1.Vide ibi.

DE RESCRIPTIS

Cap. CIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta nocturna ualent.*

2 *Innocentia in nocte creationis plures ſupplicatieuem ſignauit.*

Reprehenduntur Flaminio,& alijs eiuſmodi ſignationeſ,quia eſſent facta in cõclaui, num.3.

Se remittis Author diſpeſitioni, & determinationi Sanctæ Matris Eccleſiæ,num.4.

5 *Authoris proteſtatio erga S.Matrem Eccleſiam.*

ARGVMENTVM.

¶Reſcripta nocturna ualere Innocentii Pontificis Maximi teſtimonio comprobatur.

IPſos etiam ſupplices libellos nocte expediri poſſe nõ eſt aliquo ambigendũ pacto,re
1 ſcriptaq; † nocturna ualere illud unũ ſufficiat teſtimoniũ,q̃ In
2 nocẽt.Sumus Põtifex in†nocte ſuę creationis plures ſupplicationes ſignauit, Gemin.c.ſi.de cõceſſ.præbend.in 6. Flamin. Pariſ.qui alios adducit in ſuo trac. de reſignat benef.li.3.q.18. Et quia iter has,n.108. uerſ. Vbi docet Innocẽtium.
3 Verum eſt,quod Flamin.dixit eo loco† inualidas eas ſignationes, ſed non dicit inualidas ea ratione,quia fuiſſent ſignationes factæ nocturno tẽpore, ſed quia
4 erant factæ in conclaui,de qua re†ego, ſicut,& de omnibus,me omnino ſubiicio diſpoſitioni, & determinationi San
5 ctæ Matris Eccleſiæ, pro qua maxime † paratus ſum proprium ſanguinem animo profundere libentiſſimo. Sic me D. O.M.adiuuet.

DE DEPOSITO

Cap. CIV.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum fit gratia ſolius deponentis.*

2 *Depoſitum no eſt,ſed mutuum, ubi quis ex depoſito aliquid prætendit.*

3 *Vſura eſt recipere quicquam ex depoſito.*

4 *Vſura committitur in ſolo contractu mutui. Siue mutuum ſit explicitum ſiue implicitũ, & interpretatum num.5.*

6 *Depoſitarius quando ad inſtar mutuatarij teneatur etiam de caſu fortuito.*

7 *Depoſitum vbi aliquid ratione cuſtodia datur,tranſit in uim locationis,& conductionis.*

Et ijs ſubijciuntur legibus contrahentis, quibus conductores,& locatores, num.8.

9 *Depoſitarius purus de ſolo tenetur dolo, ſeu culpa latiore.*

10 *Depoſitarij negligentia ſupina latiori culpa comparatur.*

11 *Depoſitarius dicitur eſſe in latiori culpa ſi rem apud ſe depoſitam,nocturno tẽpore in uia reliquerit.*

Vel etiam media nocte oſtium apertum dimiſerit,num.12.

ARGVMENTVM.

¶Depoſitum, interdum in mutuum tranſire, interdum in locationem,quatenus utroq; caſu obligetur depoſitarius.Regulariter uerò depoſitarium non teneri, niſi de dolo,latiore culpa, uel ſupina negligentia,quæ binis concluditur caſibus in ordine ad nocturnum tempus.

DE

DEPOSITVM gratia ſo
lius deponentis celebrari,
ſi illius non mentitam cō
ſideremus naturam, ſunt
iura† clara, ideoque nihil
ea de re expoſcere poteſt,
aut paciſci depoſitarius, ſed nec depo-
nens, quod ſi deponens ex depoſito præ
tendat aliquid à depoſitarius, iam mani-
2 ſtè depoſitum non eſt, ſed† mutuum, qđ
non obſcurè patet, ſiquidem aliquid re-
3 cipiens ex depoſita pecunia vſuram† cō
mittit, latè Ripa in l. ſi uentri §. in bonis
menſularii, numer. 3. & 4. ff. de priuileg.
credit. uſura autem in ſolo committitur
4 contractu† mutui, Abb. conſi. 15. Quæri-
tur an prædictus, nu. 2. uerſ. Ex contractu
uerò, par. 1. Idem conſ. 114. Attingendo
primum, num. 1. par. 2. notatur in ca. con
queſtus, de vſur. & patet ex uſurarum de
finitione, ſiue modo is ſit contractus mu
5 tui† ueri, & expliciti, ſiue impliciti, & in
terpretati, quale eſt depoſitum hoc ca-
ſu, Decian. conſ. 2. nu. 11. lib. 1. de quo D.
mèus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 123. Recepta eſt, nume. 1. ubi
* de* recepta omnium ſententia, Idem cōſ.
109. nu. 28. lib. 2. Viuius opin. 1051. Cou.
lib. 3. variar. reſol. c. 7. Annui reditus, nu.
2. uerſ. Secundò hoc idem conſtat, & eſt
text. in cap. ad noſtram, de empt. ca. illos
uos, de pignor. & cap. in ciuitate, de u-
6 ſur. quare depoſitarius† eo caſu, ad inſtar
mutuatarij, tenebitur non ſolum de do-
lo, lata culpa, leui, & leuiſſima, ſed ēt de
caſu fortuito §. itē is cui Inſt. quib. mod.
re contrah. oblig.

Vbi uero depoſitarius aliquid conſe-
quitur cuſtodiæ gratiæ, egreditur contra
ctus manifeſſimos depoſiti limites, &
7 induit naturam† locationis, & conductio
nis, tex. & ibi Caſtr. in l. 1. §. ſi ueſtiméta
ff. depoſiti, atq; ijs cōtrahentes ſubiiciun
8 tur legibus, quib. locatores, & † conducto
res, ibid. culpæ ſcilicet, gl. ibid. in uerbo
Dumtaxat, de quo etiam Dec. conſi. 473.
Creditur in effectu, nu. 2.

Purus autem, & uerus depoſitarius, de
9 ſolo tenetur † dolo, ſeu culpa latiore, d.
§. ſi ueſtimenta, & l. quod Nerua ff. eo. cul
pæ autem. i. deſidiæ, & negligētiæ eo no-
mine, nec argui, nec damnari poteſt de-
poſitarius, ſed ſuæ facilitati imputet de-
ponēs, dum amico negligenti rem ſuam
cuſtodiendam tradit, §. præterea, inſtit.
quib. mod. re contrah. oblig.

10 Fallit, ſi negligentia ſit † ſupina, quæ
præſumpto dolo, uel latiori comparabi-
tur culpæ, ideoq; rem apud ſe depoſitā
11 † noctu in uia relinquens, tanquam dolo
præſumpto; ſeu latiori culpæ obnoxius,
eandem furto ſublatam ex propria ſub
ſtantia deponenti reſtituere cogetur, D.
meus Sfor. Odd. in ſuo tract. de Reſtitut.
in integr. par. 2. quæſt. 83. art. 1. nu. 5. verſ.
Exemplum uero. Quod etiam locum ſibi
aſſumet, ſi quiſpiam oſtium dimidia no-
12 cte† apertum dimiſerit, in maxima. n. di
citur eſſe inaduertentia, quæ lata eſt cul
pa, Bal. in l. ſolam, nu. 13. uerſ. Item ſi uo-
lo C. de teſtibus.

DE DONATIONE Cap. CV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a formoſa formoſo non valet.*
2 *Donatio facta a formoſo formoſa ualet.*
3 *Clericus non poteſt donare concubina, alias bona ab ea, tanquā ab indigna, auferūtur.*
Quæ tamen opinio uidetur dura Gama, nu 4.
5 *Donatio, quando reddatur nulla ratione loci.*
6 *Donatio facta nocturno tempore, præſumitur doloſa.*
Donec contrarium probetur, nu. 7.
8 *Nocturna non omnia dicuntur clandeſtina.*
9 *Donatio nocturna, quando præſumat doloſa.*
10 *Donatio etiam nocturna, minus ſuſpecta eſt, ubi ſit in præſentia conſanguineorum nullū intereſſe prætendentium.*

ARGVMENTVM.

¶ Donationem factam a formoſa for
moſo, nullam eſſe, aliquam uero,
quæ a formoſa formoſæ. quid ſi
adſit nocturni temporis circun-
ſtantia.

DONATIONEM ex
pluribus reddi inualidam
ob doli ſuſpicionem ſcri-
pſit Aug.Beroius conſ.59,
licet de ſimplici per totũ,
1 vol.p.Interdum ratione †] perſonæ , ut
quando formoſa adoleſcens pulchro iu-
ueni donat, ſubeſt etenim doli ſuſpicio
re ipſa ex timore inhoneſtatis , Beroius
loco citat.numer.13. per text.in l.fin.in
fin.cum gl. ff. de action. & oblig. & ibi
Alex. in apoſtil. ad Bar. & Paul.de Ca-
ſtro in l.poſt contractum ff.de donat. li-
2 cet facta a iuuene † formoſo pulchræ
adoleſcenti valeat , etiam ſi ſubſit ali
qua ſuſpicio in honeſtatis, Bero. dicto
nu.13.per tex.in l.affectionis ff.de donat.
Quo caſu , vbi donatio nulla eſt ex ſuſpi
cione inhoneſtatis,quæ damnatã a iure
ſaperet turpitudinem,forte nõ male di-
ceret,qui vellet donationẽ, nullam qui-
dem eſſe quo ad donantẽ, & donatariũ,
donata tamen ad fiſcum pertinere,& ab
adoleſcente donãte,tanquã ab indigna,
3 auſerenda,per ea,quæ de†clerico donan
te cõcubinæ,ut donata applicẽtur fiſco,
dicit Capra conſil.127. Quidam Redo-
nelhis,nu.3.Viuius in communibus opi
nionibus,opinione 205. Donatio facta
concubinæ,nu.5.verſ. Limitatur etiam ,
Bartol.in l.Mulierem ff.de his quibus vt
* indign.& ita tandem fuiſſe *iudicatum
à ſupremo ſenatu regni Luſitaniæ,quam
4 uis ſibi uiſa fuerit†dura deciſio, teſtatus
eſt Antonius à Gama in deciſ.58.In pro
ceſſu cauſſæ,in fin.ſed certe non adeo de
miratus fuiſſet Gama hanc opinionem ,
ſi Grat.Viuium,& Bar.locis citatis uidiſ
ſet. Secus forte ſi adoleſcentura inueni
donaſſet ex nimia tantum affectione,per
ea, quæ dicuntur de donatione inter ui-
rum,& vx.

Interdum redditur donatio nulla , &
5 ſuſpecta de dolo ratione†loci,puta,quia
ultra legitimam ſummam ſit facta cõiũ-
ctæ perſonæ in domo ipſiuſmet donata-
rii;Beroius loco cit.num.2.per text.in l.
data C.de donat.maximè, ſi eſſet facta à
muliere,ut in caſu Beroij, & faciunt di-
cta Deciani conſi.32. Primò ſubſtantia ,
num.13.uerſ. Quarta coniectura eſt,uol.
3.Anchar.conſi.385.Licet pridie,num.6.
verſi.Veriſimile ergo,Crauet.conſi.142.
Claudius de Coſtis, num.18.verſic.Pro
hoc.

Interdum tandem ratione temporis,
6 quia donatio facta fuerit†nocturno tem-
pore,Beroius loco cit.num. 10.uerſ.Præ-
terea ſecunda donatio per tex.in l. dona
tio cum gloſ.in uerbo Occultè C.de do-
nat.Bartol.in l.poſt contràctum num.7.
uerſi.Quartus caſus ff.de donat.adducit
etiam Beroius nu. 11.rationem ex Bald.
in l.error in 2.cul.ibi Venio ad quæſtio-
nem in uerſ.Fallit,&c. quoniam ſcilicet
propter clãdeſtinitatem præſumitur do
lus l.1.C.de interd.matrimo.& l.fin.ff.de
rit.nupt.& quod magis eſt, uoluit Bero.
d.num.10.donationem nocturno tempo
7 re factam iuris præſumptione † dolo fa-
ctam cenſeri abſque eo , quod aliter de
dolo probetur.

Sed certè tranſcendit Beroius a noctur
no tempore ad clandeſtinitatem , neque
8 .n.†omnia nocturno tempore peracta di
cuntur clandeſtina , quid.n.ſi plures, &
nõ ſuſpecti adſint teſtes,tria proponan-
tur luminaria,& alia adhibeantur, ut oi
no ceſſet ſuſpicio clandeſtinitatis,& oc-
cultationis , profecto ceſſabit etiam ſu-
ſpicio nocturni temporis,Crau.cõſ.205.
Pernoctatio,Plot.ad l.ſi quando,nu.790
uerſ.Sextò limitantur C.vnde vi ad fi.Be
ne fateor,quòd,& reſpectu donationis ,
9 & reſpectu †;nocturni temporis,facilius
aliæ admittentur coniecturæ.uel leuio-
res,ad ſuſpectam,atque doloſam, & ar-
guendam , & condemnandam donatio-
nem,puta,quia mulier,adoleſcens , erga
adoleſcnetem,in domo donatarii , ultra
legitimam ſummam, &c. ut in caſu Be-
roij,per ea,quæ uariis in ſcribunt Deciã.
conſi.32.Primo ſubſtantia,nu.13. uerſia.
Quarta coniectura eſt , uol.3.Fran. Burſ.
conſ.165.Quamuis in cauſſa,nu.24. uerſ.
Et licet hæc ſola,libr.2.Idem conſ.40.D.
Ioannes Maria,nu.70.uerſ.Nec eſt eorũ,
lib.1.poſt plures ibi allegat.

Quæ quidem coniecturæ tunc fortio-
res eſſe debebunt,quando donatio ſit fa-
cta in cõſpectu conſanguineorum inde
10 nullũ†intereſſe prætẽdentiũ,quoniã mi
nor

nor relinquitur doloſç ſuſpicioni locus, Burſat.d.conſ.40.nu.66.uerſ. Tertio dicitur,cum pluribus ſeqq.lib.1.

DE VENDITIONE

Cap. CVI.

SVMMARIVM.

1 *Venditio poteſt celebrari nocturno tempore. Nec in dubio fraus præſumitur.num.2.*
3 *Emptor in dubio non præſumitur doli particeps.*
4 *Contractus quilibet poteſt celebrari nocturno tempore.*
5 *Actus quilibet modo,non prohibitus poteſt celebrari nocturno tempore.*
6 *Actus extraiudiciales fieri poſſunt nocturno tempore.*
7 *Venditio nocturna, facilius ex coniecturis admittit doli præſumptionem.*
8 *Actus nocturni dicuntur habere præſumptionem contra ſe.*
9 *Inſtrumenta nocturna,niſi ex cauſſa neceſſitatis ſunt ſuſpecta.*

ARGVMENTVM.

¶ Venditio, licet de nocte poſſit celebrari, nec eam ob rem in dubio fraus inſit: Facilius tamen eadem ineſſe probari poteſt.

VEndiiionem autē no-
1 cturno tempore † poſ
ſe celebrari uoluit Be
ro.eod.conſ.59.Licet
de ſimplici,n.10.cum
duob.ſeq.habereq; iu
ris præſumptionē pro
ſe, ut ſ. ſine dolo facta dicatur, donec
fraus probetur. Benè quidem. Sed malè
dum,& hoc in caſu paria facit hæc duo,
quando clam uenditio celebratur, &
quando nocturno tpe. Etenim, ut diximus,in ca.de Donatione,& in ca.de Priuilegiatis perſonis,tātç poſſunt nocturno tempore adhiberi cautelæ, ut actus
non dicatur clandeſtinus.Inſuper,quod
dicit Bero.ex Bart.in l.poſt contractum,
numer. 7. uerſi. Quartus caſus eſt ff. de
donat.vt ſcilicet uenditio facta clande-
2 ſtine,& occulto, ualeat, nec in dubio †
fraus præſumatur, donec probetur, de
eo maxime dubito, & niſi magni facerem Bartoli authoritatem, forte dictum
illud temeritatis condemnarem per
text.in l.fin. cum ibi not. ff. de rit. nupt.
& l.p.C.de Interd.matri.Quod damnauit,& Imol. licet ex modeſtia, ſub uerbo Forte,Imol.inquam, in ead. l. poſt
contractum,numer,3.uerſic.Item adde
tertio, ff. de donat. Nec facit negocium
text.quem pro ſua opinione allegat Bartol.in d.l.poſt contractum.numer.7.tex.
inquam, in l.ait prætor §. ſi quis particeps ff.de ijs,quæ in fraud. credit. in ſe
enim ſi quid colligi poteſt, id tantum
3 deducitur, quod in dubio † emptor non
præſumitur doli particeps.Sed non agitur in tex.illo de temporis circunſtātia,
ſcilicet de nocturno tempore, quo caſu
forte aliud ſanxiſſet Vlpianus I.C.illius
legis Author,& nos in cap.de Dolo.

Quod præterea pertinet ad uenditionem,licet & nos cōfirmauerimus dictū
Beroij,ut ſcilicet ualeat nocturno tēpo-
4 re celebrata,ſicut, & quilibet † contractus l.non minorem C.de tranſ.ibi. Alc.
nu.2.uerſ.Hora noctis,Dec. in cap. conſuluit,num.29.uerſ.Et prædicta concluſio,de of.deleg.Iaſ.in §.morte,loco inferius alleg.immo, & quilibet actus, mo-
5 do non prohibitus† Io.de Selua in trac.
de Beneſ.par.3.q.17.num.4.uerſ. Et pro
iſta parte,Felin. in cap.conſuluit, num.
10.verſ.Glo.in uerbo Lucē,de of.deleg.
Nauar.lib.1.conſiliorum,in tit.6.de Electione conſ.2. Definitorium,num.1.uer.
6 Reſpondeo,modo etiam ſit † extra iudicialis,Iaſ.in l.non ſolum §.morte,nu.43.
ver.Primo,quod licet ff. de op.no.nunc.
non eſt tamē actus adeo omni maior ex-
7 ceptione,quin ei multò† facilius,quam
diurnę uenditioni poſſit quilibet ex cō
trariis coniecturis merito iure inſidiari,
& dicuntur habere præſumptionem cō-
8 tra ſe†acta nocturno tēpore,Io.de Selua

loco cit.Feli n.in cap.conſuluit,num.20.
uerſ.Gloſ.in verbo Lucem,de off.deleg.
Maxime,ſi uera eſſet illa propoſitio, qd
inſtrumenta facta de nocte,'niſi ex cauſ
9 † neceſſitatis, ſunt ſuſpecta, Bal.in cap.
1.col.pen.de fide inſtrum.Iaſ.in l. More
Romano,nu.20.uerſ. Aduerte tamen ff.
de ferijs. Sed de hoc ſuo loco in cap. de
Contractibus.

DE OBLATIONE Cap. CVII.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio uerbalis non ſufficit, ubi oblatio ſim pliciter requiritur.*
Fallit in caſu l fundus, qui Lucij ff. de reſcin uendit.num. 2.
3 *Oblatio uerbalis.ſi fiat in iudicio,ſufficit.*
4 *Oblatio uerbalis ſufficit,ubi is,cui facienda eſt oblatio,dicat ſe nolle recipere.*
5 *Oblatio debet fieri congruis, loco, & tẽpore.*
6 *Paria ſunt non offerre,& offerre ſed tempore incongruo offerre.*
7 *Oblatio ſolutionis facta de nocte reijci poteſt.*
Nec ideo offerrens excuſſatur a pena,nu 8.
9 *Oblatio nocturna in cã retractus nulla eſt.*

ARGVMENTVM.

¶ Oblatio,etiam uerbalis, qua alias nolenti recipere ſatis facturi ſumus,ſi ea tamen ſit nocturna,non ſufficit.

OBLATIONEM uerbalẽ non ſufficere,ubi
1 oblatio requiritur,ſed †
realẽ deſiderari,uoluit
Bart.& alii in l. prætor
§. ſi quis paratus ff.de
ope.no.nunc. Cor.conſ.37.Memini non
multis dieb.nu.2.uol.2. Viuius communi opin. 557.Oblatio uerbalis, nume.
1.Pract.Papien.in tit.forma libelli in cã
uenditionis,in uerbo Supraſcriptũ pretium,Anchar.conſ.86.Pro faciliori ſolu
tione,num.3. uerſ.Nam primo debet offerre,idem Anchar.conſ. 135. Prima facie dicitur, in prin. Tiraquel.de Retrac.
lignag.§.1.gloſ.19. Neq; enim, num.5.
uerſ.Quáquam ſunt,& alij: Petrus Gregor.Tholoſ.in 3.par.ſyntag.iur.uniuerſ.
in tit. generali de Actionibus, lib. 26.
capit. 23. Proximus, qui retrahere deſiderat, in tit. particulari de oblatione,
num. 2.uerſ. Verum, quod liquidum;
Alex.conſ. 131.In cauſſa inter uniuerſitatem,nu. 11. uerſ. Quoniam iſta uerbalis oblatio,lib.4.Marſi.ſingul.479.Oblatio,Rom.conſ.163. Conſtitutio Curiæ,
ad fi.ubi Horat.Mandoſ.alios addit, ſub
littera C, Rolland.à Valle conſ.60. Clariſſimi iuris eſt,num. 33. uerſ. Quia reſpondetur,uol. 4. ita ut dicere poſſimus
* hanc eſſe * communem.

2 Fallit primò notabiliter in † caſu l.
Fundus qui Lucij Titij. ff. de reſcind.
uend. Alex.conſ.131.In cauſſa,num.11.
uerſ.Quoniam iſta,lib.4.

Fallit ſecundò,ſi oblatio uerbalis fiat
3 in † iudicio,quia ſufficier, l.ſi rem §.fin.
ff. de pignorat. action. Tholoſ. d. par.3.
lib.26.cap.23.num.2.

Fallit tertiò,ubicunq; is, cui fit obla-
4 tio,dicat ſe † nolle recipere, quia uerbalis eo ſufficit caſu, non etiam realis deſi
deratur oblatio,Alex.in l.ſi mora, num.
5.uerſ.Nonò fallit.ff. ſolut. matrim. doctores in l.Qui Romæ.ff.de verb.oblig.
* & hanc eſſe * communem opinionem
teſtatur Viuius comm.opin. 557. Oblario uerbalis,num.5.uer.Sed hoc non habet locum,Anchar.conſ. 86. Pro faciliori,num.3.uerſ.Nam primò.

Quod neceſſarium recepit tempera-
5 mentum,ſi fiat,congruis,† loco,& tem-
pore,alias ſecus.l.ſi ſoluturus,cum gloſ.
6 ff.de ſolut.paria.n.ſunt † non offerre, &
* tempore incongruo offerre,de* communi Roman.conſ.163.Conſtitutio, nu. 2.
& Viuius de opin.557.nu.2.uerſ.Siquidem offerre.

7 Hinc eſt,quod offerrens de† nocte ſolutionem reijci poteſt, ac ſi non obtuliſ
ſet,Tholoſan.d.cap.23.lib.26.par.3.nu.
3.uerſ.Vitioſa eſt tamen oblatio, Bal.in
l.More Romano,nu.2.ff.de fer. Idem in
l.obſignatione C.de ſolut.in l.f.n.C.de
condit.

condit.inſert.& in l.acceptã, in 2. q. C.
8 de Vſur.nec excuſatur † a pęna,Salycet.
in l.non minorem,in fi.ibid.Iaſ. num.6.
uerſ.Vltimo bene C.de tranſact.

Et quia Tholoſan. loco cit.in ſpecie
de Retractu loquitur, quare ſatis uelle
9 uidetur,ut † nocte non poſſit fieri obla
tio ĩ cauſa Retractus,alii uero affirmãt;
iccirco videamus in indiuiduo de obla-
tione in cauſſa Retractus.

DE RETRACTV Cap. CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Retractus conuentionalis alio nomine dicitur Pactum gratiæ.*
2 *Retractus municipali iure introductus, dicitur Retractus conſanguineorum.*
3 *Mediolani ſtatutum de re paterna luenda.*
4 *Oblatio ad retrahendum poteſt fieri ultima hora anni,& diei.*
5 *Oblatio ad retrahendum poteſt fieri etiam de nocte.*
Contrarium ſuſtinet Author, nu. 14.
6 *Sententia poteſt fieri incongruo tempore,ſi iuriſdictio ſit peritura.*
Contrarium ſenſit Author,nu.7.
8 *Appellatio poteſt fieri de nocte.*
9 *Appellandi tempora, de iure communi currunt de momento ad momentum.*
10 *Terminus datus a iure municipali, non poteſt, aut tolli, aut reſtringi.*
Idem,ſi ſit datus a iure communi, num.11.
12 *Retractus tempora non currunt de momento ad momentum.*
Nec ideo dies termini computatur in termino num.13.
14 *Oblatio in materia retractus,non poteſt fieri de nocte.*
15 *Oblatio nocturno tempore facta ex impedimento iuſtiſſimo,forte faceret, ut offerenti competeret reſtitutio ex clauſula generali.*
16. *Oblatio interdum poteſt fieri ſummo mane poſt conuentum diem,& quando.*

ARGVMENTVM.

¶ Oblationem in cauſſa retractus
nocturno tempore fieri non poſ-
ſe ſuſtinet Author aduerſus Chaſ
ſan.Ferron.Tiraquell. & alios illo
rumque refellit argumenta.

RVSTICO aliquo, uel
urbano alienato prædio,
ut plurimum locus eſt re
tractui intra certum tem-
pus, uel a partibus con-
1 uentum, & hic dicitur † Retractus con
uentionalis, Mediolani Pactum gratiæ
nominatur,uel a iure municipali deter-
2 minatum, & hic retractus † conſangui-
neorum appellatur.Exempli gratia Me
diolani extat ſtatutum, cap. 417. in tit.
de Re paterna, luenda, uol. 1. Quod ſi
3 quis † rem aliquam immobilem Pater-
nam uendiderit,eius agnatus maſculus
cuius aſcendentis res ipſa fuit, per ſe,
uel per legitimam perſonam pro eo in-
fra annum, & diem pro æquali pretio
eam rẽ luere poterit. Certum eſt, quod
4 eiuſmodi oblatio ad † retrahendum po
terit fieri ultima hora anni,& diei, Car-
pan.ibid.qui alios allegat,nu.307. uerſi.
Citatio,& oblatio,Tiraquel.de Retract.
conuent.§.1.glo.7. num. 41. uerſi. Illud
autem.

Sed an poſſit fieri oblatio ad retra-
hendum de nocte? Chaſſan.in rubr.10.
de Retractu §.1.in uerbo De dans Lan.
col.1.uerſic. Sed quæro,quidam conſan
guineus, Ferron. de Retract.§.21. uer-
ſic.Hæc oblatio,Carpan. ad d. ſtat. Me-
diolani,num.307.late Tiraquell.de Re-
tract.Lignag.§.1.glo.11.num.12. uerſic.
Ex quibus pores intelligere, & de Re-
tract.Conuention. §. 1. glo. 7. num. 41.
uerſic. Illud autem ſcire debes, uolue-
5 runt,quod † ſic.

Primo ex ſexcentis locis, in quibus
habetur,quod id fieri poteſt nocte eius
diei,quo tempus finitur propter pericu
lum rei tempore perituræ, ſicut etiam
6 dicimus, quod † ſententia poteſt ferri
incongruo tempore, ſi iuriſdictio ſit
peritura.

7 Sed iam hoc † reiectum fuit in ca. de
Sententia,de quo inferius ſuo loco,in 5.
fallen-

fallentia ex Imola in c.conſuluit,de off.
deleg.ex Iaſone in l.nõ minorem,nu. 3.
in prima limitatione C. de Tranſact. ꝙ
Felinus admonet notandum, tanquam
* unum * miraculum,quia omnes in hoc
errauerunt defendentes affirmatiuam,
Felin.inquam,in d.c.conſuluit.num.18.
verſ.Et nota hoc,de off.deleg.

Secundo ex Salycet. in auth. Hodie,
nu.3.uerſi.Quæro 7.C. de appellat. ubi
dicit etiam extrema hora decem dierũ,
8 etiam,ſi illa cadat in † noctem,appella-
ri nihilominus poſſe,de quo ſuo loco in
c.de Appellationibus.

Sed certè eſt ualde diuerſa ratio.Erat
.n.apud Salycetum caſus eiuſmodi. Iu-
dex quidam ſententiam tulerat apertis
ianuis,& cum luminaribus, tertia hora
noctis: Parte ultima diei decem die-
rum, tertia hora noctis uolebat uictus
appellare,recumbebat iudex,portę Pa-
latij occluſæ erant, appellare ideo non
potuit: Quæſitum fuit, an cenſeretur
deſerta appellatio, & concludit Saly-
* cet.partem negatiuam eſſe * tutiorem,
ut ſcilicet non cenſeatur deſerta appel
latio,quia potuit appellare,de iure etiã,
tertia noctis hora.

Eſt autem diuerſa ratio, quia tempus
ad appellandum, de iure communi cur-
9 rit de † momento ad momentum,dũ er
go iudex tertia hora noctis fert ſenten-
tiam,debet etiam facere ſui copiam ter
tia hora noctis decimæ diei,alioquin re
ſtringeret terminum ad appellandum à
iure communi conceſſum,ſic uidetur ra
tiocinari Salycet.loco cit. Terminus au
tem datus a iure non poteſt per iudicem
tolli,aut reſtringi, ſiue ſit is datus a iure
10 † municipali,Roman. ſing.465..nu.1.ꝑ
Dyn.in c.indultum, de reg.iur. in 6. A-
ſin.in ſua Praxi §. 15.c. 3. Iterum ſcien-
11 dum,nu.1.par.1.ſiue à iure † communi
ſit indultus, poſt alios ibi allegatos idẽ
Aſin.ibid.§.22.c.2. Secundo, poſtquam
vidimus,num.8.verſ. Et quod terminus
a lege datus.

Tempus autem anni, & diei ad retra
12 hendũ † non currit de momento ad mo
mentum,Boer.in ſuis Commentarijs, li
bro Des Coſtumes de Tours, tit. 15. de
Retract.ar.1.quęſt. 2.ideo nec dies ter-
13 mini † computatur in termino. Ferron.
in tit.de Retract.§.3.uerſ. Quid igitur,
& §.7.uerſ.In ſpecie ſequentis,& tandẽ
Tiraquel.de Retract.Lignag.§. 1. gloſſ.
11.num.22. verſ. Ego priorem partem,
& notat etiam Carpanus ad ſtat.Medio
lani 417.a num.304. verſ. Tempus hoc
anni,par. 1.

Concludo igitur in materia retract.
14 non poſſe fieri oblationem de † Nocte
per ea,quæ diximus in ſuperiori capitu
lo de Oblatione, & hoc ſatis colligitur
ex Gregor.Tholoſ.3 par.ſyntag.iur.ca.
23.in tit.de Oblatione, iungendo illius
dicta uſque ad nu.4.

Bene fateor,quod ſi habens facultatẽ
ad retrahendum,offerret tantum vltima
hora termini tempore nocturno, iuſtiſſi
15 mis cauſſis præpeditus, fortè eſſet † re-
ſtituendus aduerſus lapſum temporis
ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſſa,&c.

Neq; his aduerſatur,quod ſcripſit An
ton.Gama deciſ.211.Chriſtophorus, n.
2.verſ. Non obſtat, quod obiiciebatur,
dum uoluit, quod non ita ſeuerè ſit agẽ
dum,nec uerba illa, quod intra certum
diẽ fiat ſolutio,ſint,ut ipſe loquitur, ſtri
cte adeo,& amare intelligenda,ſed po-
16 tius adhuc oblatio fieri poſſit in † ſequẽ
tem diem ſtatim ſummo mane ſequen-
ti.Is.n.loquitur in caſu,quo per moram
diſſoluebatur cõtractus, nos uero loqui
mur in caſu,in quo per moram conuali
datur contractus,ſatis autem apparet ra
tio differentiæ utroque caſu.

DE NVMERATIONE Reali. Cap. CIX.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio poteſt fieri de nocte ex gloſ Creditor non cogitur recipere pecuniam nocturno tempore.*

Non conſtat.n. an proba ſit pecunia, an reproba num 3.

4 *Solutio non poteſt fieri in loco inſidioſo.*

Offerens

Digitized by Google

5 *Off.rem incongruis loco, & tempore fortè purgat moram.*
6 *Solutio poteſt fieri de nocte ſed quid operetur*
7 *Oblata pecunia incongruis, aut loco, aut tempore, reiecta, perit debitori non autem creditori.*

ARGVMENTVM.

¶ Oblatio, quicquid ſit, an noctu fieri poſſit, creditor tamen reprobam fortè pecuniam, ſibi oblatam non recipit inuitus. Purgatur tamen mora, ſed extorta perit pecunia debitori.

RETENTA autem eorum opinione, qui falſo
tamen, ut opinamur, ſu-
1 ſtinêt † oblationem poſ-
ſe fieri de nocte, quod &
voluit gloſ. in c. Pronun-
ciandum, in uerbo, Ad ueſperam, de cõ
ſecrat. diſtin. 3. receptum eſt apud no-
2 ſtros interpretes, non † teneri realiter
creditorem noctu precium recipere ꝓ-
pter periculũ improbę monetę, nec.n.
eo tempore ſatis cõſtat, an pecunia, quã
3 debitor vult ſoluere, proba ſit, an † re-
proba, Tiraquel. de Retract. lignag. §. 1.
gl. 11. nu. 10. uerſ. Sed hoc tamen, & nu.
12. in fin. uerſ. Non teneri tamen, Bald.
in l. More Romano, num. 2. uerſ. In glo.
quæ incipit ff. de feriis, Ang. in ead. l. mo
re, nu. 8. uerſ. Sequitur in gl. ff. de feriis,
4 uel etiam, ſi locus ſit † inſidioſus, uel ſyl
ueſtris, qua de re poſſet de facili pecu-
niam recipiens derobari, Ang. loco cit.
Salycet. in l. non minorem, in fin. C. de
tranſact. uide etiam Iaſon. in l. non ſolũ
§. morte, nu. 43. uerſ. Primo, quod licet
* ff. de op. no. nunc. de * communi Rom.
in l. Oratione, nu. 6. uerſ. Secũdum mem
brum ff. de ferijs.
His tamen caſibus, forte offerens pur
5 gabit † moram, & ita intelligo Guidon.
Papa. ſing. 1983. Dies incipit, dũ vult, ꝙ
6 † ſolutio poſſit fieri de nocte, & hoc uo-
luit etiam Marc. Ant. Eugen. conſ. 48. Cõ
tracta ſocietate, nu. 39. verſ. Illud autem
cum pluribus ſequentibus, li. 1. Sed ſi il
li pecunia a prauis hominibus extor-
7 queatur in † itinere, non peribit pecu-
nia furto ſubtracta creditori, cui ſit fa-
cta oblatio, ſed offerenti debitori.

DE PERIVRIO Cap. CX.

SVMMARIVM.

1 *Periurus non eſt, qui iurauit ſoluere die Dominico & ſoluit ad mediam noctem.*
Ratio prima ex Mantua, nu. 2.
Reijcitur, nu. 3.
Ratio adducitur ab Authore nu. 4.
5 *Periurium, ut euitetur, benignior ſit interpretatio.*

ARGVMENTVM.

¶ Peieraſſe quare non dicatur, qui iuratus ſe die Dominico æs alienum diſſoluturum, ad mediam noctem diſtulit.

EVM, qui iurauerit die
Dominico ſoluere, ſi ad
mediam ſoluat noctem,
1 non eſſe † periurum ſcri-
pſit Bal. in ca. ego N. nu.
3. uerſ. Item qui iurauit,
de iureiur. ex Archid. in c. quod a patri-
bus 75. diſt. idem uoluit Cotta in ſuis
Memoralibus in uerbo Diem in fine,
Mantua in ſuo Dialogiſmo claſ. 4. c. 50.
Scio, quod dies, nu. 8. uerſ. Si quis iuraſ-
ſet. Res non habet difficultatem.
Dubium eſt, quæ nã ſit ratio. Et Man-
2 tua loco cit. eam † adduxit rationẽ, quo-
niam ſic promittẽdo, uoluit ſe cõforma
re cũ diſpoſitione iuris communis, ſeq;
obligare, prout de iure tenetur ex ꝓmiſ
ſione facta l. hęredes mei §. cum ita ff. ad
Trebell. quæ ratio uarias in iure paritur
3 † difficultates, ut uidere eſt in c. de Nu-
meratione reali.

Eam

Digitized by Google

inchoare a momento celebrari contra-
ctus, ita etiam Hieron. Magon. deciſ. Flo
rent. 8. Frequens eſt, nu. 16. verſ. Pro qua
opinione, & num. 17. verſ. Vbi in caſu,
4 ideoq; ad nocturnum † tempus treugam
poſſe computari, ſi nocturno tempore
treuga fuerit celebrata.

Ex quibus patet non mediocriter du
bitandum de eo, quod voluit Iaſon in l.
More, num. 5. ff. de ferijs, Viuius commu
ni opinione 950. Teſtis deponẽs de No
cte nu. 20. verſ. Cæterum prædicta, dũ
5 voluerunt, quod in treugis † dies com-
menſuretur ab ortu ad ortũ, ſentientes
ideo non eſſe faciendam computationẽ
de momento ad momentũ, nec treugæ
terminum, aut ex nocturno inchoari tẽ-
pore, aut ad nocturnum tempus termi-
nari poſſe. Sed certè pro opinione Iaſo-
nis, & Viuij eſt tex. in cap. 1. de Treuga,
& pace. Treugas, inquit tex. à quarta fe-
ria poſt occaſum ſolis, vſque ad ſecundã
feriã in ortu ſolis, &c. Et licet tex. ille vi
deatur aliq̃ pati difficultatẽ ex Iaſone
* loc. cit. ab *omnibus tamen ita intelligi
tur. Hoſtiẽſis autem uoluit diem treugę
6 intelligi ab † occaſu ad ortum, & bene
dicit pro ſubiecta materia Hoſtienſ. in
ſumma, in tit. de ferijs §. qualiter diſtin-
guatur, nu. 3. uerſ. Quoad obſeruationẽ
treugæ.

Diſtinguo ego nouiſſime inter treu-
gam legalem, & treugam conuentiona-
7 lem, ut treuga † legalis commenſuretur
ab ortu ſolis ad ortu, & ſic procedat opi
nio Iaſonis, & Viuij, ac diſpoſitio tex. in
cap. 1. de treuga, & pace: treuga autem
8 † conuentionalis computetur de momẽ
to ad momentum, & ſic procedat com
munis opinio Cornei, & Magonii, &
9 propterea treuga conuentionalis, & †
nocturno tempore cõueniri, & per con
ſequens nocturno tempore terminari
poſſit.

Vtroq; autem caſu eſſe treugam, quas
10 † inducias uocat Tiraquel. mox allegãd.
eſſe inquam ſeruandam treugam etiam
11 noctis † tempore, poſt ibi allegatos ſcri-
pſit Tiraquel. de Retract. Lignag. §. 1. gl.
11. num. 9. in fin. verſ. Quin etiam.

DE CONTRACTIBVS Cap. CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Contractus omnes fieri poſſunt nocturno tempore.*
2 *Inſtrumentum quodlibet poteſt nocturno tẽpore fieri.*
3 *Inſtrumenta nocturna extra cauſã neceſſitatis ſunt ſuſpecta.*
4 *Contractus de genere ſuſpectorum nocturno tẽpore facti extra cauſſam neceſſitatis, ſũt ſuſpecti.*
Secus, ſi non ſunt de genere ſuſpectorum, n. 5.
6 *Venditio non eſt de genere ſuſpectorum.*
7 *Donatio eſt de genere ſuſpectorum.*
8 *Teſtamenta poſſunt indiſtincte nocturno tẽpore celebrari.*
Ratio adducitur, num. 9.
10 *Neceſſitas ſemper adeſt in teſtamentis conficiendis.*
11 *Neceſſitas inſtantis mortis imaginariæ, præpõderat in vltimis voluntatibus neceſſitati inſtantis mortis realiter.*
12 *Contractus etiam de genere non ſuſpectorũ nocturno tẽpe celebrati facilius contemnunt*
Præcipue, ſi data opera, non autem caſu, ſint celebratio eo tempore, num. 13.
14 *Contractus & inſtrumenta nocturno tempore celebrata deſiderant tria luminaria.*

ARGVMENTVM.

¶ Contractus iniri & de ijs inſtrumentum poſſe confici, etiam nocturno tempore, ſuſpicione tamen non carere. Sed Author diſtinguit inter actus de genere ſuſpectorum, & alios, a quibus omnino excipit teſtamenta, & quare.

CONTRACTVS quoſ
1 libet † nocturno tẽpore fie
ri poſſe eſt text. & ibi no-
* tatur ab *omnibus in l. fõ
minorẽ, C. de Trãſact. Ne-
guſãt. in tract. de pignor. ĩ primo memb.
3. par.

3.part.Capiendo itaq; primum,num.3. uerſ.Item poteſt conſtitui etiam de Nocte,Dec.in cap.conſuluit,num,29.uerſ. Et prædicta concluſio, de off.deleg.Iaſon in l.non ſolum §.morte,nu.43.uerſ. Primo,quod licet ff.de op.no.nunc. Mãtua in ſuo Dialogiſm. claſ. 4. capit. 50. Scio,quod die,nu.9.in fin.qui nititur ſola authoritate Baldi in capit.conſuluit, nu.13.de off.de leg.Nauar.conſil.lib.1. in tit.6.de Electione, conſ. 2. Definitorium,nu.1.uerſ.Reſpõdeo, Roman.in l. oratione,nu.8.uerſ.Vltimo,poſt gl.ibid. ff.de fer.

Atqui, etſi nemo eſt, qui ambigat cõtractus quoſlibet,ac quælibet† inſtru-
2 menta nocturno tempore poſſe celebrari, uoluerunt tamen nonnulli inſtrumẽta facta de nocte extra cauſſam† neceſſi-
3 tatis eſſe ſuſpecta.Bald.in ca.1.col.pen. de fid.inſtrum. Iaſ.in l. More Romano, num.20.uerſ.Aduerte tamẽ ff.de ferijs, Dec.in cap.conſuluit, nu. 45. ante uerſ. Ideo caueant tabellionis, de off. de leg. Iaſ.rurſus in l.non minorem,nu.2.uerſ. Aduerte tamen C.de tranſact.Idem Iaſ. conſ.50.Placet conſultatio,num.4.uerſ. Alibi dicit,uol.3.Claud.Berta. ad conſ. patris ſui,conſ.538. Cum in hac cauſſa, ſub littera A,uol.2.

Sed certe hi interpretes nimis negocium reſtringunt,& cõmunis repugnat *obſeruatio,qua pleraq; ex inſtrumentis,& cõtractibus nocturno tẽpore maiori nacto ocio celebrantur. Maximè, quoniam non male ponit notarius,dum inſtrumentum nocturno tempore celebratum,ſub die,uel præcedenti,uel noctem ſequenti notat, ut latius in cap.de Notario. Quod profecto non admitteretur in partis præiudicium,ſi nocturno tempore celebrati actus extra neceſſitatis caſum ſuſpicionem redolerent.

Ne tamen tantorum uirorum authoritatem aſpernari uideamur,illã diſtinctionis fœdere temperamus.Vt ſcilicet contractus ſint in duplici differẽtia,alij de genere ſuſpectorũ,alij de genere non ſuſpectorum.Contractus ergo de gene-
4 re† ſuſpectorum, omnino ſuſpicionem præ ſe ferent,ſi extra neceſſitatis cauſſã nocturno tempore celebrentur, contra-
5 ctus uero de genere † non ſuſpectorum nequaquam,Io.de Selua in tract.de Benef.par.3.quæſt.17.nume.4.uerſ.Et pro iſta parte, Felin.in cap.conſuluit,nume. 20.uerſic.Gloſſ.in uerb. Lucem, de off. de leg.

Hinc patet,quare in cap.de Venditione dixerimus cum Beroio conſ.59.Licet de ſimplici,num.10.cum duobus ſequẽtibus,li.1. quod uenditio poteſt celebrari etiã de nocte,nec dolus præſumitur, niſi probetur;In cap.uero de Donatione dixerimus donationem ex eod. Beroio loco cit.facilius præſumi ſuſpectã,ſi no-
6 cturno tempore celebretur,ſiquidem † uenditio non eſt de genere ſuſpectorũ,
7 donatio autem eſt de genere† ſuſpectorum.

Hinc tamẽ omnino cauſſam teſtamẽti excipiendam arbitror,poſſunt.n.indi-
8 ſtinctè † teſtamenta nocturno tempore celebrari l.ad teſtium §. ſignum autem, uerſ.Poſſe,& nocte.ff.qui teſtament.D. Mantica de coniectur.ult.uolunt. lib.2. tit.8.Quamuis ſolemnitas,num.3.uerſi. Illud etiam notandum puto, Dec.conſ. 354.In caſu propoſito,per totum,& latius ſcripſimus in cap. de Teſtamentis.
9 Et rō eſſe poteſt, quoniã† licet teſtamentum ſit de genere ſuſpectorum,quia tamen ſubeſt neceſſitas, nocturno tempore poteſt expediri, ut patet ex ſuperius adductis. In teſtamentis autem confi-
10 ciendis,ſemper profecto adeſt † neceſſitas, uel realis, quia. ſ.mors realiter inſtet,uel imaginaria,quod quis ſe morti ſemper proximum animaduertat,quę
11 poſterior† neceſſitas in materia ultimarum uoluntatum, priora præcellit, atq. præpõderat,ut ſatis ſuſtinuimus in trac. de act.in mort.art.cap.78.in cap.De l.p. C.de S.S.Eccleſ.

Rurſum contractus,& inſtrumẽta e-
12 tiam de genere† non ſuſpectorum, nocturno tempore celebrata,non erunt actus adeo omni exceptione maiores,quin multo facilius ex leuioribus cõiecturis ab eorum præſumpta legalitate recedamus,& ita intelligo Io.de Selua in dicto Tract.de Benef.par.3.quæſt.17.num.4.

Alc.

Alc.in l.non minorē,nu.3.verſ. Non tamen par C.de tral.per Bal.in c.1. de fide inſtrum.ita et Felin.in d.cap. conſuluit,nu.20. de off.deleg.& Dec.in eod. cap.conſuluit,num.45.verſ.Et ideo caueant tabelliones, Clau.Bertaz.ad cōſ. patris ſui conſ. 538. Cum in hac cauſſa, ſub litera A, vol. 2. Præcipuēq; ſi data †
13 opera,non autem caſu,celebrata ſint nocturno tempore, eo n. caſu magis profecto ſuſpecta erunt inſtrumenta nocturno confecta tempore, Claud. Bertazz.loco cit. & tradit etiā Dec.in cap. conſuluit,nu.5.verſ.Vltimo notandum, de off.deleg.

Interea aūt contractus,& inſtrumenta nocturno tempore celebrata deſide-
14 rabunt omnino† tria luminaria,vt dicemus i cap.de Sētētia,de Luminarib9,& in cap.de Teſtamētis,ex tex.in l.1.§ tria luminaria ff.de vētre inſpiciendo,Io. de Selua in tract.de Beneſ.par.3. quæſt.17. num.2.verſ.Et ibi ſubdit,Alber. in l.nō minorem,nu.2. verſ.Et Iacobus Butri9 C.de tranſac.Felin.in cap. conſuluit,n. 18.verſ.Et nota,de off.deleg. Iaſ. in cōſ. 50.num.1.uol. 3.Dec. conſ. 354.In caſu propoſito per totum, Decian. cōſ.65.n. 20.vol.2.D.Mant.de coniect.vlt.volunt. lib.2.tit. 8.Quamuis,nu.3.verſ. Illud ēt,
* & ita ſeruari in * praxi notauimus alias ex Aretin.§.omnis.col.4.inſtit. de verb.
* oblig.D. meo Præſ.Menoch. de Arbitr. Iud.lib.1.quæſt.62. Viuio opin.703. nu. 4.verſ.Et aduerte, de communi, & ma-
* gis ** communi teſtatur Bernardus Hericus in ſua ſumma aurea magis cōmunium opinionum,lib.3.concluſ.104. Sententia ad hoc, Iaſon etiam in indiuiduo contractuum,cōſ. 50.Placet conſultatio,nu.2. vol.3. Roman. in l.oratione, nu.8.verſ.Dubiū eſt ff.de feriis, Claud. Bertaz.ad conſ.Patris ſui,conſ. 538. Cū in hac cauſſa,ſub littera A,vol.2.Durāt. de art.teſtan.tit.2.de teſtam.ordin.caut. 8.Teſtes ad teſtamenti,num.3. verſ. Itē teſtes,Cagnol.in l.ſi librarius,num. 72. verſ.Et denominatur actus ff.de reg.iur. Alciat.in l.non minorem,nu.2.verſ. Hora noctis C.de Tranſact.

DE STIPVLATIONE Cap. CXIV.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio concipi poteſt nocturno tempore. Diſtinguit Author num. 2.*
3 *Stipulatio eſt contractus nominatus.*
4 *Stipulatio ſequitur naturam illorum contractuum quibus adijcitur.*
5 *Stipulatio regulatur ſecundum naturam, & regularem & irregularem contractuū illorum quibus adijcitur.*
6 *Stipulatio ſequitur dependenter naturam cōtractuum illorum quibus adijcitur.*
7 *Stipulatio, ſine cauſſa non ualet.*

ARGVMENTVM.

¶ Stipulatio, quæ ex Iacobo de Nigris nocturno tempore poteſt cōcipi; illud pronunciatum ſine diſtinctione relictum non patitur Author.

STIPVLATIO,&
1 ipſa † nocturno tempore concipi poteſt, vt ſcripſit Iacobus de Nigris in l. p. §. qui præſens, nu.33. verſ. Cum igitur tripliciter ff.de verb.oblig. Quod tamē dictum nō omnino indiſtincte admiſerim ego.Rurſus itaq; diſtinguendum exiſtimo eodē
2 †omnino pacto,quo diſtinximus in cap. de Contractibus. Aut. n. eſt ſtipulatio ſuper actu ſuſpecto,aut ſuper actu non ſuſpecto,& vtroq; caſu dico concludendum, vt ibi. Scio equidem ſtipulationē
3 eſſe†contractum, & quidem nominatū, vt eſt tex.in l.1.in fin.ff.de pact.Sed cōuētionum plerçque inquit text.in aliud nomen tranſeunt:veluti in emptionem, in locationem,in pignus,uel in ſtipula-
* tionem, & de * communi Ripa in rubr. ff.de verb.oblig.nu.51.uerſ.Octauo, vtrum ſtipulatio.Sed ſcio etiam ſtipulationem

Digitized by Google

tionem eorũ ſequi naturã contractuũ
4 quibus† adijcitur, tex. in l. ſtipulatus ff.
de vſur. in l. ſtipulatio, quæ eſt lex 5. §.
conuentiones ff. de verb. oblig. & non ſo
lum regulatur ſecũdum naturam regu
5 larẽ illorum, ſed etiam ſecundum † irre
gularem l. 2. §. quæſitum, cum ibi not. ff.
de priuileg. credit. Iaſ. & alij in rub. ff. de
* verb. oblig. vbi poſt eos omnes de* com
muni Ripa, num. 52. verſ. Circa nonum,
Et quod magis eſt, dico ſtipulationem
6 ſequi† dependẽter naturã contractuum,
quibus adijcitur; Quare ſtipulationem
7 ſine cauſſa non† valere ſcripſit Bald. in l.
generaliter, à num. 9. verſ. Tertio oppo-
no C. de non num. pecun. & eſt text. in l.
2. §. circa ff. de doli except. & in l. Cũ de
indebito ff. de probat. Depẽdet ergo va
lor ſtipulationis, illiusq; efficacia, à ua-
lore, & virtute cauſſæ, & ſi in omnibus
ergo, & in tempore. Nec eſt res, quæ, ſi
rectè iudico, in dubium poſſit reuocari.

DE DISDICTA Cap. CXV.

SVMMARIVM.

1 *Diſdicta quid ſit.*
2 *Diſdicta poteſt fieri nocturno tempore.*
3 *Declarat Author, num. 3.*
4 *Diſdicta non poteſt fieri abſenti ſocio.*
5 *Diſdicta intempeſtiue facta nulla eſt.*
6 *Diſdicta ſocietatis nulliter facta nullus operatur effectus.*

ARGVMENTVM.

¶ Diſdictam dum nocturno tempore voluit Eugenius poſſe celebrari, eam tantum laudat Author, ſi conſocius velit.

Renunciationis actus, qua
ſocius ſocietati renunciat
1 hanc, † diſdictam appel-
lant, an poſſit de nocte ce-
2 lebrari † affirmauit Marcus
Ant. Eugen. nihil tamen ad id allegans i
conſ. 48. Contracta ſocietate, n. 33. lib. 1.
3 quod † verum arbitror, ſi diſdicta fiat no
lente conſocio, quoniam, ſi quilibet cõ
tractus regulariter poteſt fieri nocturno
tẽpore l. non minorẽ C. de tranſ. Dec. in
cap. conſuluit, num. 29. verſ. Et prædicta
cõcluſio, de off. deleg. profecto, & diſtra
ctus, qualis eſt diſdicta. Cæterum nolen
te altero ſocio, arbitror ego nullo pacto
poſſe fieri diſdictam nocturno tempore.
Vel. n. diuerſas colunt ędes, vel in eadẽ
cohabitant domo; primo caſu non valet
4 diſdicta, quia † abſenti ſocio fieri non
poteſt l. ſed, & ſocius §. ſi abſenti ff. pro
ſocio, glo. in §. manet autẽ ſocietas, in
verbo Renunciauerit, inſt. de ſocietate.
Et nemo cogitur ſui copiam facere no-
cturnis horis vt ſæpius fuit repetitũ, vel
cohabitant, & tunc diſdictam factã
nocturno tempore nullius eſſe momen-
5 ti; quoniam † intempeſtiue ſaltem cen-
ſeatur facta, atq; ideo callidè, quod ta-
men a proximo rei ipſius euentu deci-
dendum arbitrarer, tex. in d. § manet au
tẽ, inſt. de ſocietate, ibid. gloſ. in uerbo
Callide, quo caſu locum haberet illud
Hondedei conſ. 38. Anno 1584. nu. 18.
6 vol. 1. quod † diſdicta ſocietatis nulliter
facta nullum operetur effectũ, & eſt re-
gula generalis in cap. non præſtat impe
dimentum, de re. iur. in 6. cum ſimilibus
adductis per Iaſ. in l. licet la 2. nu. 5. C.
de procurat.

DE EXTRAIVDICIALIBUS. Cap. CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Extraiudiciales omnes actus poſſunt nocturno tempore celebrari.*
Modo non ſint de genere prohibitorum, nu. 1.

ARGVMENTVM.

¶ Actus omnes extraiudiciales noctu poſſe confici, ſi eos excipias, qui ſunt de genere prohibitorũ.

SED

Sed quid ego donationem modo, mõ uenditionẽ, alioſue contractus inueſtigo, an nocturno tẽpore poſſint cælebrari, cũ regula ſit, quod
1 oẽs actus† extraiudiciales poſſunt nocturno tempore celebrari, ut poſt Iaſ. in l. non ſolum §. morte, nu. 43. uerſ. 1. quod licet, ff. de op. no. nunc. & Dec. in c. conſuluit, in 3. col. de of. deleg. habetur in ſyntag. comm. opin. par. 4. loco 11. in tit. de Iudicis c. 5. Sentẽtia dẽt, col. 2. in prin. uerſ. Omnis actus extraiudicialis, modo non ſint de gene-
2 re† prohibitorum, Io. de Selua in trac. de Benef. par. 3. q. 17. nu. 4. uerſ. Et pro iſta parte, Felin. in ca. conſuluit, nu. 20. uerſ. Gloſ. iu verbo Lucem, de off. delegat.

DE NOTARIO Cap. CXVII.

SVMMARIVN.

1 *Dies in contractibus incipit a media nocte ad mediam noctem.*

2 *Notarius inſtrumentum actum de nocte poteſt ſcribere actum tali die.*

3 *Et ita practicatur, num. 3.*

4 *Notarius in inſtrumentis de nocte celebratis non debet apponere noctem ſed diem.*

Sed quod imo debeat dicere de nocte ſi ſit actus nocturnis uoluit Baldus, num. 5.

Diſtinguit Author, num. 6.

7 *Nox ad dimidiam, attribuitur nocti praecedenti, a dimidia uero diei ſequenti.*

8 *Notarius, ſi neſciat cui nam diei attribuẽda ſit pars illa noctis, qua perfectum eſt teſtamentum, quid faciat.*

9 *Notarius debet apponere inſtrumento tempus perfectionis actus, non autem tempus inchoationis.*

10 *Notarius ſi ſcripſerit Actum inter diem, & noctem, cenſetur Actum de die.*

ARGVMENTVM.

¶ Notarius nocturnum actum dicens actum tali die, a falſi reatu immunis eximitur. An etiam uolens prohibeatur noctis horam in nocturuo contractu indicare, aduerſus plures negatur. Plura tandem de nocturnis horis Tabellio commonetur.

DIEM uariis accipi modis ſatis, ſuperq; pro ſubiecta materia demonſtrauimus in cap. 3. Nox, quando dicatur. In cõtractibus autẽ dies in-
1 cipit à† media nocte ad mediam noctẽ,
Hoſtien. per tex. in ca. conſuluit, de off.
delegat. in ſua ſumma in tit. de feriis §.
qualiter diſtinguatur, n. 3. uerſ. Sed quoad contractus Quare Notarius non con
demnatur falſi, ſi inſtrumentũ conficiat
nocturno tempore, & ſcribat in inſtru-
2 mento, Actum tali† die, Innoc. Felin. &
alij in cap. conſuluit de off. deleg. Iaſon
poſt Caſtrenſ. Bal. & alios ibi allegatos
in l. non minorem, num. 2. uerſ. Quid au
tem, ſi Notarius C. de tranſac. Iaſon in l.
More, num. 15. uer. Item circa uſucapio
nem ff. de ferijs ibid. Bald. Decius in d.
cap. conſuluit, nu. 27. uerſ. Et ideo, ſi in-
ſtrumentum, de off. deleg. Bald. in l. non
minorem, nu. 1. uerſ. Seu nunquid ſit fal
* ſum C. de tranſact. & ita * practicari
3 † teſtatur Angel. in l. More Romano, n.
6. uerſ. Et ibi dicit ff. de feriis, Alex. in l.
ſiquis cũ §. 1. nu. 9. uer. Meo iudicio ff. de
uulg. & hoc eſſe certiſſimum, paucis tamen citatis, dixit Mantua in ſuo Dialo-
giſmo, claſ. 8. c. 21. Certiſſimum in prin.
* de * communi Claud. Bertazz. ad conſ.
patris ſui conſ. 538. Cum in hac cauſſa,
ſub littera A, uol. 2.

Amplius etiã in inſtrumentis noctur
4 no tempore celebratis nõ eſſe† noctem
apponendam, ſed diem tantum, uoluit
Bald. in l. fin. num. 2. uerſ. Et adde, quod
inſtrumentis C. de his, quibus, ut indig.
Alex. conſ. 190. Plura narrata ſunt, num
20. uerſ. Et tanto magis, lib. 6. Angel. in

Digitized by Google

l.ideoq; n.1.ver.Inſtrumenta ergo ff. de
vſucap.Cagn.in l.ſi librarius,nu.72.uer.
Et denominatur actus ff.de reg.iur.
Contrarium tamen uoluit Bal. in ca.
2.nu.4.uerſ.Et ſi Notarius,de ferijs, di-
cens, quod,quia attento communi uſu
loquendi illud intelligitur factũ de die,
q; ſit ante noctis tenebras,ideo notarius
dicens actum tali die, nõ intelligitur de
nocte, ſed de die ante noctis tenebras,
vnde ſi noctis tpe ſit talis actus, ſequi-
tur Bal.loco cit.notarius debet exprime
5 re actum tali die,ulz.† noctis tempore
Sed ego diſtinguo inter actus de ge-
6 nere † ſuſpectorum,ut ij, ſi celebrentur
nocturno tpe, ratio omnino nocturni
temporis,eiuſq; mentio,ſit habenda cæ-
terum ſufficiat, ſi notarius ſcribat actũ
tali die, etiam ſi ſit actum nocturno tẽ-
pore,quod uoluit Mantua in ſuo Dialo-
giſino claſ.8.cap.21.Certiſſimum, num.
2.qui ibid.nu.3.dicit bonum eſſe ad cau
telam,Tiber.Decian.qui alias dicit actũ
ſuſpectum conſ.65.Licet autem, nu. 22.
uerſ.Attamen uol.2.& nu.21.uer.Et ad.
Declarando tamen primò,ut nox an-
7 te illius partem†.dimidiam attribuatur
diei præcedenti,poſt uero referatur ad
diẽ ſequentem,Inn.in c.cõſuluit,de off.
de leg.Angel.in l.ideoq; nu.1.ff.de uſu-
cap.Imol.in cap.1.ut eccleſiaſtica bene-
ficia,Cepol.in l.2.§.fin.ff.de verb.ſignif.
Alex.conſ.190.Plura,nu.20.uerſ.Et tan-
to idem,& Bal.in l.more ff.de ferijs.
Declarãdo ſecundo,ut ſi actum ſit ad
mediam noctem,& obſcurum, ſit ac du
bium,cui nam diei pars illa noctis appli
cetur,ſcribendum erit à notario.Actum
8 tali nocte † præcedente die Mercurij,
ſubſequente die Iouis,Ange.in l.ideoq;
in fin.ff.de uſucap.Idem Angel.in l.1. ff.
de manumiſſion.Iaſ.in l.more,num. 16.
verſ.Quando autem.ff.de ferijs, Claud.
Bertazz.ad conſ.patris ſuis,cõſ.538.Cũ
in hac,in littera A,verſ.Si autem, in fin.
Declarando tertiò, vt ſi actus fuerit
9 inchoatus ante mediam noctem,&†per
fectus poſt mediam noctẽ,tempus per-
fectionis actus ſit attendendus, ita Iaſ.
remiſſiue in l.More Romano, num. 17.
uerſ.Quid autẽ ſi actus ff.de ferijs,Imo.
in l.ſi quis eum §.1.ff.de vul. ibid. Bal.
num.1.uerſ.Sed quam horam, & ibid.n.
2. uerſ.Vnde debet attendi,Bal.dicit eſ-
ſe notãdum,& ſe uidiſſe de facto, & ita
Ale.ibi.nu.9.uer.Iuxta hoc querit, dicit
fuiſſe* determinant & loquunt hi patres
in ſpecie de Teſtamẽto,citãt in arg.tex.
in l.contractus C.de fide inſt.Claud.Ber
taz.ad d.conſ.358.ſub littera A, verſ.Si
itaq; Cagn.in l.ſi librarius,nu.72.uer.Et
denominatur actus ff.de reg.iur.Io. An
dreas in addit.ad Specul.in tit. de Inſtr.
edit.§.2.in uerbo Hora,Felin.cap. paſto
ralis,num.7.de reſcript.
Declarando 4.ut ſi ſit ſcriptum, Actũ
10 inter † diem,& noctẽ, intelligatur actũ
de die,Bald.in l.2.ad fin.C. quib. reſ.id.
non no.add.ad Alex.in l.ſi quis eum §.
p.num.9.ſub littera B,ff.de uulg.

DE ITINERE Cap. CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Itineris ſeruitute non poteſt quis nocturno uti tempore in prædijs urbanis.*
Siue iter ſit inter priuatas perſonas, ſiue inter publicas,& confœderatas,num.2.
3. *Habitans in eadẽ domo non poteſt inuito domeſtico nocturno tpe, & egredi,et ingredi Saltem paſſim,& frequentius,nu.6.*
4. *Iter habens in ædibus alienis,poteſt illo interdum nocturno tpe uti,maxime in bruma.*
5. *Fortalitiæ, nec etiam confœderatis debent nocturno tempore patere.*

ARGVMENTVM.

¶ Iter non aperiendum nocturno tempore illius ſeruitutem habenti,quomodo intelligendum.

ITineris habens ſeruitutem
1 in prædijs†urbanis, ea non
poſſe illum nocturno tem-
pore uti,quippe, quod non
deceat, eſt tex. cum gloſſ.
in l.Iter, in verbo Neceſſarium ff. com.
præd.

præd.ibid.Bar.& alii, Cæpol. de ſeruit.
vrban.Prædior.ca.38.Hæc eſt ultima ſer
uitus, nu. 1. qui illud non exemplificat
ſolum in itinere inter priuatas perſonas
2 ſed etiam inter † publicas,& confœde-
ratas,quia ex Florian.in d.l.Iter ff.de ſer
uit.vrb.præd.ſi plures ſint reipublicę cõ
fœderatæ, & ex conuentis, initiſq; pa-
ctionibus alteri per alterius caſtella, &
loca liceat tranſire,non poterit tranſire
de nocte,tranſire volens,nec alter ex cõ
fœderatis illi portam nocturno tempo-
re adaperire,iterque patefacere tenebi
tur. Inter priuatas præterea id non ha-
bet locum ſolum, ſi ſint plures ꝑ modũ
plurium,ſed etiam, ſi plures per modũ
3 † unius, quare uoluit Cæpol. loco cit.
poſt alios ibi allegatos, quod ſi plures
in eadem ſint domo,ſub iiſdem degen-
tes tectis, ſub eadem claui, non erit ia-
nua nocturno tempore etiam domeſti-
cis adaperienda.

Sunt tria dicta, & tria adhibẽda ſunt
temperamenta. Vt primum illud de pri
uatis perſonis prorſus extraneis, quæ
ſunt plures per modum plurium, ha-
bentibus inuicem aliquam per proprias
ædes itineris ſeruitutem, quas diximus
itineris ſeruitute, nocturno tempore
nullo pacto per alienas ædes inuito ui-
cino uti poſſe, ut illud inquam locum
habeat ex Cæpol. loco cit. reſpectu iti-
neris nocturni, & æſtiui, ſecus reſpe-
4 ctu nocturni, † hyemalis, maximè, ſi
aliqua urgeat neceſſitas, nec periculum
immineat uicino, atque hora ſit noctis
tempeſtiua,nec nimis frequens ſit eiuſ-
modi nocturnus vſus,uel etiã ſint ædes,
quæ non claudantur. Alterum de Re-
publica confœderata, ut habeat locum
5 reſpectu † fortalitiorum, quæ non de-
bent patere nocturno tempore, ſed nec
ipſa ciuitas, aut oppidum, ſi latronum
incurſus,hoſtium vis immineat. Poſtre-
mum tandem,ut habeat locum,ſi dome
6 ſticus, paſſim, & † frequentius uelit ad-
uerſus quietem, & tutelam domeſtico-
rum nocturno tempore fores reſerare,
egredi,ingredi,omnia ergo ſunt ab arbi
trio boni uiri temperanda.

DE AQVA
Cap. C XIX.

SVMMARIVM.

1 *Aqua nocturna interdiu tantum utens, illius amittit ſeruitutem.*
2 *Aqua nocturna quid ſit.*
3 *Aquam potens de alterius puteo haurire, non poteſt illam de nocte haurire.*

ARGVMENTVM.

¶ Aqua nocturna quid. quomodo
quis ea utatur, diſtinctio inter ſer
uitutem vrbanorum, & ruſtico-
rum prædiorum.

PAVLVS in l.ſi commu
nem fundum §.fin.ff.quẽ
adm. ſeruit. amitt. habet
hæc uerba. Si is, qui no-
1 cturnam † aquam habet,
interdiù per conſtitu-
tum ad amiſſionem tempus vſus fuerit,
amiſit nocturnam ſeruitutem, qua vſus
non eſt.

Dubiũ eſt, quid ſibi uelit Paulus per
2 † nocturnam aquã;Sed dicamus hoc ſa-
tis explicari per Pomponium in l.2.ff.de
aqua quotid.& æſtiua. Si diurnarum, in-
quit Pomponius, aut nocturnarũ hora-
rum aquæ ductum habeam: nõ poſſum
alia hora ducere, quam qua ius habeam
ducendi. Dicuntur ergo aquæ, noctur-
næ modo,modo diurnæ, quotidianæ ali
quando,interdum æſtiuæ,penes tempo
rum diuiſiones, quibus quis poteſt illis
uti,Pet.Gregor.Tholoſan.par.1.ſyntag.
Iur.vniuerſ.lib.4.ca.15. in tit. de Aquæ
ductu,nu.19.verſi.Vnde fiunt, & aqua-
rum. Hæc vera ſunt, ſi agatur de ſerui-
tute,& hauſtu aquæ in ordine ad prędia
3 ruſtica;reſpectu vero † hauſtus aquæ in
ordine ad ꝓdia vrbana, immo habẽs ſer
uitutem aquę hauriẽdę de puteo vicini,
debet vti de die non autem de nocte,Fir
man.in verbo Seruitus aq̃ hauriendæ,fa
ciunt,q̃ diximus in c.ſupiori de Itinere.

Digitized by Google

DE SERVITVTIBVS Cap. CXX.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. ſi communem §. fi. ff. quemad. ſeruit amitt. declaratur.*

2 *Seruitus nocturna, quæ dicatur.*

ARGVMENTVM.

¶ Seruitutem nocturnam dari. Quę autem ea ſit.

EODEM pacto declarari poteſt idem tex. in l. ſi communem §. fin. ff. quē adm. ſeruit. amitt. in il-
1 lis † verbis Amiſit nocturnam ſeruitutem, ut
2 ſcilicet dicatur † nocturna ſeruitus ea, cuius occaſione prædium aliquod ſeruitutem nocturno tempore patiatur.

DE VSV, ET HABITATIONE. Cap. CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Habitaſſe is continuo dicitur, qui eo tempore habitauit, quo habitandum fuit.*

2 *Poſſediſſe dicitur ſemper is, qui poſſedit ſemper ex natura actus.*

3 *Collegiſſe ſemper dicitur, qui ſegetes bis in anno collegit, vuas ſemel.*

4 *Reſediſſe is ſemper dicitur in Eccleſia, qui ſuis horis reſedit.*

5 *Ciuis ſemper dicitur is fuiſſe in ciuitate, qui etiam ruri ſuis temporibus fuit.*

6 *Teſtis deponens de continua habitatione alicuius, probat, & depoſitio refertur ad tempus poſſibile.*

Ideo non reijcitur, quia non uiderit illum, pro quo deponit, nocturno tempore habitantem, num. 7.

ARGVMENTVM.

¶ Habitaſſe, poſſediſſe, vſus continuò fuiſſe dicitur is, qui habitauit, poſſedit, vſus fuit continuò ex natura actus. Eundemq; ſemper habitaſſe teſtis comprobat, quem tamen non uiderit nocturno tempore habitantem.

VSVS, & Habitationis cõtinuatam poſſeſſionem, ſemperque ſe is probat poſſediſſe, qui ſe, aut vſum, aut eo tempore
1 † habitaſſe probat, quo vtendum, quo habitandum fuit. Ridiculum enim eſſet profecto, ut, qui diurnis horis foro inſeruit, aut alijs incumbit negocijs, quam ob cauſſam extra proprias ædes contingat eſſe, is non dicatur ideo perpetuo habitaſſe, atque in continua poſſeſſione fuiſſe. Dicitur ergo conti-
2 nuo † habitaſſe, ſemper poſſediſſe, qui, & habitauit, & poſſedit ſemper ex natura actus, Vulpell. de Præpoſ. & Aduerb. in Dictione Semper, in prin. verſ. Quandoq; ſignificat. Dicitur ideo quis
3 poſſediſſe continuo, & ſemper † collegiſſe, qui bis in anno ſegetes collegit, ſemel vuas, Vulpell. loco cit. quia illud eſt de natura actus, ut bis in anno ſegetes colligantur, vuæ ſemel tantum excipiantur, ita etiam Cuman. conſil. 104. Quæritur, in princ. Fulgoſ. conſi. 161. In cauſſa Iacobi, in princ. Roman. conſil. 70. Viſis themate, num. 11. verſi. Tertio, quia probatum eſt, Specul. in tit. de Probat. §. probari, col. fin. uerſic. Sed quæritur qualiter, Alex. conſi. 25. Attentis narratis in themate, num. 8. verſi. Eſt etiam probatum, lib. 4. idem conſ. 161. Viſo, ac diligenter, nu. 6. verſi. Et ſic fructus percepit, lib. 6. ſed certè clariſſimè, & copioſiſſime de more Tiraquel. de præſcript. §. 1. gl. 5. Sed quomodo probabit, in princ. Sic dicit Abb. in proœm. decretal. Rex pacificus, num. 3. verſ. His notabilibus expeditis, ubi Felin. & alij, quod is
4 dicitur ſemper † reſediſſe in Eccleſia, qui ſuis horis reſedit, prout etiã voluit Maſcard. de probat. concl. 1221. Diſcuſſis ijs, num. 25. uerſ. Aut in Eccleſia reſediſſe. Tandem aliis omiſſis ſimilibus, ij dicun-

dicuntur cōtinuo in ciuitate habitaſſe,
5 qui etiam†ruri fuerunt, ſi tamen in ci-
uitate eo tempore fuerunt, quo cōmu-
niter in urbe ciues commorati conſue-
uerunt, Maſcar. loco cit. num. 27. Rom.
* conſ. 264. Vt is Nurſinus, numer. 3. de*
communi Iaſ. in l. 1. n. 34. uerſ. In ea gl.
ibid. Ripa, num. 107. ff. ſol. matrim. Ang.
in l. 1. §. Item fluminum, num. 3. uerſ. No
ta, quod licet ciuis, ff. de fluminibus. Is
igitur, & continuo habitauerit, qui legi-
timis horis habitauerit.

Hæc quo ad habitantem, & poſſiden
tem.

Sed etiam reſpectu probationum is
teſtis ſatis dicitur probare Titium ſem
per habitaſſe, deq. illius continua habi-
tatione deponere, qui uiderit dum ha-
6 bitantem tempore† poſſibili. Ideo non
ideo reijcietur teſtis, ſi dixit Titium cō-
7 tinuo habitaſſe, licet non uiderit illū,†
nocturno tempore habitantem, Angel.
in d. l. 1. §. item fluminum, nu. 4. uerſ. Eo-
dem modo dicas ff. de fluminibus, Maſ-
card. de probat. d. concluſ. 1221. Diſcuſ-
ſis ijs, nu. 26. uerſ. Hinc dicebat, & poſt
Dyn. in l. 1. ff. de ſol. matr. Bald. in cap. re-
nore, num. 3. uerſ. Nota per teſtes poſſe
probari, de teſtibus.

DE IVRISDICTIONE

Cap. CXXII.

SVMMARIVM.

*1 Iuriſdictio contentioſa non poteſt nocturno tē-
pore exerceri.*

Voluntaria poteſt, num. 2.

*3 Actus, qui fiunt ſolo cōſenſu, etiam noctu fie-
ri poſſunt.*

ARGVMENTVM.

¶ Contentioſam iuriſdictionem no-
ctu exerceri non poſſe, poſſe au-
tem uoluntariam.

MAGNVM profecto mo
ueremus opus, ſi omnes
differentias recenſere uel-
lemus inter iuriſdictionem
uoluntariam, & iuriſdictio
nem contentioſam, ſit ſatis eam modo
referre, quæ hoc ſpectare dignoſcitur,
1 ea certe eſt, quod licet iuriſdictio† con-
tentioſa non poſſit nocturno tempore
2 exerceri, uoluntaria tamen† poteſt, qđ
cū ex operis huius lectione maniſeſtiſ-
ſime liquet, idē uoluit in indiuiduo Io.
de Selua in tract. de Beneficiis, part. 3.
quæſt. 17. in prin. nu. 1. uerſ. Ad illud po
teſt reſponderi, & Alciat. in l. non mino
rem, nu. 4. uerſ. Alij etiam eas C. de tran
ſact.

Atq. hoc eſt, quod uoluit Iaſon in l
non minorem, nu. 2. uer. In ſecunda par.
3 C. de trāſact. quod actus, qui fiunt† ſolo
conſenſu, ita ualent facti de nocte, ſicut
de die.

DE IVDICIIS

Cap. CXXIII.

SVMMARIVM.

*1 Iudicia non poſſunt nocturno tempore agita-
ri ex gloſſ.*

*2 Iudicia ſecundum alios de neceſſitate nō a-
gitantur nocturno tempore, poſſunt tamen
agitari.*

*3 Iudex ordinarius ex alijs non iudicat de no
cte, iudicat tamen delegatus.*

*4 Iudicia, quod nō poſſint agi nocturno tempo
re, uerū eſt ex alijs in maximis Magiſtra
tibus, ſecus in inferioribus.*

*5 Iudicia non agitantur de nocte ſimpliciter,
ſecus ex partium conſenſu.*

ARGVMENTVM.

¶ Iudicia, quæ ex aliis non poſſunt
noctu agi, uerius tamen poſſe,
quibuſdam adhibitis diſtinctio-
nibus.

IVDICIA an no-
cturno tempore poſ
ſint agitari, negarunt
alij; alij uero diſtin-
1 xerunt. Negauit † gl.
in §. 2. Inſtit. de uer
bo. obligat. eſt gloſſ.
magn. ad fi. gloſ. in §. ſedebunt, in uer. In
matutino, Auth. de Iud. gloſ. in l. More
Romano, in ver. Lucis ff. de Ferijs, ibid.
Bart. in fin. Idem Bart. in l. non minorem
nu. 3. verſ. Aut ſunt actus C. de tranſact.
Iaſ. in l. non ſolum §. morte, nu. 43. uerſ.
primò, quod licet ff. de op. no. nunciat.
* de * communi Nauar. conſ. lib. 1. in tit.
6. de Electione, conſ. 2. Definitorium,
* nu. 2. uerſ. Vbi communis opinio, de **
receptiori Alciat. in l. non minorem nu.
4. uerſ. Sed & ſententiam, C. de tranſac.
ibi Debent enim iudiciarij hi actus, om
nes in cap. conſuluit. de off. delegat. præ
cipueq; Dec. num. 25. uerſi. Et prędicta
concluſio, & eſt tex. in l. 2. §. cum conſu
les ff. de origi. iur. Diſtinxit autẽ Alber.
in l. non minorem, num. 1. uerſ. Commu
nis opinio C. de tranſac. & ante eũ gloſ.
rurſus in §. ſedebũt, in uer. In matutino
Auth. de Iudicibus, & D. meus Preſ. Me-
noch. lib. 1. de arbitrarijs Iudicum quęſ.
62. nu. 2. poſt Decium in cap. conſuluit.
nu. 100. uerſ. Nam primo non obſtat, de
2 off. deleg. quod de † neceſſitate non agi-
tantur iudicia de nocte, poſſunt tamen
agitari, & tex. in dicto ca. conſuluit con
trarium diſponens, loquitur de honeſta
te. Diſtinxit alia ratione gloſſ. in l. 2. §.
Cumq; conſules, in verb. Veſpertinis tẽ
poribus ff. de origin. iur. & Cagn. in ead.
l. 2. uerſ. Cumq; conſules, nu. 402. uerſ.
Opponit Accurſ. ꝙ negatiua eſt reſpe-
3 ctu Iudicis † ordinarij, affirmatiua reſpe
ctu delegati. Aliter et diſtinguit idem
Cagnol. eod. nu. 402. uer. Vel hic loqui-
tur, poſt Iacobum de Beluiſio ibi alle-
4 gat. quod negatiua eſt in † maximis Ma
giſtratibus urbis ratione in conuenien-
tiæ, affirmatiua uero eſt in alijs. Aliter
Nauar. dicto conſ. 2. lib. 1. in tit. 6. de Ele
ctione, num. 3. uerſ. Tum quod etiam, ut
5 negatiua procedat † ſimpliciter, affirma
tiua accedente partium conſenſu.

Sed qm̃ ſunt varię partes iudicij, quę
ſo de omnib. partib. ſigillatim aliquid
aĩaduertamus, & primo de Citatione.

DE CITATIONE Cap. CXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt pars Iudicij.*
2 *Citatio eſt intrinſeca pars iudicij.*
3 *Citatio requiritur in oĩ iudicio ẽt sũmario.*
4 *Citationis requiſita remiſſiue.*
5 *Citatio debet fieri tempore iuridico.*
6 *Citatio non poteſt fieri de ſero, tarda hora.*
Multominus nocturnis horis, num. 7.
8 *Citatio non poteſt concedi nocturno tempore, ubi à Iudice ſedente eſt impetranda.*
9 *Actuarius hodie poteſt etiam nocturno tempore ad ſimplicem partis requiſitionem citationes deſcribere, & decernere.*

ARGVMENTVM.

¶ Citationem nocturno tempore ex conſuetudine decerni poſſe, tranſmitti nullo pacto; Sed nec de ſero, tarda hora.

CITATIONEM cer-
1 tiſſimam † iudicij par-
tem, ut eſt tex. in §. om-
nium autem, inſt. de pæn.
temer. litigant. text. gloſſ.
Bartol. & alij in l. ubi ca-
ptum ff. de Iud. Aſin. in ſua praxi §. 1. ca.
1. nu. 9. Marant. de ordin. Iudic. in 7. par.
prin. in princ. Alciat. li. 2. diſpunct. c. 23.
* & tanquam ** ueriorem amplectitur
ſententiam D. Philipp. Maſſin. ad Rubr.
C. de eden. num. 85. uerſ. His tamen; Et
2 quidem intrinſecã † partem iudicij, non
autem extrinſecam, & præparatoriam,
ut late diſputat D. Maſſin. loco cit. iure
diuino introductam, ita ut in omni etiã
3 † sũmario iudicio neceſſaria ſit, Abb. in
cap. 1. num. 4. & 5. de Cauſ. poſſ. & pro-
priet. clem. ſæpe, de uerb. ſignif, plura ha
4 bere reqſita, ut ualeat † ſcripſit Aſin. in
ſua

ſua praxi §.6.ca.5. poſtquam incidimus
per totum,& c.6.Id autem, quod ſupra
diximus,cum alijs ſeqq.

Requiritur autem inter alia,vt fiat ci
tatio cõgruo tempore,Abb.in ca. ſi ad-
uerſarias,nume.2. in 3.notab.de eo,qui
5 mitt.in poſſ.i.tempore† iuridico,vt poſt
alios nouiſſimè Peregrin.Iãninius de ci
tatione reali,lib.1.c.2.nu.39.verſ. Sexto
dicitur,qui de hac temporis congruita-
te pollicetur ſe late dicturum eo.opere,
lib.10.quem adhuc non uidi. Sed nec
nocturnum tempus ad id dicitur con-
gruum, quare uoluit Felin. citationem
non poſſe fieri clandeſtinis temporibus
6 puta de ſero † tarda hora, Felin.inquam
in cap.ex parte Decani,num. 7. verſ. Et
nota quod talia,de reſcript.quod ſequi-
tur Aſinius addens, quod multo magis
dicetur citatio facta incongruo tempo-
7 re, ſi fiat † nocturnis horis, ideo nulla
erit citatio, propterea, quod ijs horis,
quid patenter,ac palam fieri dici nõ po
teſt,vt requiritur,Aſin.in ſua praxi §.6.
cap.6.in ſeptimo requiſito,Hoſtienſ.in
cap.conſuluit,de off.deleg.Io. Andreas
in addit.ad Specul. in tit.de prolat. ſen-
tentiæ §.iuſta,verſ.Item eſt nulla, Io. de
Selua in tract.de Beneficijs,par.3.quęſt.
17.nu.1.col.1.minuſque poteſt concedi
8 citatio nocturno † tempore,caſu,quo ſit
impetranda a iudice ſedente,Marc.Ant.
Eugenius conſ.48.Contracta ſocietate,
nu.35.lib.1.Cæterum de conſuetudine,
* & communi * obſeruantia teſtatur Eu-
gen.loco cit.nu.38. poſt Abb. in c. quo-
niam contra, de probat. quod cenſetur
9 data facultas† actuario,ut etiam noctur
no tempore ad ſimplicem partis requi-
ſitionem has deſcribat citationes,atque
eaſdem decernat.

DE EDICTO PVBLICO
Cap. CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Citatio fieri poteſt per litteras Iudicis.*
2 *Citatio per litteras Iudicis poteſt fieri non ſolum a nuncio,ſed etiam ab Actore.*
3 *Citatio fit per ſolam nuncij uocem.*
Siue nuncius ſit publicus,ſiue priuatus, n 4.
5 *Citatio poteſt fieri per uocem præconis.*
6 *Præconis uoce fit citatio regulariter, ubi cre duores ſunt incerti.*
7 *Citatio fit etiam per Edictum in Albo prætoris.*
8 *Edictum in Albo ubi proponatur.*
9 *Edictum in Albo appellatur edictum ſolẽne.*
10 *Edictum in Albo fit,quoties aduerſarius eſt uagus,& incertus.*
11 *Exemplatum requirit citationem per edictũ in Albo.*
12 *Inſtitores debent reuocari per publicum edictum.*
13 *Edicta publica non debent fieri,nec hora prãdij,nec nocturno tempore.*
14 *No.Conſtit.Mediolani in tit.de Bonis ad cridas ponendis declaratur.*

ARGVMENTVM.

¶ Citandi uaria recenſetur inſtituta,atque ideo uox præconis,& publicum edictum,quorum neutrũ, aut hora prandii,aut nocturnis horis poſſit abſolui.

CITANDI uaria fuiſſe, ad
hucque inſtituta ſupereſſe,
manifeſtum eſt, quoniam
citatio non ſolum fit per
1 † literas iudicis, c.quoniam
contra, de probat.l. Conſentaneum C.
quom.& qñ iud.c.prudentiam,de off.de
leg.cap.ex litteris,eod.cap.ſi Epiſcopus
18.diſtinct.pulchrè,Io. Baptiſta Aſinius
in ſua praxi §.7.cap.3.nu.6. & 7. & cap.
4.per totum, & quod pertinet ad iura il
lius ciuitatis,in ſtat.Mediolani,cap. 1.2.
3. 4. & 5. vol. 1. & in Nouis Mediolani
Conſtitut.lib.2.tit.de Iud. §. In citatio-
nibus,quas,uel nuncius deferat,vel etiã
2 † actor, ijs tamen obſeruatis, de quibus
Barto.in extrauag.ad reprimendum, in
uerbo Per litteras, num. 4. & in fin. per
tex.in l.eũ,qui §.ſi Epiſtola, verſ. Sed &
ſi interfuit ff.de furt. Aret.in §. quadru-
pli,num.30.Inſt.de act.ibid. Iaſ.nu. 32.
uerſ. An autem iudex,ubi alii plures al-

 legan-

4 *Comparere non poteſt de nocte, qui ad certã horam nocturnam citatus eſt.*
5 *Cõparere põt uſq; ad noctis tenebras, qui citatus eſt ad certũ diẽ, ſed nõ ad certã horã*
6 *Citatus, ut cõpareat aliquo die non expreſſa hora, debet comparere hora congrua.*
7 *Comparere poteſt, vſq; ad mediã noctẽ, qui citatus eſt, vt compareat certa die.*
Modo citatus non fuerit in culpa, num. 8.
9 *Iudex tenetur ſedere pro tribunali etiã de nocte, vbi cõparitio nocturno tpe fieri poteſt.*
Contrarium ſuſtint Author, num. 10.
Niſi cõtrarium conſueuiſſet iudex, num. 11.

ARGVMENTVM.

¶ Comparere dum reus non cogitur nocturno tempore, an poſſit, negatiuæ moderatio adhibetur. An teneatur eo caſu Iuſdicẽs pro tribunali ſedere, affirmatiua reiicitur.

COMPARERE, an quibus teneatur nocturno tempore, ſi ad eam horam fuerit citatus, dicendum
1 regulariter, quod † nõ, Io. And. in addit.
ad Spec. in tit. de prolatione ſententię §.
iuſta, verſ. Itẽ eſt nulla, Ioan. de Selua in
tract. de Beneficijs, par. 3. quæſt. 17. in
prin. verſ. Et de iuriſdictione, vbi addit
in fine primæ colũnæ, verſ. Quem ſequitur D. Abb. poſt Abb. in cap. cõſuluit de
off. deleg. quod quando pars citata non
comparet de nocte, nec etiã tenetur ve
2 nire ad ſe† excuſandum, & alibi in ead.
quęſt. hoc ſæpius reperit, Felin. in capit.
conſuluit, nu. 19. verſ. Sed intelligo ff. de
off. deleg. Corn. conſ. 54. Videtur, nu. 13.
verſ. Et ideo, vol. 2. Interdũ tñ teneri, ſal
3 tem aliquibus† vrgẽtibus cauſſis, tenuerunt alij, qua in re omnino ea videnda
erunt, quę inferius ſcripſimus de Sẽtentia. An vero, quis poſſit comparere nocturno tempore. Et equidem, ſi ſit citatus non ſolũ ad certam diem, ſed etiam
4 ad† certam diei horam, non poterit aliquo pacto de nocte cõparere, vbi vero
is ſit citatus ad certam diem hora non
expreſſa poſſit comparere, vſq. ad dimidiam noctem, variæ fuerunt opiniones. Alii. n. voluerunt, vt poſſit citatus
quãdocunq. illa die comparere ante ta
5 men† noctis tenebras, vt iudex actũ perficere poſſit in luce, Abbas in cap. cõſul
uit, ibid. Dec. num. 25. verſ. Et prædicta
concluſio intelligitur, de off. deleg. & ratio eſt, quia citatus ad aliquem actum,
expreſſo die, non expreſſa hora, intelligitur quidem citatus, vt compareat qua
6 libet hora diei, etiã vltima, hora tamẽ †
congrua ad actum, ſcilicet hora veſperarum, non ulteriori, Bar. & ibi Bernard.
Landrian. addit conſil. 176. Pluries con
tingit, par. 1. Alii uoluerunt, ut poſſit q̃s
7 cõparere uſq; ad † mediã noctem, gl. in
l. More ff. de ferijs, Bald. in addit. ad pecul. in tit. de Dilation. in fin. verſ. Dilatio, quæ aſſignatur, modo tamen citatus
8 nõ fuerit in† culpa, quin interdiu comparuerit, Alex. in d. l. More, de quo Dec.
d. cap. cõſuluit, de off. deleg. nu. 25. verſ.
Sed ut declarat ibi, Cotta in ſuis Memoralib. in verbo Diem more Romano, ad
fin. verſ. Idem etiam in citato. Amplius
voluit Angel. iudicem teneri ſedere ad
9 tribunal, vt pręſentationem, ſeu† comparitionem accipiat, Angel. in d. l. More, numer. 5. verſ. Nota, quod bannitus
ff. de feriis, cum quo pertranſit etiam
Caſtren. ibid. numer. 5. verſ. In gloſ
ſequent.

Ego uero exiſtimo iudicem non teneri nocturno tempore ſedere ad tribunal
ad accipiendũ comparitionem, per ea,
quę ſcripſimus in cap. de Bannito, ne ſcilicet uia inſidiis opportuna aperiatur, te
10 neri tamen iudicem illã habere pro †
bona, ne tempus ſcilicet ad cõparẽdum
euaneſcat, neue iuſſus comparere in aliquam incidat moram, eiq; aliquod ideo
paretur præiudicium, his tamen concurrentibus, vt ſcilicet citatio, ſit facta
ad comparendum hora non expreſſa, periculum ſit in mora, citatus non fuerit
11 in culpa, vel etiam iudex † cõſueuiſſet
de nocte procedere, per ea, quæ dicit
Alex. in l. More ff. de feriis, & Dec. in d.
cap. conſuluit, num. 25. de off. deleg.

DE LITIS CONTESTATIONE. Cap. CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Litem inuitis, aut partibus, aut iudice, nocturno tempore conteſtari non poſſumus.*
2 *Litis conteſtatio quid ſit.*
Supplet Author definitionem nu. 3.
4 *Litis conteſtatio non pōt fieri abſente actore.*
Nec ideo eō nolente nocturno tempore, nu. 5.
Niſi idem actor legem dixiſſet, nu. 6.

ARGVMENTVM.

¶ Iudicium nocturno tempore per litis conteſtationem conſtitui nō poteſt, uter nolit, an actor, an reus. Sed nec inuito iuſdicente.

LITIS conteſtatio, an de nocte fieri poſſit inuito, vel actore, uel reo, uel etiam iudice,
1 negauit, & † optime Innocent. in cap. conſuluit, n. 5. ibi, nec etiam litis conteſtatio de off. deleg. Cum. n. li-
2 tis conteſtatio ſit † actus iudiciarius, per quem iudicio ordinario, uel arbitrarii inſtar habente facta narratione, & petitione expreſſa, uel incluſa, negocii principalis inſcriptis, per actorem coram competenti iudice pro tribunali ſedente, uel arbitrio ipſo, maxime iudice, uel parte interrogante, ſeu parte intentione ſua inſiſtente, reus reſpondet negando, uel confitendo, uel per uerba æquipollentia, Foll. in addit. ad Marant. in ſuo Spec. par. 6. in tit. de litis conteſtat. nu. 4. addo ego, vel
3 † dubitando, per uerbū credo, uel per verbum ignoro, ut ita * communiter ſeruari, quando litis conteſtatio, uel ſit per procuratores, uel per hæredes, quando habent iuſtam cauſſam ignorādi, tradit Maranta loco cit. num. 5. 6. & 7. Certum eſt, quod nec iudex nocturno tempore ſedere compellitur, ut dicemus in ca. de Sententia, nec reus cogitur tempore illo cōparere, ul docuimus in cap. de Comparitione, nec etiam actor, quoniam, cum li-
4 tis conteſtatio non poſſit fieri † abſente actore, Bal. in l. 1. col. 2. C. de lit. conteſtat. Maranta loco cit. num. 8. uerſi. An autem poſſit fieri, nec quiſquam futuris euentibus, nocturniſque inſidiis cogatur uitā
5 concredere, dicendum eſt, ut nolente † actore fieri non poſſit litis conteſtatio nocturno tempore. Niſi fortè actor authore iudice reum ad nocturno tempore cōparendum citaſſet, quo caſu, quod pertinet ad actorem, exiſtimarem poſſe etiā
6 eo † inuito litem nocturno tempore conteſtari, iuxta illud. Patere legē, quam tu ipſe tuleris, & ſunt iura vulgata.

DE PROCESSV In cauſſa. Cap. CXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus in cauſſa de nocte fieri non poteſt.*
Quod, quomodo procedat, declaratur, nu. 2.

ARGVMENTVM.

¶ Proceſſum iudiciarium nocte fieri non poſſe, declaratur.

1 ATQVE uniuerſaliter † pceſſum non poſſe fieri de nocte ſcripſit poſt illum tex. Dec. in cap. conſuluit, nu. 25. verſ. Ideo cum pro-
2 ceſſus, de off. deleg. quod † quomodo procedat non mediocriter ab ijs pendet, q̄ paullò ſuperius diximus, inferiuſque dicemus. Idem voluit Io. de Selua in tract. de Benef. quæſt. 17. in prin. par. 3.

DE TESTIBVS RECIPIENDIS. cap. CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes poſſunt nocturno tempore examinari.*

Reſpe-

Reſpectu tamen eorum, quæ uidit interdiu, ex Farinacio nu 2.
3 *Cæcus poteſt eſſe teſtis reſpectu eorum, quæ uidit prius, quam cæcus efficeretur.*
4 *Teſtium dicta recipi poſſunt etiam nocturno tempore.*
Poſſunt.n.recipi ſine partis citatione, ibid.
5 *Teſtis iurare non poteſt nocturno tempore.*
6 *Iuramentum deferri non poteſt parte non citata.*
7 *Teſtis poteſt dictum ſuum declarare etiam nocturno tempore.*
8 *Teſtis dictum ubi declarat ſuum nec citatio partis requiritur nec delatio iuramenti.*
9 *Teſtis non poteſt examinari nocturno tempore nolente adiuncto ſi quis datus eſt.*
10 *Teſtis deponens, quid geſtum eſſe a prima hora noctis, intelligitur poſt primam horam finitam.*

ARGVMENTVM.

¶ Teſtes nocturno tẽpore examinari poſſe, ut dicta recipiantur, non ut iuramentum eo tempore deferatur. Quid autem de dicti declaratione.

1 POSSE teſtes per iudicem nocturno tempore † examinari ſcripſit Innoc. in cap. con
ſuluit, nu. 5. uerſ. Allegationes autem, de of.
deleg. quod dictum eſ
* ſe * communiter approbatũ ſcripſit Io.
de Selua in tract. de Benef. par. 3. q. 17. n.
2. uerſ. Dicit tamen, quod iudex, & ante
eum Fel. in ca. conſuluit, num. 19. uerſ. Dicit Innoc. de off. deleg. Bal. in Margar. in
uerbo Teſtis l'ottauo. Quod uerum intel
ligit Proſper Farin. de Oppoſit. contra
perſon. teſt. q. 72. 2 lim. princ. nu. 49. verſ.
Limita 4. reſpectu eorum, quæ teſtis ui-
2 dit † interdiu, ſecus reſpectu eorum, quæ
vidit nocturno tempore, de quo tamen
nos latius in ca. de Probationibus, in cap.
de Viſu. & in cap. de Voce. Sicut etiã dicimus, quod quo caſu non poteſt cæcus
recipi in teſtem, poteſt reſpectu eorum,
3 quæ uidit † prius, quam cæcus efficeretur
Spec. in tit. de Teſte §. 1. nu. 56. uerſ. Sed
nunquid cæcus, Fel. in ca. præterea, ad fi.
de Teſtibus, Aret. in §. Teſtes autem, nu.
5. Bar. in l. ad teſtium §. conditionem, nu.
6. ff. de teſt.

Sed in re propoſita mihi uiſus eſt optime ſentire Io. de Selua in tract. de Benef. par. 3. quæſt. 17. num. 2. uerſ. Et iſtud
intelligitur, dum eam conſtituit differẽ-
tiam inter iuramẽtum teſtis, & receptio
4 nem dicti, ut ſcilicet † dicta teſtium poſ-
ſint recipi etiam nocturno tempore, quo-
niam illa poſſint recipi ſine partis cita-
5 tione, iurare uero nõ poſſit † teſtis noctur
no tempore, quia ſcilicet iuramentũ nõ
6 poſſit deferri parte non † citata, ut etiam
eſt tex. in l. ſi quando C. de Teſtibus, ibi.
Bal. nu. 5. uerſ. Nota ex hoc, Rom. conſil.
482. In caſu præmiſſo, num. 8. uerſ. Idem
uidemus, & ante eum idem uoluit Fel. in
ca. conſuluit, nu. 19. uerſ. Dicit Innoc. de
off. deleg.
7 Quo fit, ut ſi teſtis uelit dictum ſuum †
declarare, illud profecto poſſit etiam nocturno tempore, etenim in declarando
dicto, nec requiritur partis citatio, nec
8 etiam delatio † iuramenti. Roman. dict.
conſil. 482. In caſu præmiſſo, nu. 8. uerſi.
Et tamen declaratio, poſt Bald. in auth.
Hodie C. de iuram. calum. & Bar. in l. hæ-
redes palam §. ſi quid poſt ff. de teſtame.
idem uoluit Marſi. in l. de uno quoq; nu.
76. ff. de re iud. & in l. 1. §. fin. nu. 50. ff. de
quæſt.

Hęc autem uera intelligo, ſi ſimpliciter ſint à iudice ſolo dicta teſtiũ recipiẽ-
da, quod ſi ex cauſſa uelit pars, uel iudici
9 † adiunctum dare, uel alium interrogato
rem, tunc ijs inuitis, quorum intereſt, nõ
poterit iudex deuenire ad teſtium examinationem incongruo tempore, quale
eſt nocturnum.

Aliud ſcribit de teſte Franc. Aret. cõſ.
71. Diligenter, & maturè. nu. 5. uerſ. Item
prædictus, quod ſcilicet teſtis deponens
10 quid geſtũ eſſe à † 1. noctis hora, intelli-
gitur poſt finitam primã horam, ſed non
uideo hunc eſſe locum, uideri poteſt ca.
De Pœn. Temper. & cap. de Dictionib.

DE

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

¶ Proteſtationum cum plures ſint
ſpecies, quæ ſint eæ, quæ noctur
no tempore fieri prohibentur.

PROTESTATIO, quo
tempore fieri poſſit, li-
cet huius quæſtionis du-
plex ſit inſpectio, An die
feriato, An etiam de no-
cte; Quod tamen ad ſu-
ſceptum pertinet inſtitutum, reiecta pri
ma inſpectione, poſterior duntaxat exa
minanda eſt. Quod tamen reſpicit pri-
mam, non poſſum non recenſere nota-
* bilem, & * communiter receptam Bar-
toli diſtinctionem in l. nón ſolum §. mor
te, num. 58. & Felin. in cap. cum M. num.
55. de conſtitut. Aut n. proteſtatio nõ re
ſpicit actum faciendum, vel à proteſtan
te, vel à proteſtato in iudicio, ut regula-
riter ſunt omnes declaratoriæ, & præte
rea incitatoriæ, ut quis ſoluat, cum poſ-
ſit is, cui facta eſt proteſtatio, quem bre
uiore circuitu proteſtatum appello, ſol-
uere quod debet, etiam extra iudicium,
profecto per talem proteſtationem,
etiam die feriata conceptam conſtitue
1 tur debitor in † mora, ſiquidem actus
extraiudicialis poteſt fieri quolibet,
2 † die Bartol. loco cit. Idem Bar. in l. cum
filius familias §. fin. ff. de verb. oblig.
Felin. loco cit. nume. 56. verſic. Et ibi
ponit, per text. in l. dies C. de ferijs,
faciunt dicta Specul. in tit. de Arbitr.
§. fina. verſic. Sed nunquid amicabilis.
Si uero proteſtatio reſpiciat actum fa-
ciendum in iudicio, eo caſu die feriata
3 fieri non † poteſt, & facta nullius eſt ro
boris, aut momenti, Bartol. loco cit. &
Felin. nume. 56. Niſi proteſtatio fieret
4 die feriata ad diem † non feriatam, Bar.
& Felin. locis cit. & amplius declaran-
do, ampliando, ac reſtringendo ex alle-
gatis patribus.

Quod autem pertinet ad ſuſceptam
prouinciam, An proteſtatio fieri poſſit
5 tempore † nocturno. Dicendum, quod
ſic, modo copia eius, cui facienda eſt
6 proteſtatio, poſſit † haberi, Felin. in cap
cum M. num. 58. verſic. Quarta conclu-
ſio, de conſtit. Bald. in cap. fin. num. 4.
verſic. Sed nunquid, de appellat. Iaſ. in
l. non ſolum §. morte, num. 42. ad fin.
verſic. Iuxta hanc quæſtionem ff. de op.
no. nunc.

Contrarium innuit Iaſ. in d. §. morte,
num. 53. verſ. In contrarium, quod tales
proteſtationes, quòd ſcilicet proteſtatio
7 nes regulariter non poſſint fieri de † no
cte, quoniam non dicatur fieri congruo
tempore, arg. l. ſi ſoluturus ff. de ſolu. per
glo. ſingularem in l. more, cum Bar. ff. de
ferijs, & Abb. in c. 1. eod. tit. Sed tandem
8 conquieſcit in † affirmatiua.

Quo tamen loco duo ſunt animaduer
tenda. Primum illud procedere, quoties
proteſtatio eſt immediate iudici facien
9 da, quia, ſi nocturno † tempore poſſit il-
lius copia haberi, valebit vtique prote
ſtatio nocturno tempore facta per ſupe
rius adducta. Quod, ſi parti ſit facienda
proteſtatio, nullo pacto nocturno tem-
pore, ſi partis copia haberi non poſſit,
concedendum erit proteſtationi. Licet
n. quoties alicui facienda eſt proteſta-
10 tio, ſi † copia illius haberi nõ poſſit, poſ
ſit fieri proteſtatio coram iudice, cuius
rurſum ſi copia haberi non poſſit, corã
11 † Notario facta valeat, modo domicilio
12 affigatur, qui ſi abſit, coram tribus † ho
neſtis perſonis poſſit tandem proteſta-
tio fieri, vt cenſuit Felin. in cap. cum M.
num. 30. verſ. Fallit tertiò, dum ſe remit
tit ad ca. Paſtoralis §. fin. de off. ordinar.
& ad l. ut perfectius C. de annal. except.
idem Felin. ibid. num. 31. verſ. Primo, ꝙ
fiat, de conſtitut. Bald. in cap. fin. num. 4.
de appellat. uerſ. Sed nũquid iſta, vbi pa
rum curat, ſiue hi boni viri, coram qui-
13 bus faciẽda eſt proteſtatio, ſint † clerici
uel laici. Vbi tamen proteſtatio fit de
nocte, ſi copia partis haberi non poſſit,
14 nõ † ideo poterit proteſtatio fieri coram
iudice, vel alijs, ex eo qđ, qui de nocte ſe
15 recipit non dicitur ſe † ſubtrahere l. 1. §.
dies, verſ. Quid igitur ff. quãd. appel. ſit,
nec. n. nocturnum eſt tempus ſui copiã
faciendi, ſed potius facere non debendi.

Bald.

Bald.in c.ſinu.4. de appellat. Poſterius
eſt,quod facilius, ſi opportuna ad ſimu
lationem concurrant,de nocte facta pro
16 teſtatio † ſimulata præſumitur,ut ita in
telligo Io.Bapt.Caſtell. in addit. ad Di-
ctionar.Alber.in verbo Nox,dum dicit,
quod proteſtatio de nocte facta præſu-
mitur ſimulata.De hac proteſtatione, q̃
17 ſit ea, quæ noctu poteſt celebrari † re-
miſſiuè tangit etiam Alc.in l. non mino
rem,in vltimis verbis C. de tranſact.

DE ALLEGATIONIBVS Cap. CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Allegationes audiri poſſunt nocturno tempore.*
2 *Aduocatus cogitur clientulis patrocinari.*
3 *Notarius cogitur inſtrumenta conficere.*
4 *Caupo cogitur hoſpites recipere.*
5 *Inimico fauere, aut*
Amicum perſequi nemo cogitur, etiam interdum, ſi aliud expoſcere uideatur natura officij.
6 *Aduocatus, nec alius quiſpiam, tenetur quicquam facere in fraudem propria ſalutis.*
7 *Areopagita nocturno tempore controuerſias iudicabant.*

ARGVMENTVM.

¶ Allegationes dum nocturno tempore audiri poſſe uoluit Innocentius, diſtinguit Author.

A Llegationes nocturno tẽ
1 pore † audiri poſſe ſcri-
pſit Innoc.in cap.conſul
uit.prope fin.de offi. de-
legat.quod uerum intel-
ligo,ſi adſit etiam conſenſus aduocati,
2 licet enim aduocatus † cogatur, uelit,
nolit,patrocinari clientulis,ſicut, & No
3 tarius † inſtrumenta conficere,& caupo
4 hoſpites † recipere, Dec. in l. inuitus
nemo,in prin. ff. de reg.iur.l.1.&,ibi Bar.
in §.Maxima ff.nautæ, caupones, ſta-
bularii,Idem Bar. in l.1.§. cura carnis,
num.1.ff. de off. præfect. vrb. Idem in l.
vn.§.ſerui,nu.3.verſi. Non.n. quis cogi-
tur ff.furti aduerſ. naut. caup. attamen,
cum aliis fallit modis,tunc potiſſimum
5 ceſſat,quoties,quis,vel p † inimico, vel
contra amicum inuitaretur,Angel.poſt
glo.ibi allegat,in l.1.in §.ait prętor, nu.
2.verſ.In fin. glo. ff. de poſtuland. ergo
nec inimico tempore,quale eſt noctur-
6 num,nec in † fraudem propriæ ſalutis,
impẽdent.n. nocturno potiſſimum tem
pore pericula, confouentur inſidiæ, vt
ſæpius dictum eſt.

Areopagitæ tamen ita ſtudioſi erant
iuſtitiæ,vt litium controuerſias non in-
7 terdiu,ſed obſcura † nocte terminarent,
ne,tum ex aliis,tum ex geſtibus, ita mo
uerentur interdum,ut a iuſtitię tramite
deflecterẽt,atq; recederent, teſte etiam
D.Farneſio in ſimulachro reipub.lib. 2.
c.9.Non eſt ieiunè,ad fi.verſ.Areopagi-
tæ autem,in 5.Panegyrico.

DE PROBATIONIBVS In ciuilibus. Cap. CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Probationes omnes fieri poſſunt nocturno tempore.*
2 *Termino ad probandum dato, uſque ad certam diem, intelligitur uſque ad mediam noctem illius diei.*
Declarat Author, nu.3.

ARGVMENTVM.

¶ Portii dictum de probationibus noctu faciendis temperatur.

1 S ED, & generaliter † pro
bationes omnes fieri poſ
ſe nocturno tempore, da-
toq; termino ad proban-
dum, non intelligi diem
2 finitam,niſi ad † mediam
noctem,ſcripſit Port.in §.omnis ſtipula
tio,num.19. uerſi. Non obſtat lex More

Roma-

Romano, Inſtit. de verb. oblig. quod ego dictum intelligo verum, ac libenter admitto, quoties eę ſunt probationes, quę fieri poſ-
3 ſint, † ſine partis citatione, Iudex prętorea, uel notarius ſui ipſius copiâ facere velit, aliàs ſecus. Atq; huius rei veritas ex ijs patet, quæ ſuperius dicta ſunt.

DE SENTENTIA Cap. CXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sententia interlocutoria poteſt de nocte ferri, ex Baldo, & alijs.*

Contrarium uoluerunt alij, num. 2.

Prima diſtinctio Rebuffi, nu. 3.

Secunda diſtinctio, nu. 5.

4 *Sententia interlocutoria eſt in duplici differentia.*

6 *Sententia interlocutoria habens uim definitiuæ, ad formam definitiuæ regulatur, ſi magis de definitiua participet.*

7 *Sententia definitiua non poteſt de nocte ferri.*

8 *Sententiam definitiuam, ſi ferat Iudex nocturno tempore, facit litem ſuam.*

9 *Sententia definitiua, nec prima hora noctis ferri poteſt.*

10 *Sententia dũ fertur, requirit partis præſentiã.*

11 *Iter nocturno tempore prohiberi poteſt.*

12 *Citatio, &*

Comparitio non fiunt nocturno tempore.

13 *Sententia lata nocturno tempore ualet.*

14 *Iudices poſſunt ſedere etiam de nocte uolentes de die etiam nolentes.*

15 *Sententia nocturno tempore ferri non debet de honeſtate, ſecus de neceſſitate, ex alijs.*

16 *Præceptum de honeſtate non reddit actum nullum, ſi contrarium agatur.*

17 *Sententia definitiua cur non poſſit nocturno ferri tempore.*

18 *Sententia definitiua lata de nocte non ualet ex communi.*

19 *Sententia lata contra legem nihil ualet.*

20 *Appellatio non eſt neceſſaria a ſentẽtia nulla.*

21 *Areopagitæ nocturno tempore iudicabant.*

22 *Sententia definitiua nocturno tempore contra præſentem lata ualet.*

23 *Præſens citari non debet.*

Etiam, ſi ex ſtatuto ſit facienda citatio, n. 24.

25 *Sententia definitiua lata nocturno tẽpore, et parte præſente, non valet, ſi pars contradicat.*

Declarat Author, nu. 26.

Datur cautela, nu. 27.

28 *Appellatio non eſt neceſſaria in ſententia lata nocturno tempore.*

29 *Præſens, licet citari non debeat, debet tamen priore loco certiorari de actu peragendo.*

30 *Sententia poteſt de nocte ferri, ſi uigeat conſuetudo.*

Et ita obſeruatur Mediolani ex Portio, n. 31.

32 *Sententia nec etiam attenta conſuetudine poteſt ferri nocturno tempore, ex Felino.*

33 *Iuri prohibitiuo priuatam utilitatem reſpicienti renunciare poteſt.*

34 *Sententiam de nocte poſſe ferri inueterata eſt conſuetudo.*

Maximè in curia Romana nu. 35.

Sed contrariam uigere conſuetudinem obſeruant alij, nu. 36.

37 *Sententia lata de nocte propter multitudinem cauſſarum ualet.*

Sed dubitat Felinus, nu. 38.

39 *Sententia poteſt ferri de nocte, ubi res eſt continuo peritura.*

Sed potius faciet Iudex litem ſuam ex Authore, nu. 40.

41 *Sententia poteſt ferri de nocte, ubi expirat iudicantis Iuriſdictio.*

Contrarium uerius ex Imola, Iaſone, & Felino, num. 42.

Quod reprehendit Io. de Selua, & male, n. 43.

44 *Sententia ubi ferri non poteſt de nocte, quia culpæ Iudicis expiret Iuriſdictio, condẽnandus eſt Iudex in expenſis erga partes.*

45 *Sententia poteſt ferri de nocte partibus conſentientibus.*

Et ſufficit tacitus conſenſus num. 46.

47 *Tacens, quando dicatur approbare.*

48 *Delegati ſententia poteſt de nocte ferri, ex Caſtrenſ.*

Reprehenditur dictum a Felino, nu. 49.

50 *Contumax non eſt amplius citandus, niſi de urbanitate.*

51 *Sententia poteſt ferri de nocte, ſi pars fuerit contumax.*

52 *Sententia poteſt ferri de nocte in foro mercatorum.*

53 *Sententia ad pias cauſſas poteſt ferri nocturno tempore.*

54 *Sententia pertinens ad uoluntariam iuriſdictionem poteſt ferri nocturno tempore.*

55 Sen-

55 Sententia nocturno tempore poteſt fieri pluribus in caſibus, remiſſiue.
56 Sententia ubi nocturno tempore ferri poteſt, tria debent adhiberi luminaria.
Et ea magna, nu. 57.
Et ita practicatur, num. 58.
Siue cauſſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, n. 59.

ARGVMENTVM.

¶ Quæ Sententiæ poſſint nocturno ferri tempore, diligens, & accurata ſatis explicatio.

SENTENTIA, ut duplex eſt, alia interlocutoria, alia definitiua, vt uidi duplicem opinionem, negatiuam aliam, aliam affirmatiuam, an ſententia poſſit ferri de nocte, pro ſcilicet ſententiarum natura. Affirmatiua opinio eſt ratione interlocutoriæ, negatiua eſt ratione definitiuæ, ut illa poſſit de nocte ferri, hæc ferri non poſſit.

Interlocutoriam ergo ſentētiam poſ
1 ſe de† nocte ferri uoluit Bald. in l. more Romano, in ſecunda lect. nu. 2. uerſ. Nota, quod licet non teneat, ibid. Ang. ff. de feriis, ea ductus ratione, quia interlocutoria non exigat iudicem ſedere pro tribunali, idem uoluit Ozer. in §. omnis. n. 11. uerſ. Pro reſolutione iſtius articuli Inſt. de uerb. oblig. ibid. Non, n. 23. uerſ. Sexto procedit.

Negatiuam uero ſentētiam, quod nec
2 ēt interlocutoria poſſit de nocte † pronunciari tenuit Innocen. in c. conſuluit, de off. de leg. Alex. in l. non minorem, n. 2. uerſ. Et intelligit Innoc. C. de tranſac. Felin. in d. cap. conſuluit, nu. 19. uerſ. Dicit Innocen. de off. de leg. Io. de Selua in tract. de Benef. par. 3. col. 3. nu. 2. uerſ. Et dicit Innocent. in capit. conſuluit, nu. 5. uerſ. Et crederem, de off. de leg. Nō in §. omnis, nu. 23. uerſ. Sexto procedet, Inſt. de uerb. oblig.

Placet mirum in modum diſtinctio†
Rebuf. in repet. l. qđ iuſſit. ff. de re iud. nu. 297. uerſ. Interlocutoria uero ſic, ut ſcilicet, quando interlocutoria non requirit cauſſæ cognitionem, poſſit ferri de nocte, quando uero cauſſæ cognitionem expoſtulat, nec ea nocturno tempore poſſit pronunciari. Nec. n. arbitror ego ſententiam de nocte ferri nō poſſe, ob ſolam iudicii maieſtatem, ut ſcilicet pro tribunali ſedeat iudex, quanquā ea iudicii maieſtas non cōtemnendi ſit pōderis, ut ideo ea quoq. attenta ſententię interdiù proferantur: ſed etiam, ut partes exaudiri poſſint, eorumq. aduocati, quod maxime requiritur, ubi cognitio cauſſæ eſt adhibenda.

Vel etiam dicamus, quòd interlocu-
4 toria eſt in† duplici differentia, alia interlocutoria ſimpliciter, alia uero habēs uim definitiuæ, interlocutoria ſimplici-
5 ter poterit ferri de nocte, ſecus† ea, quæ habeat uim definitiuę, ita poſt Caſtren. & Bart. in l. More Romano ff. de fer. Firman. in uerbo Sententia, quando proferri poſſit, declarando tamen, ut infra, quia Interlocutoria habens uim defini-
6 tiuæ, ſi de† definitiua magis participet, illius regulas, ac normā ſeqtur, Rebuf. in repetit. l. quod iuſſit, ubi late ex profeſſo, in præfat. n. 73. uerſ. Quæro, an hæc interlocutoria.

7 Definitiuam uero ſententiam† nō poſſe de nocte pronunciari eſt cōmunis doctorum ſententia, gl. in §. 2. inſt. de uerb. oblig. eſt gloſ. magn. ad fin. ubi Angelus, & alii, gl. in §. ſedebunt, in uerbo In matutino. Autn. de iudicibus, glo. in l. more Romano in uerbo Lucis, uer. Item ſecus in ſentētia ff. de feriis, Ozer. in §. omnis num. 11. uerſ. Pro reſolutione iſtius articuli, inſt. de uerb. oblig. ibid. Port. n. 21. uerſ. In ea. gloſ. ubi innumeri adducūtur, ſub littera C. Vāt. qui plures adducit de
* *communi teſtantes, in tract. de Nullitatibus, in tit. de Nullitate ex defectu iuriſdictionis, num. 132. uerſ. Siue exem
* plum ponas, ubi dicit ita *ſeruandum, alias ſequitur, quod Iudex, ſi aliud agat, ſententiamq. nocturno proferat tempo
8 re, facit† litem ſuam, Vant. loco cit. in fin. Signorol. conſ. 52. Quæritur, an ſen-
9 tentia, in prin. ubi idē dicitur, ſi ſit lata† prima hora noctis, uti ēt uoluit D. Men. lib. 1. de arb. q. 62. Signorolo additur de
ma-

Digitized by Google

magis ** communi, & legiſtarum, & ca-
noniſtarũ, bene inter alias doctiſſimas
rationes, vnã affert Signorolus, quæ mi-
hi ſalua illius pace, non ſatis ſuſtineri
poſſe videtur, quia ſcilicet, inquit ipſe,
10 ad ferendã ſententiam patris † præſen-
tia requiritur, hucuſq; bene agitur; ſequi
tur, ſed non poteſt quis eſſe præſens, ni
ſi ad iudicem accedat, optime; tranſi-
11 tus autem † nocturno tempore prohi-
betur, l. itinere ff. commun. prædior. l.
hoc edictum ff. de his, qui deiecer. vel
effu. l. quod, & nos ſuſtinuimus in cap.
Itinere, ſed aliud eſt, quod priuatus non
poſſit itineris ſeruitute vti in ędibus
alienis nocturno tempore, aliud autem
quod non poſſit accedere ad iudicis
ædes dum fertur ſententia, alias iudex
vellet repugnantia, vellet. n. partes adeſ
ſe dum fert ſententiam, quia vt dixit Si
gnorol. non poteſt ferri ſententia niſi
præſente parte l. iudices ff. de iudicijs,
l. 2. C. ſi per vim, vel alio modo: vellet au
tem abeſſe, dum non concedit illi liberã
conueniendi facultatem. Non poteſt ta-
men ferri ſententia definitiua nocturno
tempore, quod etiam voluit Pract. Pa-
pienſ. in tit. Forma ſententiæ diffinitiuę
num. 37. verſ. Item eſt nulla, ſi lata fuerit
de nocte, Petr. Duenn. in par. 1. reg. 58. &
reg. 188. & 192. in 2. part. qui hoc dicit
etiam de conſuetudine * obſeruari,
Marant. in ſuo Specul. par. 6. in verbo Et
demum fertur ſententia, num. 92. verſ.
Quarto conſideratur tempus cõgruum,
ubi de ** magis communi, idem voluit
Corn. cõſ. 54. Videtur prima facie, p to-
tum, vol. 2. qui num. 13. verſ. Et ideo ex
his, id inter alia ex eo ſuſtinet, quia, nec
12 † citatio, nec comparitio fieri poteſt no
cturno tẽpore, de quibus nos ſuperius
aliquid diximus, Abb. de * communi
in cap. 1. num. 1. de feriis, Alex. in l. non
minorem, in prin. verſ. Vtrum autem ſen
tentia C. de tranſact. ibid. Bart. num. 3.
verſ. Aut ſunt actus neceſſarii, Socin. re
gul. 445. Sententia regulariter, Ioan. de
Selua in tract. de Beneficijs, par. 3. quęſt.
17. in prin. Felin. in cap. conſuluit, num.
18. verſ. In iudice vero, de off. & poteſt
iud. deleg. Maranta in tract. iud. in 6. pa
te tert. & vltim. par. in primo art. nu. 92.
de * cõmuni Decius in d. cap. conſuluit,
nu. 99. verſ. Et idem tenet Bart. de com
muni etiam Iaſon in d. l. non minorem,
num. 3. verſ. Tu pro ſolutione C. de tran
ſact. de cõmuni etiam D. meus Præſ. Me
noch. lib. 1. de arbitr. iud. quęſt. 62. num.
3. verſ. Nam licet communis, de commu
ni etiam Michael. de Craſſis in ſuo libr.
communium opin. cap. 23. quęſt. 8. quẽ
refert, & ſequitur Scapp. de iure non
ſcripto, lib. 3. cap. 82. Sententia debet,
numer. 1. & poſt plures ibi allegatos
hanc quoque dicit communem Viuius
communi opinione 703. Sententia lata
de nocte, in princip. communem etiam
Aret. Port. vbi etiam Nonius, numer. 22.
uerſ. In ead. glo. in §. omnis, inſt. de uerb.
oblig. Pract. Papien. in forma ſententiæ
definitiuæ §. 1. num. 37. & iudicem, qui
ab hac opinione diſſentiat litem ſuam
facere ſcripſit Aretin. in dict. §. omnis,
inſt. de uerb. oblig. & ſyntag. cõm. opin.
par. 4. loco 11. in tit. de iud. cap. 5. Sen-
tentia, in prin. uerſ. Sententia lata de **
receptiori Alc. in l. nõ minorem, nume.
4. uerſ. Sed & ſententiam C. de tranſact.
& de magis communi idem Iaſ. in d. l.
non minorem, numer. 3. C. de tranſact.
Hanc etiam tenet Corn. conſ. 54. Vide-
tur, in 2. & 3. col. uol. 2. Corſet. in ſuis
ſingul. in uerbo Iudex, el 2. Rebuff. ad l.
quod iuſſit, numer. 296. uerſ. Triceſimo
quartò ff. de re iud. Atq; ſententiam de
nocte ferentẽ facere litẽ ſuam, de com-
muni poſt alios ibi allegatos tradit Vi-
uius communi opin. 803. Sententia lata
de nocte, in princ. & paulo ſuperius di-
ximus ex Vantio, & aliis.

Maior difficultas eſt, an lata de nocte
ualeat. Et gloſ. in cap. conſuluit, in uer-
bo Tenebras, de off. deleg. dicit, quod
13 lata † ualet, quia multa fieri nõ debent, q̃
facta tenent, hanc etiã tenuit Corn. cõſ.
54. Videtur prima, nu. 3. uerſ. Et maxi-
me, uol. 2. qui dicit ualere, niſi pars ap-
pellet, D. meus Prꝫſ. Menoc. d. quæſt. 62.
num. 1. & 2. & * communem dixit Alber.
in l. non minorem, num 2. uerſ. Commu
nis opin. C. de tranſact. Et quia duo ſũt
iura, quę contrarium innuũt, alterũ de

iure ciuili in §.ſedebunt Auth.de indici
bus,alterũ de Iure Canonico, in capit.
conſuluit de off.deleg. Ad tex.in d.§.ſe-
debunt reſpondet Alber.loco cit. quod
ille tex.vult,vt de die ſedeant iudices ex
14 neceſſitate,de nocte vero poſſint,ſi eis †
placeat,& ante Alber.hæc fuit expoſi-
tio gloſſ. in d.§. ſedebunt, in verbo In
matutino,Auth. de Iudicib⁹,in illis uer
bis,Solũ iudicare põt de nocte ex volun
tate,ſed de die ex neceſſitate. Sed intel-
ligo ego gloſſ.illam ex voluntate, nõ ſo
lius iudicis,ſed etiam partiũ, de quo in
ferius. Ad tex.vero in cap.conſuluit, de
off.deleg.reſpõdet D.meus Menoch. d.
quęſt.62.num.2.poſt Decium in d.cap.
conſuluit, num. 100. verſ. Nã primo nõ
obſtat,de off.deleg.quod tex.ille loqui-
15 tur de † honeſtate, non de neceſſitate,
vt ſonant verba illa,Nos tamẽ procedẽ-
di horam congruam,&c. & quæ præci
16 piuntur † ex honeſtate, ſi contrarium
agatur valet adhuc,Abb.in cap.decerni
mus,de iud.ita etiam Vantius, qui dicit
opinionem vſu * receptam, in tract. de
Nullitatibus, in tit. de Nullitate ex de
fectu iuriſdictionis,num.132.verſ. Cõ-
trariam tamen ſententiam.

Sed certe ex illo tex.oritur diſpoſitio
illa, quod hora noctis eſt tempus incon
gruum ad ferendam ſententiam. An au
tem ſententia poſſit pronunciari tempo
re incõgruo aliorũ ſit iudicium, & prę-
terea non eſt ea vltima ratio; Cur.n.non
eſt hora noctis congrua ad pronuncian
17 dam ſententiam? Prima eſt † ratio,quia
ſubeſt periculũ falſi,qui enim male agit
odit lucẽ,ſic in propoſito tex. in d.cap.
conſuluit,quæ quidem ratio non eſt ſo-
lius honeſtatis. Secunda eſt, quia debet
pars citari ad audiendũ ferri ſententiã
vnica modo citatione, modo trina, ut
late Felin.in d.cap.conſuluit,nu.8. verſ.
Ad audiendã ſententiam, de off.de leg.
non tenetur autem pars de nocte vaga-
ri,vt ſuo vidimus loco.

Contraria ergo opinio negatiua; quõ
18 ſententia lata de nocte † non valeat, eſt
cõmunis,Pract.Papiẽ. in tit. Forma ſen
tentiæ diffinitiuæ §.1. num.37.uerſ. Itẽ
eſt nulla, ſi fuerit lata de nocte, Pet.
Duc.reg.58.in prima par.& reg.188.&
192.in 2.par.Syntag.comm.opin.par.4.
loco 11.in tit.de Iudiciis,cap.5.Senten-
tia debet,col.1. verſ.Sententia lata Ma-
rant. in ſuo ſpec.par.6.in verb. Et demũ
fertur ſentẽtia,nu.91.verſ.Quarto conſi
deratur,vbi de magis * communi, de cõ
muni Dec.in dicto cap.conſuluit,num.
100.verſ.Et hoc bene procedit,de offic.
deleg. & de magis ** communi contra
Albet.Iaſ.in l.non minorem,nu.3.C.de
19 tranſact.lata n. contra † legem nihil va-
let,l.non dubium C.de legibus.Et re ue
ra gloſ.illa cap.conſuluit in verbo Tene
bras,de off.de leg.quæ anſam prębuit in
ueſtigantibus affirmatiuam,loquitur du
bitatiue,dum ſic habet.Credo,quod va-
leat proceſſus, licet procedi non debue
rit.Alii forte contra.

Vtilitas inde maxima ſequitur, quia
20 a ſentẽtia † nulla nõ eſt opus appellare,
l.ſi expreſſum.ff.de appellat. qñ vero a-
ctus valet, licet iniuſtus ſit, appellatio
nem deſiderat, ne ſola corruit cõtradi-
ctione, ĩ terminis noſtris Imola in d.ca.
conſuluit,de off. deleg.ibid.Dec.n.100.
verſ.Sed aduertendum eſt.

21 Quanquam † Areopagitę non inter-
diu,ſed noctu, & obſcura luce iudica-
bãt,ne hominis aſpectu, cultu, ueſtitu,
geſtibus ita moueretur iudex,vt à iuſti-
tiæ,& æquitatis tramite decedere quo-
dammodo cogeretur,vt etiam obſeruat
D.Farneſius in Simulachro reipub. lib.
1.cap.9.Non eſt ieiune,ad fin.in 5.Pane
gyrico.

Fallit primo, ſi ſententia pronuncie-
22 tur contra † præſentem, quia etiam de
nocte lata valebit,Angel.in l.More Ro-
mano ff. de feriis,Socin.regul.445.Sen-
tentia regulariter,in prima fallẽtia,Alc.
in l.non minorem,nu.4.verſ.Idem ſi ta-
cite C. de tranſac. qui dicit ita tenere *
Doctores in cap. conſuluit, de off.de-
leg. D. meus Præſ. Menoch. de arbitr.
iud.lib. 1. quæſt.62. numer.4.verſ. Idem
etiam fortius.

Verum res aliquam habet difficul-
tatem, quia licet ceſſet ratio ſecunda ci
23 tationis ſuperius adducta, quia pſens †
citari nõ debet, Bald.in l.labeo, in prin.
num.

num.4.ff.de pact. Idem Bald.in l.Nā ita
Diuus nu.3. & 4.ff.de adopt. idem in l,
Conuenticulam,num.36,C.quomodo,
& quando iud. per notata in capit.ſi.de
elect.in 6.latiſſimè differens Io. Bapti-
ſta Aſinius in ſua praxi §.7.c.5. limitat.
* 90.per totam,ubi numer.4.teſtatur de*
communi,poſt Cur.iun.in rubr.ff.de in
ius uocand.n.8.& Curt.Sen. pariter de
communi teſtantem in repet.eiuſdem
rubr.de in ius uocand.num.11.Quod in
24 tātum uerum eſt,ut licet ex†ſtatutaria
diſpoſitione caueatur,ut negocium ali-
quod ſine citatione non expediatur,il-
lud tamē ſine citatione parte præſente
expediri poſſit,Bal.in l.p. C.quomodo,
& quando iudex,in fin.Io.Andræas, &
Romanus,quos ſuis quoſq.citatos locis
& refert,& ſequitur Aſin.d.§.7.ca. 5.li-
mitat.90.num.5.

Attamen non ceſſat ratio præſūptæ
falſitatis, quia ſententia de nocte pro-
nuncietur,ut ſuperius diximus, nec ſuf
ficit alterā ex duabus prohibendi cauſ-
ſis ceſſare cauſſam,uulgato.§.affinitatis
inſt.de nupt.

Niſi dicamus ſatis ceſſare illam iuris
præſumptionem per partis præſentiam,
ut ſcilicet præſente parte omnis falſi ſu
ſpicio remota cenſeatur.

25 Contrarium tamen uoluit,ſi pars†cō
tradicat,Iaſ.in l.non minorē,nu.3.uerſ.
Secundo limita C.de tranſac.ſit ſcilicet
ſententia nocturno tempore lata nulla
26 ſit. Quod uerum arbitror, ſi non†erat
citatus,quod ſi fuit citatus, cur compa-
ruit.

27 Poterit ſaltem ad propriis iuris†cau
telam,qui obiter præſens eſt; excipere,
& dicere ſententiam nullam, habebit
etenim ſaltem canonis maximam præ-
ſumptionem ex capite falſi, text. cum
gloſſ.in capit,conſuluit, de off. deleg,
& quatenus ſententia aliqua ſit,ſalubre
erit appellare, Ioan. de Selua in tract.
de Beneficiis,part. 3. quæſt.17.in prin-
cip.uerſ.Aut excepit.Quanquam appel
28 lationem hoc caſu†negligit Imol, de
quo Alex.in d.l.non minorem, num. 2,
Idem uoluit Io.de Selua loco cit.col.2.
uerſ.In iudice uero.

Declarando,ut tunc omni dubio pro
cul ſententia de nocte lata, quemadmo
dum,& quolibet alio tēpore, nulla ſit,
licet citadus ſit præſens,ſi priore loco à
29 iudice de facto peragendo non certio-
retur,citandus.n.licet ſit præſens, prius
tamen,quam aliquid fiat, de actu cele-
brando eſt à iudice certiorandus,glo.in
cap.conſuluit in uerb.Terminū perem-
ptorium,de off.deleg.poſt text.in l.2.C.
* quom.& quand.iud, de* communi Ca-
pyc.deciſ.34.nume.8.& Aſin.§.7.cap.5,
limitat.90.num.15.

Fallit 2.ex cōſuetudine,ut ſcilicet ſen
30 tentia poſſit de nocte ferri,ubi uigeat†
conſuetudo,ut de nocte feratur, Vāt.in
tract.de Nullit.ex def.iuriſdict.nu.132.
uerſ.Cōtrariam tamen ſententiam, Ma
rant.in ſuo Specul.par.6.in uerb.Et de-
mum fertur ſententia,nu.92.uer.Quod
tamen limita,Ioſeph Ludou. concl.38,
Illat.86.poſt Blāc. de Compromiſſis,q.
9.nu.51.Io.Andr.in addit.ad Specul.in
tit.de Sētentiis §.iuſta,uerſ.Sed nūquid
licet,Socin.Sen.in reg.445.Sententia re
gulariter de nocte,uerſ.Secundo fallit,
Imol.Salyce.Ant.de Butrio,& alii,quos
refert,& ſequitur Alc.in l.non minorē,
num.2.uerſ.Sed nunquid C. de trāſact.
* ubi etiam Alc. de*communi teſtans,n.
4.uerſ.Conſuetudine quoq;& ita intel-
ligo Guido.Papæ ſing.983.Dies īcipit,
ſic uoluit etiam Ioā.de Selua in trac. de
Beneſ.par.3.quæſt.17.num.2.col.3.uer,
Quarto limitatur.Caſtren.in l.More,n.
7.ff.de feriis,ibid.Iaſ.num. 12.uerſ.Sex-
to limita,ſynta.comm.opin.par.4.loco
11.in tit.de Iudiciis,cap.5.Sententia de
bet,ubi de communi,Aret.Port.& No-
nius,num.23.in §.omnis,inſtit.de uerb,
* oblig.& ita* obſeruari † Mediolani te-
31 ſtatur Port.d.§.omnis inſt.de uerb.obl.
nu.21.uerſ.In ea gloſ.

Contrarium tenet Felin.in cap.con-
ſuluit,num.18.uerſ.Quarto fallit,de of,
32 deleg.ex eo,quod†conſuetudo eiuſmo
di ſit contra Sacros Canones,& Leges,
ideoq; non ualeat,cap.fin.de conſuet.

Sed certè Canones,& iura,licet pro-
hibeant ſententiam de nocte ferri,id ta
mē prohibēt ex cauſſa particulari,atq;

priuatæ utilitate, huic potuerunt priu 1 regio renunciare priuati tanquam ſuo 3
33 etiam, ubi ius eſt † prohibitiuum, ut nõ ſtro præſupponimus caſu, Angelus notabiliter in l. nulla, nume. 5 ff. de legib. regulas n. communes libenter, uel tyronibus, uel repertoriantibus relinquo. Renunciarunt ergo priuati, dum conſuetudinem inſtituerent, atq; deinceps conſtituerent, quodq. antiquior populus inſtituit, id populus recentior inſtituiſſe, ac conſtituiſſe dicitur, l. properãdum C. de iud.

Declarãdo, ut interim ſtylus, & conſuetudo ſententias de nocte pronunciã
34 di ſit † inueterata, atq. antiquo, ac uniuerſali ferè * uſu recepta, Vant. in tract. nullit. in tit. de null't. Sent. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, nu. 132. D. meus Menoch. d. quæſt. 62. in prin. lib. 1 de arbitr. iud. & ita * practicari teſtatur Alber. in l. non minorem, num. 2. uer. Et Iacobus Butrig. C. de Tranſact. Atque opinionem illam, licet uerãm, quod ſententia non poſſit ferri de nocte, uſu receptam non eſſe, poſt Vãt. loco cit. de nullit. ex def. iur. ord. num. 132. uerſ. Contrariam tamen, ibi allegat. uoluit Mar. Ant. Eug. conſ. 48. Cõtracta ſocietate, num. 37. uerſ. Quia ea opinio, libr. 1. & adducit ibid. Hoſt. in ſum. de iud. §. qualiter,
35 dicentem in Romana † curia ſæpius * obſeruatum fuiſſe, ut ſententiæ nocturno tempore fuerint latæ, & ipſemet teſtatur de conſuetudine * Peruſina, idem uoluit D. meus Præſ. Menoch. lib. p. de arbitr. iud. quæſt. 62. in prin. quanquam * de * contraria † conſuetudine, ut ſcilicet
36 ſententia de nocte lata ſit nulla, teſtatur Pract. Papien. in ri. Forma ſententiæ diffinitiuæ §. 1. nu. 37. uerſ. Itẽ eſt nulla. Sed quaſo quiſq. ſui fori conſuetudinẽ amplectatur.

37 Fallit tertio propter † multitudinem cauſſarũ, iudex. n. multis præpeditus negociis ſententiam poteſt de nocte pronunciare, Vant. de Nullit. in tit. de null. ex defect. iuriſdict. num. 131. uerſ. Contrariam, Bald. in procem. ff. in fi. Socin. Sen. reg. 445. in tertia fallentia, Ludouicus Roman. in l. ſi uero, in 15. fallentia ff. ſolut. matrim. idem in loratione, nu. 7. uerſ. Item illud ff. de fer. Iaſ. in l. non minorem, num. 3. uerſ. Tertio limita, ibid. Alc. num. 4. uerſ. Vel multitudine C. de tranſact. idem Iaſ. in l. More, nu. 12. uerſ. Quarto limita ff. de feriis D. meus Præſ. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quæſt. 62. n. 3. Corſet. in ſuis ſing. in uerbo Iudex, el 2. Io. de Selua in tract. de Beneſ. par. 3. nu. 1. col. 2. in fin. uer. Secundo præmiſſa ſyntag. comm. opin. par. 4. loco 11. in tit. * de indiciis, cap. 5. Sẽtentia, ubi de * communi, Nonius poſt Are. & Fabium in §. omnis, num. 23 inſt. de uerb. oblig.
38 Dubitat de hoc † Felin. in cap. cõſuluit, num. 18. uerſ. Secundo fallit, de offi. deleg. & benè, quia poteſt differre in diem ſequentem, tex. in d. cap. conſuluit, de off. deleg.

Fallit quarto, propter neceſſitatem, ſi
39 res ſit † continuo peritura, Sebaſt. Med. de caſibus fort. par. 1. quæſ. 6. Neceſſitas non habet legem, num. 53. uerſ. Quadrageſimo tertio, Alc. in l. non minorem, n. 4. uerſ. Quod intelligendum C. de tranſact. Ozer. in §. omnis, inſt. de uerb. obli. num. 11. uerſ. Pro reſolutione iſtius articuli, Socin. reg. 445. Sententia regulariter de nocte, in quarta fallentia, Iaſ. in l. non minorem, num 3. uerſ. Quarto limita C. de tranſact. D meus Præſ. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quæſt. 62. num. 5. uer. Idem etiam fortius, Bar. in l. More, in fi. ff. de fer. additur ad Salyc. in l. nõ minorem, in uerb. Alias legi non poſſet C. de tranſact. Iaſ. rurſus in l. more, nu. 12. uer. Secundo, niſi ff. de feriis, Roma. in l. oratione, num. 7. uerſ. Item illud, ff. eod.

Sed forte ſuã faciet litẽ iudex, ſi fuit
40 in † culpa, arguẽdo de re ad tẽpus, Ripa in l. p. num. 4. ff. de uulgar. ut de tempore inferius dicemus, ex Felin. in cap. conſuluit, nu. 18. uerſ. Secundo fallit, de of. deleg. nõ tamen, quod eo caſu faciat litem ſuam, quo ad totũ negocium, quia res ſupereſt, faciet tamen litem ſuam, quo ad impenſas, ut inferius dicemus.
41 Fallit 5. ſi † expiret iudicantis iuriſdictio, Corn. cõſ. 54. Videtur prima, nu. 4. uerſ. Multa, uol. 2. cap. conſuluit de. of deleg. Bartol. in l. non minorem, nu. 3. uerſ

uerſ. Fallit ex cauſſa. C. de tranſact. ibid.
Alc. nu. 4. uer. Vel iuriſdictio, Socin. Sen.
d. reg. 445. in quinta fallentia, Bart. iterũ
in l. more in fi. ff. de ferijs, additur ad Sa
lycet. in l. non minorem, uerſ. Alias legi
non poſſet C. de tranſact. Iaſ. in l. more,
num. 12. uer. Tertio, quando ff. de feriis,
* de * communi ſyntag. com. opin. par. 4. lo
co. 11. de iudiciis, cap. 5. col. 1. Nonius
in §. omnis, nu. 23. inſt. de uerb. obligat.
uerſ. Hoc tamen, ibid. Port. nu. 21. uerſ.
In ea gloſ.

Contrarium per eundem text. tenet
42 ibid. † Imol. in d. cap. conſuluit, Iaſon in
l. non minorem, num. 3. in prima limita-
tione C. de tranſact. quod Felin. dicit no- *
* tandum, tanquam unum * miraculum,
quia omnes in hoc errauerunt, Felin. in-
quam in ca. conſuluit, nu. 18. uerſ. Et no
ta hoc, de off. deleg. quem tamen, & ma
43 le, ut opinor, reprehendit † in indiuiduo
Ioan. de Selua in trac. de Beneficiis, par.
3. quæſt. 17. num. 1. col. 2. uerſ. Sed dicit
Ioannes.

Quo caſu, ſi culpa interceſſit, cur con
gruo tempore non iudicarit, crediderim
44 iudicem erga partes in † expenſis, dam-
nis, & intereſſe elapſæ inſtantiæ con-
demnatum iri.

45 Fallit 6. ubi partes † conſentiant, quia
tunc de nocte ferri poterit ſententia, uo
lente tamen & ipſo iudice, & hic eſt ue
rus caſus gl. in §. ſed & hunt, in uerbo In
matutino, Auth. de iudic. Ozer. in §. oīs,
num. 11. uerſ. Pro reſolutione iſtius arti
culi, inſt. de uerb. oblig. ubi Port. nu. 21.
uerſ. In ead. gl. Felin. in ca. conſuluit, nu.
18. in tertia fallentia, de off. deleg. Io. de
Selua in tract. de Benef. par. 3. d. quæſt.
17. col. 2. uerſ. Quia ſi pars, & col. 3. uerſ.
Tertio iſtud limitatur, Salycet. in l. non
minorē C. de tranſact. ibid. Alciatus, nu.
4. uerſ. Vel ſi partes, ita etiam Bart. in l.
More, in fin. ff. de feriis, Bal. in l. eos §. ſin
autem, nu. 8. uerſ. Niſi expreſſe eſſet C.
de appellat. Iaſ. in l. More, num. 12. uerſ.
Primo de communi ff. de feriis, ita etiã
Nauar. lib. 1. conſ. 2. Definitorium, in tit.
6. de Electione, nu. 3. uer. Tum, quod et,
Alex. in d. l. more nu. 2. atq; hoc caſu ſuf
46 ficit † tacitus cõſenſus p nõ contradictio
nem, quoties. n. quis contradicend po-
teſt actum infringere, tacendo cenſetur
47 illum † approbare, late Dynus in cap.
qui tacet, de reg. iur. in 6. l. ſæpe ff. de re
iud. in terminis noſtris, Iaſ. in l. non mi-
norem, num. 3. uerſ. Secundo limita C.
de tranſact. ibid. Alexand. numer. 2. uer
ſic. Ergo parte tacente, D. meus Præſ. Me
noch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 62. nu-
mer. 4. uerſic. Idem etiam fortius, addi-
tur ad Salyc. in leg. non minorem, in
uerb. Alias legi non poſſet C. de Tran-
ſact. Caſtren. in leg. More, nume. 7. ff. de
feriis, Iaſ. ibid. nu. 12. uerſ. Quinto fallit
Nonius poſt Angel. & Port. in §. omnis
num. 23. inſt. de uerb. oblig. de * commu
ni Syntag. com. opin. par. 4. loco 11. in
tit. de iudicijs, cap. 5. uerſ. Sententia de-
bet, col. 1. Roman. in l. oratione, nume. 7.
uer. Nunquid conſenſu ff. de ferijs, Vant.
in tract. de Nullit. in tit. de Nullit. ex de
fect. iuriſd. num. 132. uerſ. Contrariam
tamen, Maran in ſuo ſpecu. par. 6. in uer
bo Et demum fertur ſententia, nu. 92.
uerſ. Idem, ſi ambæ partes.

48 Fallit 7. in ſententia † delegati, quæ po
teſt de nocte ferri, Caſtren. in l. non mi-
norē, nu. 3. uer. Aut loquimur C. de tran
ſact. addo Cagnol. l. 2. uerſ. Cumq; con-
ſules, nu. 402. uer. Opponit Accurſ. ff. de
orig. iur. Nonius in §. omnis, nu. 23. Inſt.
de uerb. oblig.

49 Sed bene eum † reprehendit Felin. c.
conſuluit, nu. 18. uerſ. Eſt uerum, de off.
deleg. dicens illam diſtinctionem Pauli
Caſtren. non ſuſtineri, & concluſionem
negatiuam procedere tam in delegato,
quam in ordinario, ita etiam Alex. in l.
non minorem, nu. 4. uerſ. Paulus de Ca-
ſtro C. de tranſact.

Fallit 8. ex partis contumacia, quia ci
tatus tempore congruo, ſi non compa-
50 ruerit non eſt amplius citãdus, niſi de †
urbanitate, cap. conſuluit, de off. deleg.
& ibi omnes, nihil eſt ergo, quod prohi
51 beat ſentẽtiam ferri de † nocte, ubi pars
citanda nõ eſt, nec illius requiritur præ
ſentia.

52 Fallit 9. in foro † mercatorum, Maran-
ta in 9. membro, par. 6. in uerbo Aduer-
tatur ad exceptiones oppoſitas, nu. 85.

Digitized by Google

verſ. Nunquid acta, & ſententia.
53 Fallit 10. in ſententiis latis ad † pias
cauſſas, Alber. de quo Alc. in l. non mi-
norem, nu. 4. uerſ. Excipit Alber. C. de
tranſact.

Fallit 11. in ſententiis, quæ pertinent
54 ad † voluntariam iuriſdictionem, Alc.
loco citato.

Fallit 12. pluribus aliis modis, quos
55 remiſſiue † uidere eſt in ſyntag. comm.
opin. par. 4. in tit. de Iudiciis, loco 11. c.
7. Sententia debet, in princ. poſt alios ibi
allegatos, & præcipuè Anto. Nicell. in
tract. de Concord. glo. concord. 21. qui
tractatus eſt in primo uol. tract.

Declarando hæc omnia, ut quando ſē
56 tentia ferri poteſt de nocte, tria † requi
rantur luminaria, l. 1. §. tria luminaria. ff.
de uentre inſp. in puncto Bart. in l. non
minorem, in fin. C. de tranſact. Io. de Sel
ua in tract. de benef. par. 3. q. 17. num. 2.
verſ. Et ibi ſubdit, Nonius num. 24. poſt
Aretin. in §. oīs, inſt. de uerb. oblig. nec
arbitror ſufficere tres candelulas, ſed
57 tria requiri † magna luminaria, ut etiā
innuit Alber. in d. l. non minorem nu. 2.
uerſ. Et Iacobus Butr. C. de tranſact. in
illis uerbis, De nocte cum torciis, ſed
de hoc ſuo loco dicemus in c. de lumi-
naribus.

Idem uoluit Felin. in cap. conſuluit
nu. 18. uerſ. Et nota. de off. deleg. Requi-
runtur itaque tria luminaria, & ita plu-
* ries * practicaſſe † teſtatur Aretin. in §.
58 omnis, col. 4. in princ. Inſt. de uerb. obl.
D. Præſ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q.
62. Ioſeph Ludou. concluſ. 38. in 86. Illa
tione proin de practica communi, &
* magis * communi teſtatur poſt Viuium
Bernardus Henricus in ſua ſumma au-
rea magis communium opinionum, lib.
3. concluſ. 104. Sententia ad hoc, & ita
omnes tenere in §. omnis, Inſt. de uerb.
oblig. & ita tam in cauſſis ciuilibus, quā
59 † criminalibus, & * ſe iudicando ſeruaſ
* ſe, & multas uices ſe patrocināte ita ob-
ſeruari uidiſſe teſtatur Viuius opi. 703.
Sententia lata de nocte, nu. 4. uerſ. Et ad
uerte, & Syntag. comm. opi. par. 4. loco
11. de Iudicijs c. 5. col. 1.

DE LAVDO
Cap. CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.*
2 *Laudum non poteſt ferri de nocte, niſi ma-
gna imminente neceſſitate.*
3 *Vel ex alijs cauſſis prout ſententia nu. 3.*
4 *Laudū nō poſſit ferri de nocte, triplex decla-
ratio, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Laudum ijs caſibus nocturno tem
pore ferri poſſe, quibus ſententia.

EAdem ratio ne, quia arbi-
tria ſunt redacta ad in-
1 ſtar † iudiciorum, l. 1. ff.
de arbitr. arbiter de no-
cte, niſi ex imminenti ne
ceſſitatē, non poterit ſuū
2 ferre † laudum l. ſi de meis §. final. & l.
ſi feriatis ff. de arbitr. quę iura ſic in pro
poſito intelligit Iaſ. in l. more, n. 12. uerſ.
Secus eſt in ſententia arbitri ff. de ferijs,
Viuius opin. communi 703. Sententia la
ta de nocte, num. 2. uerſ. Vbi cum aliis
citatis, Bald. in l. eos §. ſin autem, nu. 8.
uerſ. Modo quæro C. de appellat. Syn-
tag. com. opin. par. 4. loco 11. tit. de Iu-
diciis, cap. 5. Sententia debet in princip.
uerſ. Ampliatur idem, Io. de Selua in
tract. de Beneficiis, par. 3. quæſt. 17. nu.
1. col. 2. uerſ. Secus ubi non poſſet, Fe-
lin. in cap. conſuluit, num. 18. uerſ. Glo.
in uerſ. Tenebras, de off. deleg. Roman.
in l. oratione num. 8. uerſ. Quid autem
ſit in ſententia arbitri ff. de feriis, quæ
3 omnia eadem recipiunt † temperamen
ta, quæ & ſententiam nocturno tempo-
re latam recipere diximus in ſuperiore
cap. de Sententia.
4 Fallit inſuper hęc deciſio in † trib. ca
ſibus, de quibus Petr. Duen. reg. 58. par.
1. & remiſſiue habetur in ſyntag. comm.
opin. d. par. 4. loco 11. in tit. de Iudiciis,
c. 5. in princ. uerſ. Fallit.

DE

DE ARBITRAMENTO Cap. CXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Arbitramentum poteſt ferri nocturno tempore.*
2 *Arbitramentum eſt ſpecies tranſactionis.*
3 *Arbitramentum magis accedit contractui, quã iudicio.*
4 *Arbitramentum poteſt ferri de nocte, etiam ubi quis eſt electus in arbitrum, & arbitratorem.*
Et cautela Bal. hoc in caſu negligitur, n. 5.
6 *Iure illo cenſetur quis uſus in dubio, quo uti poterat.*
7 *arbitramentum pōt ferri de nocte, ubi adeſt clauſula, ut procedatur de iure, et de facto*
8 *Arbitramentum poteſt de nocte ferri in ijs, quæ expediri poſſunt abſente parte.*
9 *Abſente parte quæ poſſint expediri, remiſſiue.*

ARGVMENTVM.

¶ Arbitramentum ex ui regulę, an poſſit de nocte ferri, breuis quidem, at ſedula explicatio.

Electus autem arbitrator uel amicabilis cōpoſitor, pōt
1 ſuum† arbitramentū ferre etiam nocturno tēpore Io. de Selua in d. tract. de Benef. par. 3. q. 17. nu. 1. colu. 2. uerſ. Vbi tenet; Alc. in l. non minorē, nu. 4. uerſ. Illud quoq; C. de tanſact. qui illud appellat laudatiuum D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Iud. quæſt. 62. nu. 3. uerſic. Hinc uidemus arbitratores, Bald. in l. eos §. ſin autem, num. 8. uerſ. Modo quæro C. de appellat. Viuius d. communi opin. 703. nu. 3. uerſ. Sed utiq; non procederet, Caſtrenſ. in l. more, n. 7. uerſ. Sententia etiam ff. de feriis, ibid. Iaſ. num. 12. uerſ. Septimo fallit, Felin. in c. conſuluit, nu. 18. uerſ. Glo. in uerſ. Tenebras, de off. deleg. Blanc. in tract. de Compromiſſ. quæſt. 2. nu. 26. Pract. Papien. in tit. forma ſententiæ diffinitiuæ §. 1. nu. 37. uer. Item eſt nulla. ſi fuerit lata de nocte, ea nituntur omnes ratione, quoniam eiuſmodi arbitramentum
2 ſit† ſpecies tranſactionis §. fin. authent. ut cum de appellat. cognoſc. tranſactio autem poſſit nocturno tēpore celebrari l. non minorem C. de tranſact. & quia
3 arbitramentum magis accedit† contractui, quam iudicio, Felin. in capi. Cum M. num. 56. uerſ. Et ibi ponit, de conſtitut. per text. in §. ſi uero contigerit Authent. ut differ. iudi. Specul. in tit. de arbitr. §. fin. uerſ. Sed nunquid amicabilis compoſitor, ſicut ergo contractus poſſunt fieri nocturno tempore, ita, & arbitramenta ferri. Idem eadem ratione uoluit Roman. in l. oratione, nu. 8. uerſ. Quid autem ff. de feriis.

Hoc autem placuit Baldo in l. eos §. ſin autem, in fin. C. de appellat. non ſolū quando, qui tullit arbitramenta nocturno tempore fuit à partibus electus in arbitratorem, & amicabilē compoſitorē,
4 ſed etiam, quando fuit ſimul, & † ſemel electus in arbitrum, & arbitratorē, quia ſi proferat nocturno tempore ſententiā ſuam, licet non ualeat in uim laudi, ualebit tamē in uim arbitramēti, ſyntag. cō. opin. par. 4. loco 1. in tit. de iudiciis, c. 5. Sentētia, col. 1. uerſ. Sed utiq; Nec hoc
5 caſu arbitror ego neceſſatiam† cautelā illam Baldi loco cit. ut ſcilicet electi dicant Nos NN. non tanquam arbitri, ſed tanquam amicabiles compoſitores, ſic diſponimus, &c. ſiquidem in dubio illo
6 celetur quis uſus iure, quo† uti poterat, l. uxor C. de legatis, eam tamen laudo ad facilius euitandam ſtatuti pænam, ſi quā irrogaretur. Idem uoluit Caſtrē. in l. oratione ff. de ferijs, quoties in cōpro-
7 miſſo clauſula adſit, ut † pcedatur de iure, & de facto, eo. n. caſu nocturno etiam tempore, ſententia, ſeu arbitramentum
8 ferri poterit, Caſtrenſ. loco cit.

Sed ea omnia, quę diximus uera intelligit. Felin. quoties ſumus in caſibus ijs,
8 qui poſſūt expediri† abſēte parte, alias ſecus, Felin. in cap. cōſuluit, nu. 18. uerſ. Aduerte, quia hoc eſt uerum. de off. de
9 leg. Quę autem ea ſint, quæ abſentibus†

partibus poſſint expediri, Felin. loco. cit. ſe remittit ad Ludouic. Roma. in l. ſi quis arbitratu ff. de uer. obli. Et ego me remitto. Illud placuit etiam poſt Ale. Alciato in l. non minorem, nu. 4. uerſ. Illud quoq; conſtat C. de tranſact.

DE APPELLATIONIbus. Cap. CXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio poteſt de nocte interponi ex Decio & aliis.*

2 *Appellatio eſt ſpecies defenſionis.*

3 *Appellare, an liceat nocturno tempore, Baldi diſtinctio.*

Alia diſtinctio Salyceti num. 4.

5 *Appellatio, quæ interponitur viua uoce, eſt ſtatim interponenda poſt latam ſententiam.*

6 *Appellatio, quæ interponitur in ſcriptis, an iudici poſſit nocturno tēpore, diſtinguitur.*

7 *Appellationis dies currunt de momento ad momentum.*

8 *Appellationis decem dies, non poſſunt per iudicem, aut tolli aut imminui.*

9 *Appellare licet de nocte licite, ubi de nocte licite iudicatur.*

ARGVMENTVM.

¶ Appellari an nocturno tempore poſſit uictor ad alium iudicem, dum affirmant alij, alii diſtinguunt, ad id conſtans Io. de Selua theoria.

APPELLARI autem an poſſit de nocte, affirmarunt ſimpliciter alij, alij uero diſtinxerunt. Affir-
1 mauit † Dec. in cap. conſuluit, nume. 33. uerſ. Et idem in appellatione, de off. deleg. Bal. in Auth. Hodie, nu. 5. uerſ. Sed nunquid appellatio C. de appell. Iaſ. in l. non minorem, num. 3. uer. Quarto limita, ibid. Alc. num. 4. uerſ. Sed, & appellatio C. de Tranſact. quod uoluit Alc. ea potiſſimū
2 ratione, quia appellatio ſit ſpecies † defenſionis, idem Iaſ. in l. More, n. 13. uerſ. Vltimo adde ff. de feriis, idem in l. nō ſolum §. morte, nu. 43. uerſ. Primo, quod licet ff. de op. no. nunc. DD. in ca. quoad conſultationem, de re iud. Syntag. com. opin. par. 4. loco 11. in tit. de iudicijs, capit. 5. Sententia debet, col. 2. in prin. uerſic. Et quanquam ſententia, Viuius communi opinione 703. Sententia lata de nocte, numer. 6. uerſi. Et quanquam ſententia. Idem autem Bald. in d. Auth. Hodie, numer. 5. uerſic. Dic contrarium. C.
3 de appellat. † diſtinxit, aut enim haberi potuit nocturno tempore iudicis copia, quia ſederet pro tribunali, uel haberi non potuit, ut primo caſu poſſit etiam de nocte interponi appellatio; ſecundo caſu non poſſit, ita etiam idem et Bal. in l. non minorem, num. 2. uerſ. Vnde dicunt C. de tranſact. Felin. in c. cum M. Ferrar. nu. 58. uerſ. Quarta, de conſtit.
4 aliter diſtinxit Salycet. † in d. auth. Hodie, nu. 3. uerſ. Quarto ſeptimo C. de appellat. dicens, quod appellatio alia eſt, quæ interponitur viua uoce, alia, quę in ſcriptis; quoties appellatio interponi-
5 tur † uiua uoce, ea interponenda eſt illico poſt tps ſententiæ, ideo tempus latæ ſniæ conſiderandum eſt, ut ſi ſententia nocturno tēpore fuerit lata, appellatio quoq; de nocte interponatur. Vbi uero
6 appellatur in † ſcriptis, eo caſu diſtinxit iterum, & optime Salycet. ibi. aut iudex tulit ſententiam interdiu, aut nocturno tempore; ſi interdiu, nullo pacto po-
9 terit de nocte appellari quod intelligo ego, niſi nocturno tempore copia iudicis haberetur; ſi uero nocturno tempore lata fuit ſententia, & nocturno tempore decimi diei poterit pars appellare, cur-
7 runt. n. decem dies ad appellandum de † momento ad momentum, ideo imputet ſibi iudex, qui ſentētiam nocturno tem-
8 pore tulit, nec. n. potuit † integrum ſpacium decem dierum a lege datum ad appellandum, aut tollere, aut imminuere, Roman. ſing. 465. nu. 1. A ſin. in ſua praxi §. 15. cap. 3. Iterum ſciendum, num. 1. & hoc eſt, quod poſt Bar. in d. auth. Hodie C. de appellat. & in l. nō minorem C. de tran-

Tranſact. uoluit Io. de Selua in tract. de
Benef. par. 3. q. 17. nu. 2. col. 3. verſ. Et eo
9 caſu, quod ſcilicet, quo caſu licitè † iudi
catur de nocte, & de nocte licitè appel
labitur, idem omnino Felin. in c. conſul-
uit, nu. 18. in fin. verſ. Et eo caſu, de off.
deleg. Hęc omnia procedunt non ſolum
in appellationibus à ſententijs, ſed etiã
à lau do, & in qualibet appellatione, ſiue
ab actu iudiciali, ſiue ab actu extraiudi-
ciali, quæ meliori vocabulo reclamatio
appellatur, pari. n. omnes hæ appellatio
nes; & reclamationes procedunt paſſu,
& idem vtroq; caſu datur decem dierũ
ſpacium ad appellandum, Ang. de Gam
bilionibus conſ. 87. In caſu, & thema-
the, num. 3. verſic. Quarto poſito, quod
prædicta, lib. 1.

DE APOSTOLIS Cap. CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli dicuntur libelli dimiſſorij.*
2 *Apoſtoli ſunt portio appellationis.*
3 *Apoſtoli ſunt inſtanter, & ſæpius petendi. Congruis tamen loco, & tempore, num. 4.*
5 *Apoſtoli debent peti intra triginta dies.*
6 *Apoſtoli debent a Iudice peti de die, non de nocte.*
7 *Apoſtoli non debent à iudice peti dum eſt in prandio, uel aliter impeditus.*
8 *Apoſtoli poſſunt peti de nocte, ſi de nocte lata eſt ſententia.*
9 *Apoſtolorum petendorum tempus eſt tempus continuum.*
10 *Apoſtolorum petendorum tempus non poteſt à iudice imminui.*
Sed minui poteſt, non tamen proroga[illegible] non poſſit, num. 11.
Vtilitas, nu. 12.

ARGVMENTVM.

¶ Apoſtolos, ſeu libellos dimiſſorios congruis loco, & tempore petendos, non autem de nocte. Triginta dies illi, an extendi poſſint, an contrahi.

LIBELLOS dimiſſorios,
1 quos † apoſtolos uocant,
ipſius appellationis por
2 tionem † Bald. in l. eos
§. apoſtolos C. de appel-
lat. Imol. in capit. [illegible]
de appellat. in 6. Ferrarius Montanus
de appellat. lib. 2. cap. 7. Hactenus inter
poſuimus, col. 1. verſic. Vbi, & hoc ob-
3 ſeruare conuenit, eſſe inſtanter, & † ſæ-
pius petendos, congruis tamen loco, &
4 † tempore, eſt inter alia pleraque iura
text. in cap. ab eo, de appellat. in 6. Quod
autem congruum, quodue incongruum
tempus declarat glo. ibid. in verbo Lo-
5 co, dicens, quod † apoſtoli debent peti
6 intra triginta dies, de die, non de † no-
7 cte, vel cum iudex eſt in prãdio, uel † ali
ter impeditus, quod verum intelligo,
quoties ſententia lata eſt de die, quòd, ſi
8 ſententia lata fuerit nocturno † tempo-
re, etiam nocturno tempore peti pote-
runt apoſtoli, Io. de Selua in tract. de Be
nef. part. 3. quæſt. 17. nu. 2. verſi. Et idem
ſecundum eundem, Felin. in cap. conſul
uit, nu. 18. in fin. verſi. Idem puto, de off.
deleg. & ratio eſt manifeſta, ſiquidem
tempus triginta dierum ad petendos
9 apoſtolos eſt † continuum, & currit de
de momento in momentum, Ferrarius
Montanus de appellat. lib. 2. cap. 6. Ha-
ctenus interpoſuimus, col. 3. verſic. Ad-
uertendum quoque eſt, per tex. in l. 1. §.
biduum ff. quando appellandum ſit, gl.
in c. non ſolum, & in c. ſciuerit, de appel
lat. in 6. glo. in l. 1. ff. de libel. dimiſ. im pu
tet ergo ſibi iudex, qui ſententiam no-
cturno tulit tempore, certus ſe non po-
tuiſſe terminum ad apoſtolos petendos
10 a lege conceſſum aliquo pacto † immi-
nuere, Salyc. in auth. hodie, nu. 3. verſic.
Quia tempus hoc C. de appellat. & dixi
mus in ſuperiore c.
Sed certè hi triginta dies ad petendũ
apoſtolos, licet ſecundum quoſdam, nec
prorogari poſſint, nec per iudicem com
minui, Ferrarius tamen Montanus loco
cit. col. 1. verſ. Inſuper, quia iudicibus no-
11 litit, non quidem poſſe † prorogari, poſ
ſe tamen minui, atq; poſſe iudicem non
expectatis 30. diebus in ius vocare ap-
pellan-

pellantem, eum ſcilicet qui prouocauit, illiq; libellos dimiſſorios dare, & non comparentem, ſic citatum appellantem reijci deinde, tanquam eum, qui prouo
12 cationi † renunciauerit, niſi tamen, inquit Montanus, legitimus detentus impedimento non comparuerit prouocans. Erit autem legitimum illud quoque impedimentum, ſi prouocans citatus fuiſſet nocturno tempore, per ea, quæ diximus in c. de Citatione, & in c. de Comparitione.

DE SATISDATIONE Cap. CXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Satiſdatio poteſt nocturno tempore præſtari.*
2 *Satiſdatio uoluntaria poteſt nocturno tempore præſtari.*
3 *Satiſdatio contentioſa quando poſſit nocturno tempore præſtari.*
4 *Satiſdatio præſtatur Notario, qui tenetur in ſubſidium.*

ARGVMENTVM.

¶ Satiſdationem uoluntariam nocturno tempore ſemper præſtari poſſe, contentioſam vero non indiſtinctè.

1 Satiſdationem poſſe † nocturno tempore præſtari ſcripſit gloſſ. in leg. More Romano, ff. de ferijs, ibid. Angel. numer. 8. uerſic. Nota diligenter, Alexan. numer. 8. & 9. Bald. num. 3. uerſic. Secundus eſt actus
2 ſatiſdationis. Quod in ſatiſdatione † uoluntaria ex conſenſu partium nullam patitur difficultatem, quoniam quilibet actus nocturno tempore poteſt celebrari, ut diximus, & declarauimus in c. de Venditione, in fin.

Quod uero pertinet ad ſatiſdationem contentioſam, Bal. & Alex. locis cit. uo-
3 luerunt tunc demum † nocturno tempore poſſe ſatiſdari, ſi Iudex ſui copiam faciat, uel periculum ſit in mora.

Ego vero exiſtimo decretum quidem ſatiſdationis a Iudice pendente, ipſam
4 vero ſatiſdationem præſtandā eſſe † Notario, ſeu actuario, illius periculo in ſubſidium, tex. in §. ſciendum, & in §. fin. cum gl. in ver. Vrbi, inſt. de ſatiſdat. tutor. qua de re dico ſatiſdationem contentioſam, ſi ſola deſideretur præſtatio, etiā nocturno tempore præſtari poſſe, ſi Notarius, ſeu actuarius ſui copiam faciat, uel periculum ſit in mora.

DE PIGNORIBVS Cap. CXL.

SVMMARIVM.

1 *Pignora nocturno tempore conſtitui poſſunt. Quod procedit, ſi pignora ſint uoluntaria, ſecus, ſi contentioſa, nu. 2.*
3 *Pignora contentioſa quando nocturno tempore poſſint conſtitui.*

ARGVMENTVM.

¶ Pignora uoluntaria nocturno tempore conſtitui poſſe, ſed, & contentioſa, ſi Iudex pateat, uel periculum ſit in mora.

HVIC proxima eſt pigno
1 rum † conſtitutio, quæ etiam nocturno tempore fieri poteſt, gloſ. in l. More Romano ff. de feriis, quod intelligo ue
2 rum de conſtitutione pignorum † conuentionali, ſecus de contentioſa una cū Neguſant. in tract. de Pignor. in primo membro tertiæ partis, Capiendo itaq; primum, num. 3. uerſ. Item poteſt conſtitui etiam de nocte. Sed, & pignorum
3 conſtitutio cōtentioſa fieri poterit † nocturno tempore, ſi Iudicis copia habeatur,

Digitized by Google

tur, vel periculũ ſit in mora, Bald. in d. l. More, n. 3. verſ. Secũdus eſt actus ſatiſda tionis, ff. de feriis, ibid. Alex. nu. 8. & 9.

DE TESTAMENTIS Cap. CXLI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum poteſt fieri de nocte.*
Triaq; ad id luminaria requiruntur, nu. 2.
3 *Teſtamenta facta de nocte ſunt ſuſpecta.*
Declarat Author, ibid.
4 *Teſtamenta nocturno tempore celebrãta ſine lumine non ualent.*
5 *Teſtamenta nocturna ſine lumine non carẽt ſuſpicione falſitatis.*
6 *Teſtes in teſtamento debent uidere teſtatorẽ.*
7 *Cortina poteſt intercedere inter teſtes, & teſtatorem ex glo. ſed ea glo. communiter reprobatur, nu. 8.*
9 *Teſtari poteſt infirmus etiam in domo obſcura, ſi teſtes habeant notã uocẽ cõtrahẽtiũ.*
Contrarium uerius, nu. 10
11 *Teſtamentum nocturnum ſine lumine, ut ſuſtineatur cautela.*
Cautela non placet nu. 12.
13 *Hæres fiduciarius non eſt hæres.*
14 *Hæres fiduciarius eſt potius cuſtos.*
Seu nudus miniſter, num. 15.
16 *Mater poteſt filium exhæredare, ſi de illius commodo agatur.*
Exemplum ibid.
17 *Tex. in § fin. inſt. de vulg. & in l. ſi pater familias ff. de hæred. inſt. locũ habet in ſeruis.*
In filijs, nu. 18.
Et in monachis, num. 19.
Non tamen in hærede fiduciario, nu. 20.
21 *Teſtamenta nocturna non poſſunt ſine luminaribus celebrari, etiam ad pias cauſſas, & quare.*
22 *Teſtamentum deficiens totaliter in uoluntate non ualet, nec etiam ad pias cauſſas.*
23 *Teſtamentum minus ſolemne inter liberos, inter eos ualet, non inter alios.*
24 *Subſtitutio pupillaris facta in teſtamento minus ſolemni quando ualeat.*
25 *Tutor datus filijs in teſtamento minus ſolemni quando ualeat.*
26 *Statutum eſſet iniquum, ſi iuberet, ut teſtamenta nocturna ualerent ſine luminibus.*
27 *Statutum poteſt tollere ſolemnitates teſtamẽtorum, ſed non probationes.*
28 *Teſtamenta nocturna ne ſine luminibus conficiantur, non ſolum pertinet ad ſolemnitatem, ſed etiam ad probationem.*
29 *Mortis articulus imaginarius potentior eſt reali in ultimis uoluntatibus.*
30 *Teſtamenta etiam cum luminaribus nulla urgente neceſſitate, non poſſunt fieri de nocte, quia ſunt ſuſpecta.*
Maximè, ſi inſtituti fuerint affines in eorum domo, nu. 31.
32 *Teſtamenta nocturna deſiderãt noctis horã.*
33 *Dolus præſumitur in actibus noctu celebratis ſine neceſſitate.*
34 *Neceſſitas duplex, realis, & imaginaria, & altera ſemper dicitur ineſſe in teſtamentis conficiendis.*

ARGVMENTVM.

¶ Teſtamenta noctu celebrata, nec etiam ad priuilegiatas cauſſas ſuſtineri, manifeſtoque uoluntatis defectu laborare.

1 TEſtamentum, nocturno tempore confici † poſſe eſt text. in l. ad teſtium, §. ſignum autem, verſic. Poſſe, & nocte, ff. qui teſtam. his verbis, Poſſe, & nocte ſignari teſtamentum nulla dubitatio eſt. Idẽ voluit omnino D. Mantica de Coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 8. Quamuis, nume. 3. verſic. Illud etiam notandum puto, Roman. in l. oratione, nume. 8. verſic. Vlt. glo. ff. de feriis, & in genere loquens de omnibus ultimis uoluntatibus poſt Felin. & Dec. in cap. Conſuluit, de off. deleg. ibi alllegat. ſcripſit Nauar. conſi. lib. 1. in ti. 6. de Electione, conſ. 2. Definitorium, num. 1. verſi. Reſpondeo, Alber. in rub. ff. de teſtam. num. 20. uerſ. Quod teſtamentum poſſit. Atque eo tempore,
2 neceſſario tria requiri † luminaria, quia ſimus in inſpectis, Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſ. 116. Notarius iſte, nu. 4. uerſi. Verum, ſi heret part. 2. D. meus Preſ. Menoch.

noch.de præſumpt.lib.4. præſump. 12.
Conuenit,ut hoc in loco,nu.5.uerſi.Se-
cunda eſt coniectura,Rimin. iun. conſi.
269.num.17.cum ſeqq. Simon de Præt.
de interpret.ult.uolunt.lib.2.interpr. 2.
dubit.1.ſolut.3.Res demum,nu. 9. uerſ.
Item ratione temporis, pag. 126. B.Iaſ.
conſ.50.Placet conſultatio,lib.3. Anch.
iun. quæſt. 11. Cornelius tempore no-
ctis,num.8.uerſ.Niſi facta ſint,par. 2. &
ita intelligo Bald.ibid. allegatum in ca.
1.co.pen. de fid.inſtrum.qui dixit,quod
3 teſtaméta facta de nocte ſunt † ſuſpecta,
intelligo inquam,ſi ea non intercedant,
quæ requiruntur, Idem uoluit Ioan. de
Bonifac.in tract. de furt.§. Inuito domi-
no,nu.21. uerſ. Hinc eſt legẽ,& per tex.
in l. 1.§.tria lumina ff.de Ventr.inſp. uo
luit D.Mantica loco cit. qui aliàs ſine lu
minaribus teſtamentum nocturno tem
4 pore çelebratum † nõ ualere concludit
eo loci duplici ratione, quarum tamen
altera ab altera pendet. Prima eſt, quia
teſtamẽtum nocte factum abſque lumi
5 nibus nõ caret ſuſpicione † falſitatis per
tex.in d. l. 1. §.tria lumina ff.de Ventre
inſp. Secunda, quoniam ad hoc,ut teſta
6 mentum ualeat,debẽt teſtes † cõſpicere
teſtatorem,l.ſi non ſpeciali,ibid.Bal. &
alij,C.de teſtam. addo text. in l. ſi unus
ibi,Coram teſtatore C.eo.de teſtam.&
* hanc concluſionẽ procedere de * plano
ſcripſit Dec.conſi.354.In caſu propoſi-
to,in prin Iaſ. conſ. 50. Placet conſulta-
tio,per totum, uol. 3. Tiberius Decian.
conſ.65.Licet autem,nu.20. uerſi. Sextò
conſidero,uol.2.qui tamẽ alternatiuam
ponit, quod ſcilicet teſtamenta noctur
no tempore celebrata abſque tribus lu-
minaribus non ualent, uel ſaltem ſuſpe
cta redduntur, Roman. in l. oratione,
nu.8.uerſi.Dubium eſt,ubi uidetur uel-
le ſufficere lunam ff.de ferijs.

Et licet contrarium ſenſerit gloſ.in l.
in ſumma §.Idem labeo el.primo in uer.
Audierint ff.de aqu. pluu. arcend. dum
7 uoluit, quod poſſit intercedere † corti-
na inter teſtes, & teſtantem, attamen
communis eſt in contrarium, requiri-
tur enim conſpectus, text. in d.l. ſi non
ſpeciali C.de teſtam. ibid. Bart. numer.
* 1.Caſtrenſ.num.5. Ang.num.3.de * com
muni Imol. in l. in ſumma §. Idem la-
beo,in meo Cod.eſt in l.1.num.23.ff.de
aqu. pluu. arcend. additur ad Abb.in
cap.præterea, num. 6. in uerſi. Cæcus,
ſub littera A.extra de teſtibus,ibid.Fe-
lin.nu.4.Angel.in Auth.de Hær. & fal-
cid.nu.34.uerſi.Et per hoc apparet,tex.
in §.ſi uero abſunt aliqui, & gloſſ. ibid.
in uerſic.Et uidiſſe,Auth. eod.de Hære
dibus, & falcidi. de communi, etiam
Alex.conſi.99. In caſu prædicto, nume.
5. uerſic. Et eſt communis, lib. 3. & il-
lam gloſ.in l.in ſumma, §. Idem Labeo
* ff. de aqu.pluu.arcend. eſſe * communi-
8 ter reprobatam † teſtatur Mattheſila-
nus ſuo ſing. 124. Nota, quod licet re-
gulariter, etiam ſi haberent teſtes uo-
cem teſtatoris notam, quoniam infir-
mus de facili uocem immutat, Felin. in
ca.præterea nu.4.de teſtibus,Bar.in l. in
ſumma §.Idẽ Labeo,el primo,ff.de aqu.
pluu. Abb.in c.cum cauſſam,nu 9.de te-
ſtibus,Alex.conſ.24.Animaduerſis his,
nu 10.uerſic.Nec obſtat, quod ille teſtis
* lib.2.de * communi idem Ale. conſ. 99.
In caſu prædicto,nu.5.uerſi. Et eſt com
munis, lib.3.

Ex quibus patet malè ſentire adden-
tes ad Mattheſilan.loco cit. dum uolue-
9 runt,quod,ſi teſtes erant in domo † ob-
ſcura,& teſtator erat infirmus,& uox e-
ius erat nota teſtibus, quod poſſunt te-
ſtes deponere de ipſo teſtamento; Nec
hoc conuincunt ſimilia ibi adducta; At
que hoc dictum condemnat Dec.conſi.
* 354.In caſu, in fine, & ideo * Bononiæ
teſtamentum quoddam ea de re fuiſſe
10 † caſſatum, quia teſtes non uiderant te
ſtatorem, poſt plures ibi allegatos teſta
tus eſt Anchar.iun.quæſt.11. Cornelius
tempore noctis num.6.uerſ.In quo loco
idem uoluerunt Soci.conſ. 130. uolu. 1.
Iaſ.conſ.97.lib.4.Corn.conſil. 18.uol.2.
* & * Modernos eſſe contra Bald.teſtatur
Anchar.loco cit.

Cautela cõſideratur poſt Corn.conſ.
18.Principale,in fin.uol.2. ab additiona
tore ad Mattheſil. dicto ſing.124.ut ſci-
11 licet inſtituatur heres † Eccleſia,uel a-
lius pius locus,& ab huiuſmodi herede
relin-

relinquatur,quibus , & quãtum teſtat.
velit,& ualebit hoc caſu diſpoſitio teſta
toris, etiam ad cauſſas non pias. Quod
12 dictum apud me maximam habet† dif-
ficultatem . Vel enim iuſſa eſt Eccleſia
aſſem integrum reſtituere, vel illius cer
tam partem.Si iuſſa eſt integram hære-
ditatem reſtituere, ceſſant profecto om
nia Eccleſię priuilegia,quoniam non ip
ſa Eccleſia hęres. cenſetur inſtituta,ſed
13 ij,quibus† totum fuit patrimonium le-
gatu,Ripa in l.Cum filio familias,num.
14 64.ff.de leg.1.potius enim †. cuſtos eſt
hæres fiduciarius,quam hęres,Ripa in l.
in fideicommiſſarum §.ſi legatum, nu-
15 me.7.ff.ad Trebell.& alibi dicitur † nu-
dus miniſter à tex.in l.Sulpitius ff.de do
nat. inter vir.& ux.pro quo facit nota-
* bile dictum,quod dixit Clar.*communi
ter receptum,lib.3.recept.ſentent.§.te-
ſtamentum,quæſt.41.nume.7.ubi dicit,
quod,ſi pater ſit bonorum dilapidator,
16 prodigus,poterit mater† exhæredare fi-
lium , ne pater adminiſtret bona filii,
modo alium inſtituat, qui poſtquam fi-
lius ſui iuris ſit effectus,eidem hæredita
tem una cum fructibus reſtituat,& actus
ille ſuſtinetur . Qua de re,dixi ego ali-
quando diſpoſitionem legis ſi pater fa-
milias ff.de hæredit.inſtituend. & §.fin.
17 Inſt.de vulg.quamuis in † ſeruis locum
18 habeat,ut ibi ad litteram legitur,item †
19 in filiis,atque etiam in† monachis,iux-
ta tamen diſtinctionem , quæ colligitur
ex Angelo in d.l.ſi paterfamilias,nume.
3.ff.de hæred.inſtituend.Iaſ.in l.1.§.per
ſeruum,qui numer.14.ff.de acquir.poſſ.
per cap.cum ad monaſterium,de ſtat.ho
min.& cap. cum olim,el 2.de priuileg.
dixi tamen eã non habere locum in hæ-
20 rede† fiduciario.Sed nec arbitror teſta-
mentum,etiã fauore piæ cauſſæ,noctur-
21 no tempore celebrari poſſe ſine† lumi-
naribus,præcipua enim ratio,cur nõ poſ
ſit teſtamentum nocturno tempore ſine
luminaribus celebrari,eſt,de qua D.Mã
tica allegato lib.2.tit.8.num.3.in fin. eã
eſt,ſiquidem teſtamentum ſic conditum
non caret ſuſpicione falſitatis. En ergo
defectum uoluntatis , quo caſu eſt certa
iuris regula,quod nec etiam fauore piæ
cauſſæ valet teſtamentum deficiens ſal-
22 tem totaliter in † voluntate,Areti.inſti.
de teſtam.in princip.nume.7.& 8. Bald.
in l.& in epiſtola,num.2.C.de fideicom
miſſis , de * communi poſt Boer.deciſ.
93.à nume.10.deciſ.240.num.5.& alios
ibi allegatos teſtatus eſt Clar.in §. teſta
mentum.quæſt.7. nume.4. verſi. Sed ta-
men credo.

Amplius exiſtimo , quod etiam ſi lu-
minaria nocturno tempore ſint ad ſo-
lam ſolemnitatem,nõ autem ad reijcien
dam præcipue falſitatis ſuſpicionem,ſic
que defectus luminum arguat defectũ
ſolemnitatis,non uoluntatis, quod uale
bit quidem teſtamentũ ratione piæ cauſ
ſę,non autem rõne cauſſæ non pię anne
xę;uideo enim,quod teſtamentum inter
liberos,ſi deficiant ſolemnitates,ualet q
23 dem quoad† liberos,ſed non quoad ex-
traneos l.Hac conſultiſſima.§.ex imper-
fecto,C.de teſtam.unde dixit Bar.in l.2.
num.18.ff.de vulg.quod,ſi teſtator in te
ſtamento minus ſolemni inter liberos
24 ſubſtituat alteri ex filiis ſuis† pupillari
ter alterum ex filiis ſuis,eiuſmodi ſubſti
tutio,tanquam facta in fauorem filiorũ,
ſuſtinetur.Sed ſi teſtator propriis liberis
extraneum ſubſtituat,eum dixeris , qui
non ſit ex liberis , non ſuſtinetur teſta-
mentum , & de* communi poſt Cur.
iun.in d.§.ex imperfecto,num.6.ibi alle
gatum teſtatus eſt Clarus d.§. teſtamen
tũ quæſt.10.Diſpoſitio, nu.2. uerſ.Hinc
infertur.Rurſum video,quod,ſi ex filiis
25 alter maior minoribus aliis† tutoré de-
tur in teſtamento inter liberos non ſo-
lemni,ualet datio tutoris,ſecus,ſi extra-
neus,ut æqualis ſit ratio commodi,& in
commodi , de *cõi , poſt Sal Cor.Curt.
iun.in d.§.ex imperfecto, ibi allegatos ,
teſtatur Clarus loco cit.num.3.uerſi. Se
cundò infertur.

Voluit tandem Iaſon conſi.50. Placet
conſultatio,nu.9.uerſ.Imo fortius, uol.
3.quod ſtatutum diſponens,ut teſtamẽ
tum conditum de nocte ſine luminibus
26 ualeat,ſit† iniquum,& nullius momen
ti,tanquam præbens anſam falſitatibus.
Quod uerum arbitror,quoniam hoc ca-
27 ſu ſtatutum non tolleret † ſolemnita-
tes

tes teſtamentorum, quas poteſt, ſed tolle-
ret probationes.

Sed, quia diximus uocem immutari fa-
cillime poſſe ex infirmitate, ideoque nō
28 ſolum ad ſolemnitatem, ſed etiam ad †
probationem pertinet, ne teſtamenta no-
cturno fiant tempore, ſine luminaribus;
Quid, ſi teſtator teſtamentum condat ſa-
nus, & mente, & corpore? Reſpondeo
adhuc idem dicendum eſſe, neque enim
uideo ſeparatas prouincias. Ratio autē
eſſe poteſt, prima, quia iura a communi-
ter, accidentibus arguant, ut ſcilicet, ne-
mo diſponit domui ſuæ, niſi quia ex in-
firmitate arguatur, quia cras morieris;
ſecunda, quia mortis articulus duplex
29 eſt, realis † & imaginarius, hic aūt poſte-
rior magis potens eſt in vltimis uolunta-
tibus, ut ſcripſi alias in tract. de Act. in
Mort. art. ca. 78. per totum.

Teſtamentum tamen, licet nocturno
tempore cum luminaribus poſſit cōfici,
ut diximus in principio huius cap. ſi ta-
mē nulla urgebat neceſſitas, nec debuit,
30 nec † potuit fieri de nocte, Tib. Decian.
conſ. 65. Licet autem, nu. 20. uerſ. Addo,
quod, vol. 2. eſt. n. ſuſpectum, maximè, ſi
31 inſtituti fuerint † affines, in quorum ędi-
bus celebratum ſit nocturno tempore te-
ſtamētum, D. meus Præſ. Menoch, de prę-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 12. Conuenit, ut
hoc in loco, num. 6. uerſ. Tertia eſt conie-
ctura. Atque dum eo tempore conficit,
32 debet notarius † horā noctis ſcribere ad
amouēdā ſuſpicionem falſitatis, Deciā,
ibid. nu. 21. uerſ. Et ad tollendam, quod
poſterius libenter admittimus, ut etiam
diximus in cap. de Notario, & in cap. de
falſis, prius uero communis negligit ob-
ſeruatio, ac praxis.

Nec me mouet, quod ſine neceſſitate,
33 ſi quod fiat nocturno tempore, in eo † do-
lus præſumatur, quod in puncto uoluit,
D. meus Præſ. Menoch. d. præſumpt. 12.
num. 7. uerſ. Imo dolus præſumitur, li. 4.
poſt Socin. iun. conſ. 31. num. 49. lib. 2. &
Grau. conſ. 34. num. 11. nouiſſimè Io. Bo-
nif. in tract. de Furtis §. Inuito domino,
nu. 25. uerſ. Et ſicuti nox, & diximus ali-
bi, non me mouent ea inquam, quia ſub
34 eſt ſemper † neceſſitas in teſtamētis, uel
realis, uel imaginaria, ut diximus in cap.
de Contractibus, nu. 9.

DE CODICILIS Cap. CXLII.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli poſſunt etiam nocturno tempore ſi-
ne luminibus confici, ex pluribus*

2 *Teſtamenta etiam nocturno tempore, ſine lu-
minibus ualent ſi addatur clauſula codicil-
laris.*

3 *Teſtamentum nocturnum ex Decio ſemper
ſuſtinebitur, etiam ſine lumine, in uim co-
dicillorum, quia codicillaris clauſula ſem-
per ſubintelligitur.*

4 *Mulier in teſtamentis non poteſt eſſe teſtis.*
Poteſt tamen eſſe teſtis in codicillis, nu. 5.
*Siue ſint codicilli teſtamentum ſubſtātiātes,
num. 6.*
*Siue per teſtamentum expreſſè, uel tacitè con-
firmati, num. 7.*
Siue per teſtamenti reſolutionem creati, n. 8.

9 *Codicilli non poſſunt nocturno tempore, ſine
luminibus celebrari, ex ueriori.*

10 *Clauſula codicillaris uel apponit ex ſtylo no-
tarij, uel illius uires non intelligit teſtator.*

11 *Clauſula codicillaris non appoſita, pro omiſ-
ſa habetur regulariter.*

12 *Suppletionis ſpecies quinq; & quæ.*

13 *Clauſula cōſueta apponi habetur pro appoſita
Maximè, ſi cōiter apponi conſueuit, nu. 14.*

15 *Clauſula in reſcriptis, Si preces ueritate nitā-
tur ſemper ſubauditur.*

16 *Clauſula conſueta apponi, omiſſa non ſub-
auditur in ijs, in quibus eſt facienda ſtricta
interpretatio.*

17 *Clauſula conſueta apponi, ſed omiſſa, quæ
ſuppleantur, ex Authore.*

ARGVMENTVM.

¶ Codicillos nocturno tempore, ſi-
ne luminaribus confici non poſſe
ex ueriori aduerſus plures.

TE-

TEſtamenta autem, licet nocturno tempore, ſine luminatibus celebrari non poſſint, ut paullò ſuperius uidimus, codicillos tamen poſſe
1 etiam † nocturno tempore confici, etiã ſine luminibus, additur ad Matheſil. ſing. 124. Nota, quod licet regulariter, poſt Alex. in l. ſi non ſpeciali C. de Teſtament. quo loco eam ob rem cautela datur, ut ſi nocturno tempore teſtari cõtingat, uel etiam alio tempore, nec tamẽ
2 teſtes teſtatorem conſpiciant, addant † clauſulam codicillarem, ut ſaltem ualere poſſit actus in uim codicillorum. Amplius in ſuis rationibus dubitandi Dec. conſi. 354. In caſu propoſito, nume. 1. dicit, quod ſemper teſtamentum nocturno tempore, ſine luminaribus celebratũ
3 ualebit, ſaltem in uim † codicillorum, quoniam ſubintelligitur clauſula codicillaris, tanquam communiter apponi conſueta. Ratio autem huius differentię additur ad Matheſil. loco cit. qua ſcilicet a teſtamento ad codicillos non infertur reſpectu eorum, quæ ad ſolemnitatem pertinent per l. hac conſultiſſima C. de teſtam. iunct. l. fin. C. de codicill. & l. fin. C. de donat. cauſ. mort. Eadem ra
4 tione uidemus, quod mulier, licet in † teſtamentis non poſſit eſſe teſtis regulariter §. poſſunt autem, inſt. de teſtam. l. qui teſtamento §. eum, qui lege, uerſicu. Mulier teſtimonium ff. qui teſtam. latè Rui. conſil. 192. nume. 3. volum. 2. quam opi
* nionem ſequi * omnes nemine diſcrepante poſt Bellon. conſi. 14. numer. 28. teſtatus eſt Viuius communi opinione 968. in princip. poteſt tamen eſſe teſtis
5 in † codicillis, Aretin. in d. §. poſſunt autem, nume. 1. Inſt. de teſtament. gloſſ. in l. fin. C. de codicil. in verbo Quinque teſtes, Socin. reg. 511. in tertia fallent. glo. iterum in l. q teſtamẽto §. mulier, in uerbo Non poterit ff. de teſtam. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, in princ. num. 8. C. de teſtam. Dec. in l. 2. num. 25. qui opponit, & ſoluit ff. de reg. iur. Felin. in cap. 3. nume. 2. extra de teſtibus, Bal. conſ. 9. Licet mu
* lieres, uol. 5. de * communi Viuius opin. 968. Teſtis non poteſt, nu. 2. & Io. Crot. de teſtibus, par. 1. nu. 6. ſiue ſint codicil
6 li teſtamentum † ſubſtantiantes iuxta terminos leg. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demonſtrat. ex Alber. in leg. qui teſtamento §. mulier, numer. 8. ff. de teſtament. ſiue ſint codicilli per teſtamen
7 tum tacitè, uel expreſsè † confirmati, quod, uel idem eſt, uel paullum diſtat à ſuperiore pronunciato, Bald. conſi. 9. Licet mulieres, uolum. 5. ſiue etiam ſint co
8 dicilli per teſtamenti † reſolutionem creati, ut quandò in teſtamenti defectũ apponitur clauſula codicillaris, Petr. de Moncada ad Io. Crot. de teſtibus par. 1. numer. 6. ſub littera H, poſt Aret. Bauer. Fabr. & Iaſ. ibi allegatos, idem uoluit, quod ſcilicet codicilli poſſint fieri nocturno tempore, ſeu, quod idem eſt, teſtibus non uidentibus teſtatorem, uoluit inquam Direct. de art. teſtand. tit. 2. de teſtam. ordin. caut. 8. Teſtes ad teſtamenti, num. 3. uerſ. Item teſtes debent uidere.

Sed certè arbitror rem ſe aliter habe
9 re, atque opinor † codicillos nocturno tẽpore ſine lumine celebratos nullius eſſe maioris, aut momenti, quod uoluit Corn. cõſ. 18. Principale, uol. 2. additur ad Mattheſil. d. ſing. 124. latiſſimè Decius conſi. 354. In caſu propoſito, per totum, per ra
* tiones ibi allegatas, ubi de * communi teſtatur, num. 5. uerſ. Et in iſta opinione, D. meus Præſ. Menoch. conſ. 288. Et ſi uerè exiſtimem, num. 29. uerſ. Atqui codicilli, qui cum ſuperiores et alleget doctores, mihi tamẽ nouum tantum addit, poſteaquam illum uidi, Alcia. reſponſ. 553. num. 4. Addo Anchar. in quæſt. 11. Cornelius tempore noctis, num. 11. uerſ. Sed maius dubium eſt, par. 2. qui Mattheſi. in indiuiduo, dicto ſing. 124. & eius ſequaces reprehẽdit, cuius dictum placet, ſed diſplicet ratio, dũ vult, quod illud ideo
10 ſit, quia clauſula † codicillaris, uel apponatur ex ſtylo notarii, uel ſaltem illius uires neſciat teſtator, quaſi uelit, quod ſi iubente teſtatore, eodemque uires clauſulæ codicillaris intelligẽte, clauſula codicillaris in teſtamẽto apponatur, valeat in uim codicillorum teſtamentũ nocturno tempore factum, ſine luminaribus,

quod

quod nõ placet. Ratio autem, cur nocturno tempore non poſſint codicilli ſine luminib. celebrari, eſt manifeſta ni fallor, fundamentum prioris opinionis retorquendo, quoniam, quòd teſtes videant teſtatorem, et in teſtamentis, non eſt ad ſolam ſolemnitatem, ſed etiam ad probandam voluntatem, & compeſcendam præſumptæ falſitatis audaciam, vt diximus in ſuperiore cap. quod profectò ꝑ ſuperius dicta procedit ét in codicillis.

Quòd, ſi vera ſit prior opinio, vt ſcilicet codicilli confici poſſint de nocte, ſine luminaribus, quod tamen pro noſtra authoritate reprobauimus, non ideo tamen vera erit ratio dubitandi, de qua Dec.d.ca.354. in prin. vt ſemper valeat teſtamentum nocturno tempore celebratum ſine luminaribus, ſaltem in vim codicillorum, quia hæc clauſula codicillaris communiter apponi conſueuerit. Dico.n. quod clauſula codicillaris non
11 appoſita pro † omiſſa habetur, niſi in ſpeciali cauſſa, tex. glo. & ibi Bald. num. 6. in l. cohæredi §. cùm filiæ ff. de vulg. latè Fab. Turret. in trac. de clauſula codic. in prin. Quod autem pertinet ad regulam illã, quòd clauſula conſueta apponi pro poſita habetur: ſcio equidem eſſe quin-
12 que ſpecies † ſuppletionis, & ſubauditionis ex Bal. in l. errore, n. 3. C. de teſta. Primam ex natura rei, vel actus; Secundam ex natura orationis; Tertiam ex natura relationis; Quartam ex natura breuiloquæ locutionis; Quintam ex natura conſuetudinis; Quare dicunt docto-
13 res, quòd clauſula † cõſueta apponi pro appoſita habetur, & in inſtrumẽto ſubauditur, Bald. in l. ſi quis ſub conditione, num. 4. ff. de condit. inſtitut. Iaſ. in l. certi condictio §. ſi nummos, num. 24. ff.
14 ſi cert. pet. maximè, ſi † communiter conſueuerit apponi, non rarò, vt in terminis Decij Iaſ. qui ita diſtinguit in l. vt liberis, nume. 24. C. de collat. quare clauſula illa in reſcriptis communiter apponi cõſueta, Si preces veritate nitantur, ſem-
15 per † ſubauditur, Aretin. in §. ſed & quod principi, nu. 4. inſtit. de iure natur. Bart. in l. ſi ex falſis, nume. 1. C. de Tranſact. Idem in l. 2. num. 2. C. ſi contra ius; ſed ſcio etiam, quòd ubi ſtricta eſt, non autem larga rogatio, qualis eſt illa teſta-
16 mentorum, omiſſa † clauſula, licet conſueta, non ſubauditur, Iaſ. in d. l. vt liberis, num. 24. C. de collat. ſcio præterea,
17 quòd clauſulæ ſunt in duplici † differẽtia, aliæ. n. conſueuerunt apponi pendẽtes ex facto notarij ad ſolemnitatem actus, & hæ ſupplentur; aliæ ex facto partis ad maiorem volũtatis expreſſionem qualis eſt clauſula codicillaris, & hæ nõ ſubaudiuntur, vt colligo ex Bart. in l. ſi librarius ff. de reg. iur.

DE DONATIONE Cauſſa mortis. Cap. CXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſſa mortis fieri non poteſt nocturno tempore, ſine luminaribus.*

Quicquid plerique contrarium arbitrentur, num. 2.

3 *Donatio cauſſa mortis in fieri, magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati.*

4 *Donatio cauſſa mortis, ſi nullus recipiat nomine donatarij, magis accedit vltimis voluntatibus.*

ARGVMENTVM.

¶ Donationem cauſſa mortis, ſine luminibus nocturno tempore celebrari non poſſe, aduerſus omnes. Eadẽ donatio, in fieri, an magis contractui, an magis vltimæ accedat voluntati, nouiſſimè diſtinguit Author.

1 EADEM ratione concludo, nec † donationem cauſſa mortis poſſe nocturno tempore, ſine luminaribus celebrari. Sileant igitur † contrarium ſentien-
2 tientes, additio ad Matthe ſil. ſingu. 124. Nota, ꝙ licet regulariter, Iaſ. conſ. 26. Omiſſis quibuſcunq; nu. 10. verſ. Benè facit

Digitized by Google

facit ad prædicta, vol. 1. Idem Iaſ. conſ. 82. Viſo teſtamento, nu. 4. verſi. Bene facit illud, vol. 3. Roland. a Vall. conſi. 82. Prima facie uideretur, nu. 33. verſ. Pro cuius opinione, col. 1. Io. Dilect. de Art. teſtand. tit. 2. de teſtamentis ordinand. caut. 8. Teſtes ad teſtamenti ſolemnitatē nu. 3. uerſ. Quia ex teſtamēto. Nec mihi faceſſit negocium illorum ratio, quo-
3 niam ſcilicet † donatio cauſſa mortis in
fieri, & ordinari, magis accedat contra-
* ctui, quam ultimæ uoluntati, quod * cōmune teſtantur pronunciatum, addo de communi Iaſ. in l. 2. n. 1. ff. de leg. 1. ibid. Ripam, nu. 15. Iaſ. iterum, in l. ſenium, num. 8. in fin. C. qui teſtam fac. poſſunt, Clar. in §. donatio, qui alios receſet. q. 5. num. 1. etenim illud tollit ſolemnitates, non probationes, lumina autem nocturno tempore, iam diximus in c. de Teſtamentis, requiri quoad probationem.

Quod maxime locum haberet, ſi donatio cauſſa mortis fieret in teſtamēto, ſine præſentia donatarii, uel alterius recipientis, ac ſtipulantis nomine donatarii, ſiquidem magis accederet etiam in
4 fieri ad naturam † ultimarum uoluntatum, ualeret enim in uim fideicommiſ-
* ſi, ut de * communi poſt plures ibi allegat Clar. loco cit. num. 3. uerſic. Sed pone. Vide eum.

DE VLTIMIS Voluntatibus. Cap. C X L I V.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas ultima nulla noctu ſine luminibus celebrari poteſt.*
Sub falſi præiudicio nu. 2.
3 *Generi quæ conueniunt, dicuntur etiam de ſpeciebus.*
4 *Genus continet omnes ſuas ſpecies, & propriè.*

ARGVMENTVM.

¶ Vltimas uoluntates noctu explicatas, eo tempore, nec ſcribi, nec nuncupari poſſe.

1 TAndemque nullam eſſe ultimam † uoluntatem, quæ noctu confici poſſit, ſine luminaribus, aliterque explicatam, & ſcriptam, aut nuncupatam, periculo ma-
2 ximo, maximoque † falſi præiudicio ſubiacere ſcripſit poſt Felin. & Dec. ibi allegat. in cap. conſuluit, de off. deleg. Nauar. conſi. lib. 1. in tit. 6. De Elect. conſil. 2. Definitorium, nu. 1. uerſi. Reſpondeo, Alber. in rub. ff. de teſtam. nu. 20. uerſic. Quod teſtamentum poſſit.

Ex quibus patet, quid dicēdum ſit de ſingulis ultimarum uoluntatum ſpecie-
3 bus, ſciunt. n. omnes quæcunq; de † ge-
nere prædicātur, eadē omnia, & de ſuis ſpeciebus dici, D. meus Alexā. Raud. de Analogis lib. 1. ca. 7. Vniuoci nominis, num. 5. uerſ. Nam ſi hominem definias, cum genus omnes ſuas ſpecies cōtinuat
4 & † proprie, gl. in l. ſi quid earum §. inter emptum ff. de leg. 3. Dec. in l. 1. nu. 6. uerſ. Sed ab iſta regula ff. de reg. iur. Bal. in l. 2. C. de iur. aur. annul.

DE BONORVM Poſſeſſionibus. Cap. C X L V.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſio, quæ agnoſcitur de plano, quando poſſit nocturno tempore agnoſci.*
2 *Bonorum poſſeſſio quæ agnoſcitur de plano, poteſt agnoſci etiam in tranſitu Iudicis.*
3 *Bonorum poſſeſſio coram iudice nocturno tempore agnita, ſufficit ſaltem ad purgandam moram.*

ARGVMENTVM.

¶ Bonorum poſſeſſio, quæ, uel de plano agnoſcitur, uel cum cauſſæ cognitione, quando nocturno tempore agnoſci poſſit, abſoluta D. Philippi Maſſinii diſtinctio.

Digitized by Google

CLariſſimus olim collega
meus D.Philippus Maſſi
nius in ſua celebri repe-
titione rubr. C. qui ad-
mitti,nu.673.uerſ. Quod
attinet ad primum,inter alia,quæ de bo
norum poſſeſſione examinat, illud quo
que quærit, an bonorum poſſeſſio poſ-
ſit nocturno tempore agnoſci, & tam
acute diſtinguit,tam plene ſatisfacit, ut
decreuerim nuncupatim illius diſtin-
ctionem referre, nec aliud quicquam,
uel minimum addere,tanta eſt apud me
uiri illius authoritas. An ergo noctur-
no tempore bonorum poſſeſſio peti poſ
ſit,diſtinguit ille. Aut verſamur in bo-
norum poſſeſſione agnoſcenda de pla-
no,aut in ea,quæ requirit cauſſæ cogni-
1. tionem.Primo † caſu, aut bonorum poſ
ſeſſionem agniturus poteſt incidenter
habere Prætoris copiam nocturno tem
pore,& poteſt agnoſcere, ſufficit.n.tunc
2 iudicis præſentia,etiam in † tranſitu, ex
his,quę ſupra dicta ſunt; Aut non poteſt
incidenter illius copiam habere,& tūc,
aut iudex ſui copiam facere non vult,&
non tenetur,arg.gloſſ.in §.ſedebunt, in
auth.de iudicibus,tradit Alber.in l. non
minorem,num.2.C.de tranſact. Aut co
piam ſui facere vult,& nihil prohibet,
quin nocturno etiam tempore agnoſcat.
3 Secundo etiam † caſu, aut pars aduerſa
conſentit,& ſui copiam Iudex nō negat.
& tunc noctis quoq; tēpore poteſt actus
agnitionis explicari,faciunt tradita per
Bar.in l.more, in fin.ff.de fer. vbi etiam
Iaſ.nu.12.nec non per Salycet.in d.l. nō
minorem D.de tranſact. & per Felin.in
cap.conſuluit,num.18.de off.deleg.Aut
contradictor non conſentit, & tunc rur
ſus diſtinguendū eſt,quia,aut nulla ſub
eſt cauſſa,& nō poteſt,aut cauſſa ſubeſt,
ut puta,quia expiraret tempus ſtatutum
ad agnoſcēdam bonorum poſſeſſionem
ſine culpa illius, qui vult agnoſcere, &
tunc poterit,volente iudice, inuita etiā
parte,agnoſcere, ita vt agnoſcenti pro-
4 ſit ſaltem ad † purgandam moram, ex
iis, quæ tradidit Marc. Anton. Eugen.
conſ.48.Contracta ſocietate. num. 39.
lib. 1.

DE INVENTARIO Cap. CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium requirit Iudicis præſentiam, ex Martino de Fano, & alijs.*

2 *Inuentarium non requirit Iudicis præſentiam ex Salyceto.*

Quam eſſe ueriorem ſcripſit Monticulus, ibid.

3 *Inuentarium, an Iudicis præſentiam requirat prima diſtinctio.*

Secunda diſtinctio, nu. 4.

Tertia diſtinctio, nu. 5.

Quarta diſtinctio, nu. 6.

Quinta diſtinctio, nu. 7.

Sexta diſtinctio, nu. 8.

9 *Inuentarium requirit eorum citationem, quorum intereſt.*

Specialiter interdum, interdum per proclama, num. 10.

11 *Cæcus non poteſt eſſe teſtis in inuentario.*

12 *Inuentarij requiſita, remiſſiue.*

13 *Inuentarium ad hoc, ut confici poſſit nocturno tempore, quæ in eo requirantur.*

ARGVMENTVM.

¶ Inuentarium reluctante, uel Iudi
ces, uel iis, qui ad id citandi ſunt,
nocturno tempore confici non
poſſe; ſed, nec deficientibus op-
portunis luminaribus.

INuentarium ad ſui va
liditatem, an requi-
rat iudicis præſen-
tiam, id eſt, in quo
diſputant plerique,
atque negantibus a-
lijs, alij affirmant,
alii uero diſtinctionis fœdere uarias cō
1 ciliant opiniones. Affirmarunt † requiri
Martinus de Fano, vt illū refert Spec.
in §.fi.in tit.de Inſtrum.edit. per tex. in
l.de creationib. C.de epiſc.aud. gl. Bar.
& alii in l.Tutor qui repertoriū.in prin.
ff.de adminiſtr.tut Pract.Papien. in for
ma libelli,quo petitur hæreditas ex te-
ſtamento,in verbo,Pure inſtituit, Ange.
in l.1.

Digitized by Google

inl.1.§. hæc ſtipulatio, col. 8. verſ. De
Quarto ff.ſi cui plus,quam per l.Falcid.
Bald.conſ.265.Inuentariū, in fin. lib.3.
* Rol.a Valle conſ. 73. nu.36.vol. 2.de *
cōmuni Ang.loco cit. & Phanuc. de inuent.par.3.num.10.verſ.Iſtud tamen de
2 præſentia. Negauit vero † Salycet. in l.
fin.§.ſin autem dubius,col.3.in fin.verſ.
Quæro ad quem locū C.de iure deliber.
quoniam,nec in d.l.fin. C.de iur.delibe.
nec in §.ſi uero abſunt, Auth.de Hęred.
& Falcid.quibus in locis modus,& forma conficiendi inuentarij ponitur, aliqua habetur mētio de iudicis pręsētia,
ibid.Caſtren. col. 4. uerſ. Martinus de
* Fano, & hanc eſſe ** ueriorem ſcripſit
Monticulus in tract.de inuentario,cap.
8.Septimo principaliter,n.12.verſ.Con
* traria opinio verior, de * communi refert,ſi bene animaduertatur,Rol.a Valle
de confectione Inuentarij, par.3.in tit.
de Præſentia iudicis,num.7.uerſ. Et ad
gloſſam.

Diſtinxerunt alii.

3 Prima†diſtinctio in propoſito,quod
aut ſumus in inuētario tutoris, vel curatoris, & requiritur præſentia iudicis l.
de creationibus C.de Epiſcop.audient.
cū ſimilibus,in aliis nequaquā, ita poſt
Caſtrenſ.in l.fin.§.ſin autem dubius C.
de iure delibe.Roland.a Valle loco cit.
nu.7.verſ.Ad l.vero.

4 Secunda†diſtinctio,ꝙ aut querimus,
an debeat intereſſe iudex perſonaliter,
& nō reqratur realis illius præſentia in
conficiendis inuentariis, debeat tamen
intereſſe ſaltem per ſuum notariū,Rol.
à Valle de confect. inuent.par. 3.in tit.
de Præſentia iudicis,nu.2. per text.in l.
inſtrumentum C. de Iure fiſci, libr.10.
& tex.in §.ſi vero abſunt, Auth.de Hæred.& falcid.

5 Tertia†diſtinctio. Aut agitur de aliqua ſcriptura in inuentario regiſtranda
ad id, vt aliis præiudicet, & requiritur
præſentia iudicis,alias ſecus,Phanuc.de
Inuentario,par.3.num.10.verſ.Quin et
dixerunt, per tex.in l. chiro graphis ff.
de adminiſtrat tut.Bart.in l.tutor,qui repertorium ff.eo.Alex.in l.fin.in prin.n.11.
C.de iure delib. & alios ibi allegatos.

6 Quarta†diſtinctio.Aut quærimus,an
præſentia iudicis ſit neceſſaria quantū
ad hoc, vt inuentarium faciat fidem cō
tra debitores nominatos in eo, & requiritur iudicis præſenria. Aut quærimus, an requiratur iudicis præſentia
quantum ad hæredem obligandum, &
non requiritur, Rol. a Valle d. par.3.in
tit.de Præſentia iudicis, numer. 8.verſ.
Quid dicendum, & n.10.verſ.Aut uero
quærimus.

7 Quinta†diſtinctio. Vt de ſtricto iure non requiratur in inuentariu iudicis
* præſentia, de * conſuetudine uero requiratur,Cagnol.in l. ſiquis maior,numer.210.C. de tranſact. Monticulus de
inuentario cap. 8. Septimo principaliter,numer.12. verſ. Sed quamuis ita de
iure ſit,Rol.a Valle in d. tit. de Pręſentia Iudicis,numer.2.Corn.in l. fin.num.
10.verſ. Decimo quærit C. de iure de-
* lib. & de * communi poſt ibi allegatos
Phanuc.d.par.3.nume.10.verſ.Et quod
ita ſeruatur.

8 Sexta†diſtinctio,quod de rigore non
requiratur in inuentario iudicis pręſentia,ad cautelam tamē,ut lites tollantur,
melius ſit iudicē adhibere,vt poſt Corn.
Roland. à Valle loco cit.num. 11. verſ.
Tamen ad maiorem.

Requiritur præterea in inuentario ci
9 tatio omnium,quorum † intereſt, qui ſi
ſint certi nominatim citandi ſunt,& ſpe
10 cialiter,ſi incerti generaliter per † proclama,niſi talis incertitudo poſſit de facili certificari,Rol.a Valle loco inferius
allegando,ij tamē ſolicitandi ſunt, quos
* negocium tangit per prius,de*communi poſt Crauet. conſ. 89.in fin. Phanuc.
loco cit.num.11.& 12.Rolan.à Valle de
Inuen.par.3.in cap.incip.Citādi deniq;
erunt,cum tribus ſequentibus,Monticulus de Inuentario d.cap.8.num.13.uerſ.
Quarto eſt citatio.

Amplius debent bene conſpici res,
quæ in inuētario ponūtur,cuiuſnam ſint
ualoris,adeo ꝙ cæcus non poteſt eſſe te
11 ſtis in†inuentario,text.in §. ſi uero abſunt,& ibi etiam gloſ. in uerbo, Et uidiſſe, Auth.de hæred.& Falcid.

12 Requiruntur & alia,de†quibus Mon

ticulus d. cap. 8. per totum, ſed cauſſæ noſtræ non inſeruiunt.

Ex his patet, reluctante, uel iudice, uel citandis, uel non adhibitis opportu-
13 nis luminaribus, inuentarium† nocturno tempore confici non poſſe. Et quod pertinet ad iudicem ſatis conſtat ex iis, quæ ſcripta ſũt in tit. de Senẽtia. Quod reſpicit citãdos probatur ex cap. de Citatione, de Edicto publico, & de Comparitione. Poſtremum de luminaribus patet ex cap. de Priuilegatis pſonis, in fine de Viſu, de Luminaribus, & alibi.

DE LVMINARIBVS Cap. CXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non poteſt ferri de nocte, ſine luminaribus.*

2 *Contractus non poſſunt de nocte celebrari, ſine luminaribus.*

3 *Teſtamenta nocturna tria requirunt luminaria.*

4 *Lumina tria requirũtur in actibus nocturnis, qui ſunt de genere ſuſpectorum.*

5 *Lumina tria, an, & quando in iis actibus nocturnis requirantur, qui nõ ſunt de genere ſuſpectorum.*

6 *Mediolani nocturni cõtractus ſiũt cum uno dumtaxat lumine.*

7 *Mediolani in contractibus unus ſaltem teſtis notus requiritur.*

8 *Mediolani nocturni contractus etiam cum unico lumine ualent.*

9 *Præſumptio ſpecialis firmior eſt præſumptione generali.*

10 *Præſumptio illa fortior eſt, atq; potentior, quæ tendit ad conſeruationem actus.*

11 *Lumina tria in dubio præſumuntur in nocturnis actibus adfuiſſe.*

12 *Luminaria tria vbi requiruntur nocturno tẽpore debent eſſe ampla, non exilia.*

13 *Luminaria tria qualia eſſe debeant nocturno tempore, arbitrarium eſt.*

ARGVMENTVM.

¶ Luminaria, in quibus actibus nocturnis requirantur, quot, qualia, non incurioſè obſeruatum.

QVOTIES aliquis actus de nocte celebratur, an neceſſe ſit ſẽper luminaria
1 adhibere, & quod pertinet ad† ſẽtentias, iam diximus ſuo loco in ferendis ſententiis nocturno tempore tria requiri luminaria, Bart. in l. non minorem, in fin. C. de tranſact. Ioan. de Selua in tractat. de Bene. par. 3. quæſt. 17. numer. 2. uerſ. Et ibi ſubdit, Nonius, numer. 24. poſt Aretin. in §. omnis, Inſt. de uerb. oblig. Felin. in cap. conſuluit, num. 18. uerſ. Et nota, de
* off. del. de * praxi Aret. loco cit. D. meus Præſ. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud. quæſ. 61. Ioſeph Ludouic. concluſ. 38. in 86. Illatione, Bernardus Henricus in ſua ſumma aurea magis communium opinionum, lib. 3. concluſ. 104. Sententia
* ad hoc, de * communi, à qua non ſit in iudicando recedendũ. Viuius opin. 703. ſententia lata de nocte, nume. 4. uerſ. Et aduerte, & ſyntag. com. opin. par. 4. loco 11. de Iudiciis, cap. 5. col. 1. Idem de con
2 tractibus† nocturnis, ut ſcilicet, dum ij celebrantur; tria adhibeãtur luminaria, ut late diximus in cap. de Cõtractibus,
3 num. 14. de† teſtamentis diximus paulo ſuperius in capit. de teſtamentis, & omiſſis caſibus particularibus, ex dictis Bart. in l. non minorem, in fin. C. de trãſact. Iaſonis ibid. nu. 4. uerſ. Item aduerte, & text. quo nituntur omnes l. 1. §. tria lumina ff. de uentr. inſp. totum negocium deducitur ad hanc, quæ ſequitur, theoriam. Aut ſcilicet actus eſt de genere ſuſpectorũ, & q̃a tenebræ aptiores
4 ſunt ad ſubiiciendum, ideo tria† lumina in eiuſmodi actib⁹, nec pauciora deſiderantur l. p. §. tria lumina ff. de uentr. inſp.
5 Aut actus non eſt de genere† ſuſpectorum, & tunc; Aut teſtes non debent cognoſcere partes, nec uideo eo caſu tria lumina requiri; Aut teſtes debẽt cognoſcere partes, & quia nõ ita facile id in obſcuro expediri põt, requiruntur tria lumina, Bart. & Iaſon locis cit. in d. l. non mino-

minorem, ambo, num. 4. C. de Tranſact.
per iura ibi allegata.

Quo fit, ut demirer ego, cur tanto tem
pore nunquam eliminata fuerit corru-
6 ptela illa in Ducatu † Mediolani, nec de
ſtructus abuſus ille, ut publica contra-
ctuum documenta de nocte confician-
tur adhuc unico dumtaxat cum lumine.
Cum tamen ſit lex municipalis ibi ſcri-
pta in c. 332. in primo uol. ſtat. ut ſcili-
cet in quolibet inſtrumento adhibean
tur tres teſtes idonei ad minus, inter
7 quos, ſit ad minus † vnus, qui ſit notus
contrahentium, ſeu diſtrahentium, &c.
Deberent ergo Mediolani tria adhiberi
lumina, quoties actus aliquis de nocte
per publicum celebratur inſtrumētum,
cum teſtis ſaltem vnus debeat cognoſce
re partes ex ſtatuto. Et ita concludo
etiam per Iaſ. conſ. 50. Placet conſulta-
tio, nu. 1, vol. 3.

Non ſum is tamen ego, qui in dubiū
8 † auſim reuocare validitatem eiuſmodi
actorum, tum ex inueterata conſuetudi
ne, tum quia idem ſtatutum in eodem
capitulo in fine diſponit, quod teſtes no
ti cenſeatur, ſi ita fuerit ſcriptum in in-
ſtrumento, donec probetur contrarium,
quare cum illa ſit pręſumptio generalis
omnium actuum, vt ſcilicet, niſi fiant, cū
tribus luminibus, pręſumatur ſuſpecta,
quia teſtes non cognouerint contrahen
tes, hæc ſit præſumptio ſpecialis, quæ in
ducitur à ſtatuto, ut ſcilicet pręſumatur
teſtis ille notus, ſi id ſcriptū fuerit, ſequi
tur regula illa, quod firmior, ac poten-
9 tior eſt pręſumptio † ſpecialis præſum
ptione generali, Natta conſi. 164. nu. 8.
lib. 1. Bar. in l. cum de indebito, in prin.
num. p. ff de probat. Bald. in l. ſiue poſſi-
detis, col. 1. verſ. Vlt. oppono C. de pro-
bat. colligitur manifeſte in pulchro ca-
ſu ex Anchar. conſ. 305. Dubium, de quo
ſupra quæritur, ex pfeſſo D. meus Præſ.
Menoc. lib. 2. de arbitr. iud. caſu 472. In
commentarijs, num. 14. verſ. Quinto illa
præſumptio, Idem de præſumpt. lib. 1.
q. 29. nu. 7. verſ. Quinto illa pręſumptio,
ſed, & alia ratione dico ualere eiuſmodi
documenta, quia ſcilicet præſumptio iu
ris communis tendit ad ruinam actus, &
pręſumptio ſtatutaria tendit ad illius tu
telam, pręſumptio autem illa firmior eſt
10 atq; potentior creditur, quę facit † con
ſiſtere, & ualere actum, Decius in l. In te
ſtamento, nu. 12. C. de teſtam. mil. Dec.
conſ. 77. Viſo puncto, num. 4. prope fin.
verſ. Et illa eſt potens pręſumptio, & a-
lijs prępōderare videtur, late D. Menoc.
tum d. caſu 472. num. 2. uerſ. Primo illa
præſumptio, tum d. lib. 1. præſump. 29.
11 nu. 3. verſ. Primo illa. Addo, ꝙ in † du-
bio cenſentur nocturno tempore tria ad
fuiſſe luminaria in teſtamentis, & cæte
ris actibus, ita Iaſon conſ. 50. Placet con-
ſultatio, nu. 9. in fine, vol. 3.

Tria ergo luminaria requiruntur, &
quia ratio eſt, ne in tenebris aptior ſit
ſuppoſitio, iccirco exiſtimarim ego non
12 ſufficere tres † candelulas, ſed requiri
omnino tria congrua lumina, aut cerea,
aut ſebacea, ſed nec aſpernarer lychnos
lucernaſue ſimplices tres, aut etiam ter
nas mergulis tamen diſtinctis, & ſepara
tis oleo paratas, uel id eſſet oleaginum,
vel carynum prout ita intelligo Alc. in l.
non minorem, C. de tranſact. linaceum
oleum, aut rapaceum reiicerem, ſicut
etiam tenuia admodum linamenta, exi-
leq; elychinum, quod in indiuiduo pro-
batur ex Anchar. iun. q. 11. Cornelius tē
pore noctis, nu. 9. verſ. Cum in contracti
bus. par. 2. additur ad Signorol. conſ. 52.
Quæritur, ibi, Cum magnis luminarib.
accenſis, D. meus Præſ. Menoc. de præ-
ſump. lib. 4. præſump. 12. Conuenit, ut
hoc loco, nu. 5. ibi, Sine tot luminaribus,
quibus manifeſte cerni, & cognoſci, &c.
Præt. de interpret. ult. uolunt. lib. 2. inter
pret. 2. dubit. prima ſolut. 3. Res demum
in diſpoſitione, nu. 9. ibi, Sine luminib.
ſaltem tribus ſufficientibus ad expellen
das tenebras, qui alios adducit fol. 126.
B. Claud. Bertaz. ad conſ. patris ſui, cōſi.
538. Cum in hac cauſa ſub littera A, vol.
2. ibi, Quę luminaria debēt eſſe magna,
non ſemimortua, aut ſiticuloſa, Alber. in
l. non minorem, nu. 2. verſic. Et Iacobus
Butr. C. de tranſact. ibi, De nocte cum
torchijs. Sed quæſo id in caſibus particu
13 laribus, optimus, ac integerrimus † arbi
tretur iudex.

DE RESIGNATIONE Beneficiorum. Cap. CXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficiorum poteſt fieri nocturno tempore.*
2 *Reſignatio beneficiorum eſt de genere ſuſpectorum.*
Maximè ſi fiat ab eo, qui aduerſa ualetudine laboret, nu. 3.
4 *Reſignatio beneficiorum nocturna tria requirit luminaria.*
5 *Reſignatio beneficiorum diurna requirit feneſtras apertas.*

ARGVMENTVM.

¶ Reſignationem beneficiorum, vel ea ſit diurna, uel nocturna, præcipuas quaſdam deſiderare cautelas.

NESCIO quo pacto excidit è manibus Typographi caput, iſtud quin ſub materia canonica calcographo imprimendũ fuerit datum. Sed certè fuit humanum, nec operis huius debuit alia eſſe ratio quam aliorum. Quanquam nõ ſegniter omni ex parte actum eſſe reperies, teque iudice maximam hac in re operam impenſam ſcies. Quæ ergo ſuccedunt capita, uel ea ſunt, quæ ſuis locis exciderunt, uel quæ cum alijs miſceri noluerunt, nec certæ normę potuerunt ſubijci. Sed quęſo ad rem ipſam accedamus, ſitq; primum caput, De Reſignatione Beneficiorum.

Reſignationem beneficiorũ fieri poſ
1 ſe † nocturno tempore, poſt Sar. q. 38. in
fin. ibi allegat. ſcripſit Flam. Pariſ. de Re
ſignat. benef. lib. 12. tomo 2. q. 8. nu. 40.
verſ. Ita, & reſignatio.

Quia tamen reſignatio beneficiorum
2 eſt de genere † ſuſpectorum, maximè, ſi
3 qui dicitur reſignare aduerſa laborat †
valetudine, maximum. n. paratur ideo
præiudicium, ea de re ſcripſit Cæpol. in
l. 2. ff. de verb. ſignif. & Petr. Greg. Thol.
par. 2. Syntag. Iur. in tit. generali de Per
ſonis, lib. 17. c. 17. in tit. particularis de
Vacatione beneficiorũ, nu. 25. verſ. Quæ
mobrem, dum reſignatio, quod ſcilicet,
4 dum † reſignatio, uel conſtitutio procu
ratoris ad reſignãdum fit noctu, tria de
bent adeſſe luminaria, ſi interdiu fene
5 ſtræ † apertæ, vt cognoſci reſignans in
dubiè poſſit a teſtibus, & notario, & eſt
tex. in arg. in l. 1. §. tria ff. de Ventre in
ſpiciend.

DE FRVGIBVS Cap. CXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Fruges noctu ſecanti puberi capitale erat ll. 12. tabul.*
Impuberi uero, arbitrarium, nu. 2.

ARGVMENTVM.

¶ Fruges noctu ſecantibus, ſiue puberibus, ſiue impuberibus duodecim tabulis indicta pœna.

DIXIMVS alibi, ſcio de nocturnis agrorum depopulatoribus, nec tamẽ obſeruauimus ad id duodecim tabularum legem. Reperi autem apud Plinium, lib. 8. ca. 3. Iugerum uocabatur, locum in hæc uerba. Frugem q
dem aratro quæſitam furtim nocte para
uiſſe, ac ſecuiſſe: puberi duodecim tabu
1 lis † capitale erat: ſuſpenſumq; Cereri
necari iubebant grauius, quã homicidio
2 conuictum. Impuberem Prætoris † arbi
tratu uerberari, noxamue, duplionem
ue decerni. Non poſt longum temporis
ſpacium idẽ reperi prorſus apud Petrũ
Gregor. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ.
lib.

Digitized by Google

lib.37.in tit.generali, de Actionibus ca. 7.Qui fructus maturos, in tit.particulari de Frugibus furto ſublatis,nu.1. verſ. Frugem aratro.

DE ANIMO DELIBERATO Cap. CL.

SVMMARIVM.

1 *Animus deliberatus, ex quibus præſumatur, remiſſiuè.*
2 *animus deliberatus præſumitur ſi homicidiū nocturno tempore committatur.*
Diſtinguit D. Præſ.Menochius,nu.3.
Relinquit arbitrio Iudicis Author,nu.4.

ARGVMENTVM.

¶ Animi deliberationem in homicida præſumi ex noctis tempore,ex aliis; Ex D. præſ. Menochio diſtinguendum; Ex Authore in Iudicis arbitrium id reiiciendum.

ANIMVS deliberatus ad occidendum, ex
1 quibus † præſumatur
latiſſimè, & doctiſſimè de illius præcellētiſſimi viri more, explicat D. meus Præſ.
Menoc.poſt ibi allegatos,lib.2.de arbit. Iud. caſu 361. Quoniam ſuperioribus. Atq; inter alias coniecturas,recenſet & illam ſexto loco,nu.36. verſ. Sexta con-
2 iectura,videlicet, ſi tēpore † noctis perpetratum eſt homicidium, præſumitur .n.ex animi deliberatione commiſſum, citat Alber.in 3.par.ſtat.q.64.prope fin. Boſſ.in tit.de homicid.nu.63.in fin.Mantuam conſi.325.lib.2.Blanc. in l. fin.nu. 198. ff. de quæſtion. Caſon. tract.3. Maleſ. cap.10. verſi.A tempore. Addo ego nouiſſimè Ioānem Bonifacium in tract. de furtis §.inuito domino,num.24.verſ. Et tempus nocturnum, qui dicit ita tra-
* dere * doctores in l. More Romano ff. de ferijs. Sed D. Menochius loco cit.dixit hanc coniecturam non eſſe ueram abſolute,quia interdum,& ſæpe, noctis et tempore,rixæ excitantur,& exoriuntur.
3 Diſtinguit itaq; aut † conſtat de rixa, aut non conſtat,ſi conſtat,non præſumitur animo deliberato commiſſum homicidium,ſi vero non conſtat,præmeditato animo præſumitur factum homicidium,non caſu. Atq; ita tempus noctis operatur,ut illa bona præſumptio, quæ erat pro homicida,ut non diceretur premeditate occidiſſe,ceſſet,contrariaq; inſurgat coniectura,vt imo ratione nocturni temporis contra eum præſumatur, q cum animi deliberatione occiderit.Ego
4 † libenter id in Iudicis arbitrium reiicerem,qui omnino obſeruaret,& delinquentem, & delinquentis artem,eiuſue exercitium,& occiſum,& noctis horam & alia eiuſmodi.

DE PROBLEMATIS Cap. CLI.

SVMMARIVM.

1 *Nox autumnalis uerna frigidior.*
Prima ratio Rhodigini,nu.2.
3 *Aurora frigidior ueſpera cur.*
4 *Diei medium calidiſſimum.*
5 *Noctis medium frigidiſſimum.*
6 *Nox autumnalis per ſe eſt minus frigida uerna,ex Authore,& quare.*
Per accidens uero eadem frigidior,& cur, ex eodem Authore,nu 7.
8 *Aquæ puteales, frigidiores æſtate, calidiores hyeme.*
9 *Problemata uaria de nocturno tempore, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

¶ Nox autumnalis, an Verna frigidior,noua Authoris diſtinctio. Aurora, cur frigidior Veſpera. Problemata alia de nocturno tempore,remiſſiuè.

CÆLIVS Rhodoginus
par. 3. lectionum anti-
quarum, lib.30. cap.23.
Autumnalis appetentia,
ad fin. uerſi. Sed cur nam
1 autumnalis; quærit cur nox † autumnalis
uerna ſit frigidior, cum ſecus omnino
eſſe debuerit. Dicendum autem, reſpon-
det † Rhodiginus, vehementer rarum
aerem non facilius modo calorem ad-
mittere, ſed, & frigus, quando & aqua
ignibus attenuata, factaque ſolutior cõ
creſcit celerius multo, quibus meatibus
longe amplioribus, penetrare uehemen
tius frigiditas poteſt.

Sed ſtatim e veſtigio ocurrit mihi cõ
trarium Ariſtotelis problema problema
tiſq; contraria reſolutio. Is n. Problema
tum ſect. 25. problemate 15. Cur aurora,
3 quærit, cur † aurora frigidior ſit, quam
ueſpera. An quoniam, inquit Ariſtote-
les, altera noctis medio propior eſt; alte
4 ra meridiei? Eſt autem, vt † diei mediũ
calidiſſimum, quia ſoli proximum eſt,
5 ſic noctis medium † frigidiſſimum, quia
remotiſſimum.

Quo fit, vt ego aliter difficultatem ſol
uam, ſi graculo mihi liceat inter maxi-
6 mos philoſophos crocitare. Dicoq; † au-
tumnalem noctem per ſe eſſe minus fri-
gidam uerna, quoniam autumnalis eſt
proximior meridiei. i. æſtati, verna verò
7 medio noctis: i. hyemi. Sed per † accidẽs
autũnalem eſſe verna frigidiorem, cum
enim æſtate per contrapoſitionem, quã
Græci antiperiſtaſim uocant, ſubterra-
nea frigidiora ſint, hyeme autem cali-
diora, cuius certiſſimum præbent argu-
gumẽtum, locupletiſſimũq; faciunt teſti
8 monium † aquæ putcales, relaxat autum
no frigus paullum miteſcente calore,
propinat uere calidi quippiam rigore
frigoris relangueſcente; quid mirum
igitur, ſi & autumno noctes frigidiores
ſint, quam verno tempore?

9 Sunt alia pleraque † problemata de
nocturno tempore, quæ uideri poſſunt
apud Ariſtotelem ſect. 25. problema-
te 16. Cur temporis feruidi, ibidem
problemate 4. cum ſeq. ſect. 11. proble-
mate 33. & alibi, tum apud Ariſt. tum
apud alios naturæ exploratores, quæ
ego miſſa facio, ne philoſophicas po-
tius, quam legales tradere velle uidear
diſciplinas.

DE NATALI DIE
Cap. CLII.

SVMMARIVM.

1 *Nati a media nocte ad mediam noctem, dicuntur eodem die nati.*
2 *Natus nocturno tempore, quo die dicatur, natus.*
3 *Naturalis dies, & ipſe a media nocte ad mediam noctem numeratur.*

ARGVMENTVM.

¶ Natalis dies quomodo computetur. Natalis nox cui adſcribatur diei.

QVÆRI ſolitum eſt, in
quit A. Gellius, qui no-
ctis hora tertia, quarta-
ue, ſiue qua alia nati
ſunt; uter dies natalis
haberi, appellarique de
beat, is ne, quem nox ea conſecuta eſt,
an qui dies noctem conſecutus eſt. Mar
cus Varro in libro Rerum humanarum
quẽ de diebus ſcripſit, homines, inquit,
qui media nocte ad proximam mediam
1 noctẽ in his horis 24. nati ſunt, vna † die
nati dicuntur. Quibus verbis ita uide-
tur dierum obſeruationem diuiſiſſe, ut
qui poſt ſolem occaſum ante mediã no
ctem natus ſit, is ei dies natalis ſit, a quo
die ea nox cœperit. Contra vero, qui in
2 ſex horis † poſterioribus naſcatur, eo die
videri natum, qui poſt eam noctem dilu
xerit; ita Aul. Gell. lib. 3. Noct. Att. ca. 2.
Queri ſolitũ eſt, in prin. D. Cotta in ſuis
Memoralibus, in verbo Diem More Ro
mano, col. 2. verſ. Aulus quoq; Gellius,
Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 2. ex quibus
locis manifeſte colligitur integro capi-
tulo ad rationem reuocato, quod etiam
nata-

3 natalis dies † à media nocte ad mediam
dinumeratur noctem. Quod quomodo
ſit, uidimus in ca. de Sexta Hora Noctis.

DE NOCTIS PARENTIBUS. Cap. CLIII.

SVMMARIVM.

1 *Nox filia terræ.*
2 *Nox patrem habet, ſed incertum.*
Ratio Authoris, nu. 3.
4 *Nox eſt formaliter priuatio.*
5 *Priuationis cauſſa materialis eſt certa.*
6 *Priuationis cauſſa efficiens eſt, per accidens, & ſic quodammodo incerta.*

ARGVMENTVM.

¶ Noctem, certam apud eos habuiſſe matrem, patrem uero incertum. Noua huius rei ratio ab authore excogitata.

1 FABVLANTVR Poetæ
Noctem è † terra genitam,
illiuſque filiam fuiſſe, ut et
teſtis eſt Celius Rhodigi-
nus par. 3. lect. antiq. lib. 25.
cap. 16. Et habetur in Genealogia Deo-
rum Gentilium, lib. 1. cap. 9. Ex incerto
patre. Patrem autem habere quidē, ſed
2 † incertum. Sed cur nam ſit incertus pa-
ter, certa uero mater, illud nullus eſt, q
3 aperiat. Ego eam eſſe † rationē opinor,
ſtetq; donec alius meliorem inueſtiget,
4 quia ſcilicet Nox cum ſit formaliter †
priuatio, vt voluit Speuſippus, Natta cō
ſil. 469. Extat decretum, num. 13. Angel.
in l. Titius §. Lucius, nu. 4. uerſ. Item no-
ta, quod illud ff. de lib. & poſth. Aret. in
tract. Malef. in uerbo De Nocte, nume. 2.
in principio, priuationes habent certam
7 cauſſam † materialem, non autem certā
cauſſam efficientem, priuationem enim
6 cauſſa efficiens, eſt cauſſa † accidentalis,
ſeu cauſſa per accidens, & ſic proprie p
ſe incerta in ordine ad effectum per acci
dens, qualis eſt priuatio, quid mirum er-
go, ſi mater ſit certa, quia eſt ſubiectum
certum, & cauſſa materialis certa, pater
uero ſit incertus, quia efficiens, & ipſum
quodammodo incertum eſt, hoc eſt acci
dentale.

Scio in Genealogia d. c. 9. lib. 1. addu-
ctam fuiſſe rationē, cur incerto patre di-
catur Nox genita, ſed ſi bene obſeruetur
rō illa, concludit noctem nullum potius,
quam incertum habuiſſe patrem.

DE NOCTIS CONIVGIO. Cap. CLIV.

SVMMARIVM.

1 *Nox in fabulis fuit Erebi coniux.*
2 *Nox à Phanete paſtore dilecta.*
3 *Sol cur paſtor dictus.*
4 *Nox cur dicatur Erebi coniux.*

ARGVMENTVM.

¶ Nox cur Erebi coniux in fabulis, Cur eadem à Phanete dilecta, illū fuerit aſpernata.

LEGITVR quidem paſ
1 ſim noctem † Erebi coniu
gem, ſed apud paucos, aut
cauſſam obſeruaui, aut fa
bulæ uidi allegoriam. Fuit
igitur Nox in fabulis uir-
2 go à † Phanete paſtore dilecta, cui peten
ti cum mater uellet copulare connubio,
dixit Nox ſe ignotum habere hominem,
nec vnquā uidiſſe, audiuiſſe tn̄ illū ſuis
aduerſum moribus, & ideo mori malle,
quam illi nubere, quā ob rem indignans
Phanetes ex amatore hoſtis factus eſt.
Dum aūt illam occiſurus ſequeretur, illa
ſe Erebo copulauit, non auſa, ubi Phane
tes eſſet, apparere. Quid āt rei ſit, Genea
logia lib. 1. c. 9. illud optime declarat, qd
3 Phanetes ſit ſol, ideo † paſtor dictus, qa
ſno

uo opere uiuentia cuncta paſcuntur, is autem ſol noctem adamaſſe fingitur, qa tanquam dilectam ſibi uidere cupiens, rapido curſu ſequitur, & illi uidetur appetere copulari. Illa uero renuit, nec minus volucri paſſu fugit, quam ſequatur, eo, quòd ſibi mores aduerſos habeat. Illuminat.n.ille, ipſa autem obſcurum facit. Nec fruſtra ſe, ſi illi iungatur, morituram dixit, cum ſol luce ſua omnem diſſoluat obſcuritatem, & ſic ejus hoſtis efficitur.
4 Demum Nox† Erebo iungitur, ideſt interioribus terræ penetralibus, quo nũquam ſolares perueniũt radii, mox ideo uiget, atque ſecura conſiſtit.

DE NOCTIS ORNATV Cap. CLV.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa egredientis deſcriptio.*
2 *Helena ornatus.*
3 *Noctis ornatus.*
4 *Noctis quadriga qua.*
5 *Noctis Palla picta qua.*

ARGVMENTVM.

¶ Noctis ornatus, hoc eſt quadriga, & Palla picta, quid rei contineant.

DESPONSATAS mulieres maximam impẽdere operam, maximumque adhibere ſtudium inter ornandum, & ſciunt omnes, & experiuntur plerique non ſine magna facultatum iactura, quod ſatis innuit Aa-
1 ſonius in deſcriptione egredientis† ſpõſæ hoc carmine.

Tandem progreditur Veneris iuſtiſſima cura,
Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis,
Virginis os, habitumq́; gerẽs, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,
Intentos uoluens oculos uritq́; uidendo.
Illam omnis tectis, agriſq́; effuſa iuuentus,
Turbiq́; miratur matrum ueſtigia primi
alba pedis, dederatq́; comã dicundere ventis,
Et picturatas auri ſub tegmine veſtes,
2 *Ornatus† Argiuæ Helenæ.*

3 Ipſa etiam Nox ſuos habet † ornatus, quos illi in fabulis Iuppiter dono dede-
4 rat. Ij ſunt† quadriga, & Palla picta. Hoc
5 eſt, quatuor noctis† uigiliæ, in quas nox diuiditur, & ſyderei ambitus cęli, quo tegitur, Genealogia Deorum Gentilium, lib. 1. cap. 9. Ex incerto.

DE NOCTE SATIS Cap. CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Filij parentibus ſæpè, eorumq́; moribus aſſimilantur.*
Ratioq́; ipſa exigit ex Ariſt. nu. 2.
3 *Parca Noctis filia.*
4 *Parca per antiphraſim à parcendo dicta.*
5 *Odium Noctis, & Erebi proles.*
6 *Odium tacitum.*
7 *Labor Noctis filius.*
8 *Mora potius, quam labor, Noctis proles, ex Authore.*
9 *Ænigma Authori Intentorum Principi Academico oblatum.*
Einſdem ſolutio ex Authore nu. 10.
11 *Inuidentia Noctis, & Erebi filia.*
12 *Metus Noctis, & Erebi filius.*
13 *Metus eſt rationi aduerſa cautio.*
14 *Metus cur Noctis, & Erebi proles fingatur.*
Alia ad id Authoris ratio, num. 15.
16 *Dolus Noctis filius.*
17 *Fraus Noctis filia.*
18 *Dolus bonus alius, alius malus.*
19 *Fraus ſemper eſt mala.*
20 *Dolo agimus aduerſus hoſtes.*
Fraude amicos decipimus, ibid.
21 *Pertinacia Noctis filia,*
Ægeſtas Noctis filia, ibid.
Miſeria Noctis filia, ibid.
Fames Noctis filia, ibid.
Querela Noctis filia, ibid.
Morbus Noctis filius, ibid.
Pallor noctis filius, ibid.
Tenebræ Noctis filia ibid.
Somnus Noctis filius, ibid.
Mors Noctis filia, ibid.
Charon Noctis filius, ibid.

22 Amor

22 *Amor noctis, & Erebi filius ex Genealog.*
Sed potius Noctis, & Asteris ex Maioragio, num. 23.
24 *Amor quorum proles, uaria opiniones ex Maioragio.*
25 *Dies Noctis, & Erebi filia ex Tullio.*
Ratio, num. 26.
Reuocatur in dubium ab Authore, nu. 27.
28 *Gratia Noctis, & Erebi filia ex Cicerone.*
Sed potius Iouis, & Auctonij, uel Liberi, & Veneris, num. 29.

ARGVMENTVM.

¶ Noctis fabuloſa proles tota ſerie recenſentur. Sed eam dum alij uniuerſam Erebo coniugi adſcribunt, ab iis aliquando recedit Author.

SVNT in filijs ſeminarij quidam affectus, hæreditariæ quædam propenſiones, quibus parentibus
1 ſæpius † aſſimilentur, ut eſt tex. in l. quiſquis §. 1. C. ad l. Iul. ma. l. quod ſi nolit §. qui mancipia ff. de ædil. edict. Dec. conſil. 64. Diligenter pro uiribus, nu. 3. uerſ. Vltimo prædicta concluſio, Hieron. Gigas in tract. de crim. læſ. Maieſt. in rub. quis de crimine, num. 18. in prin. rubr. & lib. 3. in rubr. de pœn. cap. 23. nu. 3. & cap. 23.
2 num. 1. cum ſeq. Ratioq; ipſa † exigit filios eſſe parentibus ſimiles, ut inquit Ariſt. de Animalibus, ne quaſi idem à ſe ipſo differret, parumque ſibi conſtaret. Quod & manifeſtè innuit Poeta Liricus Carminum lib. 4. Ode. 4.

Senſere quid mens rite, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.
Forte creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Quid boni in ijs futurum ſperemus, aut auſpicemur, qui tam obſcurorum parentū filij ſint; quam obſcuri ſunt Erebus, & Nox?

Prima igitur huius fabuloſi coniugij
3 proles ſunt † Parcæ, ut poſt Ciceronem de Natura Deorum habetur in Genealogia Deorum gentilium, lib. 1. ca. 5. Sunt eæ tres, Cloto, Lacheſis, Atropos, dictæ
4 Parcæ per † antiphraſim, ſeu per contrarium à parcendo, quod nemini parcant. De his Virg. lib. 9. Aeneidos.

Ergo aderat promiſſa dies & tempora Parcæ
Debita complerãt, cum Turni iniuria matrē
Admonuit ſacris ratibus depellere tedas.

Et Ouid. lib. 15. Metamorph.

Talia nequicquam toto Venus anxia Cœlo
Verba iacit ſuperoſq; mouet: qui rūpere quãq;
Ferrea non poſſunt ueterum decreta ſororum.

5 Secũda † Odium, dum enim aliqui uolunt Amorem Noctis, & Erebi filium, Genealogia Deorum gentilium libr. 1. ca. 9. Ex filijs Erebi, ſuſtinet, & optime, omnibus ritè penſatis illum non amorē
6 eſſe, ſed rectius odium uocari. Inde † cæcum illud uocat Iuuenalis, tanquam parentibus ſimillimum.

Aut cæcis odijs inimicos ducere dignos.

7 Tertia † Labor, ut poſt Ciceronem uoluit Genealog. lib. 1. cap. 17. Labor à Cicero. Noctis, & Erebi filius ſcribitur. Huic autem quale cõueniat Epithetum ſatis oſtendit Virg. lib. 1. Georgicorum.

Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum,
Tum uariæ uenere artes. Labor omnia uicit
Improbus.

8 Sed neſcio † cur potius Labor, quam Mora, quæ propriè cum nocturno ſit tēpori opportuna, uix uideo, cur nõ laborē diei, moram noctui adſcribamus. Defatigantur enim homines interdiu, noctuq; corpori danda quies, eam enim ſeſſi uocât ſæpius, ut ex Decaſtico illo colligitur ænigmatico, quod mihi immerito licet Intentiorum Academię Principi ab Offuſcato Inuento doctiſſimo adole-
9 ſcente fuit † oblatum in hæc uerba.

Tu qui Muſarum potis es penetrare receſſus,
Quod latet obſcuro Carmine, pande precor.

Aeni-

Aenigma.

Illa ego ſum Princeps orbis, quæ legibus urbes
Arcto, mihi magnis eſt genus à ſuperis.
Immutata, hominum iungo pia pectora nexu:
Rurſus & hoſtiles arceo clara manus.
Immutata iterum, Muſis ſum grata canoris;
Rurſus me feſſi tardi quateráq; uocant.
Immutata iterum uolucres per mane uolantes
Excipio; Rurſus me genus omne colit.
Et rurſus pedibus premor; Immutata priorem
Naturam teneo nec tamen eſt eadem.

10 Cui † memini me ſtatim hoc diſtico reſpondiſſe, neſcio an illi ſatisfecerim, dixerunt tamen omnes, atq; ille ſibi factum ſatis.

Roma, Amor, Armo, Maro, Mora, Ramo, Orã,
Orma, Amor; Illic
Sum Deus; Hic alios inter amandum amor.

Vſus ſum more antiquorum, dũ amã dum non contraxi, ſi quis ſit plus æquo ſuperſtitioſus, legat. Hic alios inter amã dum, & amor.

11 Quarta eſt † Inuidẽtia, ut poſt Cicero
nem habetur in Genealogia, lib. 1. cap.
18. Inuidentiam.

Atq; hic ſcio me eo dicẽdi modo à tã bula reſpõdiſſe uiro doctiſſimo de utraq; lĩgua, & Latina, & Græca optimè merito, Bartholomæo Regio, dum me dulciſſimè ad carmina laceſſeret, muſamq; meã, hoc eſt metricam dicendi facultatẽ, ex lethargo excitaret maximo, quo ob Iuris prudentiæ ſtudiũ detinebatur.

Erant ad me Bartholomæi Regij hæc Carmina.

Munera Pieridum, & Charitũ, & quod donat
Apollo:
Hoc Polydore tuũ eſt, hinc tibi nomẽ habes.
Nec Tagus aurifluus, nec te Pactolus arenis
Ticine æquabit, Ripa modo hæc uigeat.
Crocitantem inter Muſas graculum æquis auri-
bus accipe.
Si quid minus arriſerit in ſpongiã incumbito.

Reſpondebam ego.

Pyndaricos ſi quis neruos haud auribus æquis
Accipiat, nigris indiget helleboris.
Spongia, quos Erebus genuit cũ Nocte fures, ijs
Vnica ſit tanti uix medicina mali
Munera Pieridum tua ſunt. Tot mẽne recenter
Donis accumulat? Hinc mihi nomen erit.
Quanis celebris Ripam ſpernit Ticinus; at ipſo
Exultat Duce te Regius Eridanus.

12 Quinta eſt † Metus, ut poſt Tulliũ ob
ſeruat eadem Genealog. lib. 1. capit. 19.
13 Metus. Rationi ſcilicet aduerſa † cautio.
Hunc dum alij Noctis, & Erebi filium
14 ideo dictum arbitrantur, quia ex † remo
tis à cognitione noſtra noſtris in pecto
ribus oriatur; Ego certe eũdem potius
15 his progenitũ parentibus † arbitror, qa
dum & Nox, & Erebus nolunt à poten-
tiore Sole cõſpici, quem maxime cõtre
miſcunt, ſed in magis abdita terræ pene
tralia ſe reuocant, ſic & meticuloſi om
nia pertimeſcunt, atq; in ſecretioribus
reconduntur.
16 Sexta † Dolus ex Nocte genitus, hoc
eſt ex mentis cæcitate procreatus, per
quã, ea uia, quæ minime deceat, in deſi-
derium ſuum tendit: & ęgris pectoris
ignominioſa concupiſcentia feruentis
dolus creatur, & naſcitur; Et ut pluri-
mum, non ante in lucem uiſum, quã in
præcipitiũ uenerit, in quem ſtruitur, Ge
neal. lib. 1. cap. 20. Eſt & dolus.
17 Septima † Noctis, & Erebi filia eſt
Fraus, inter quam, & dolum, illud inter
18 eſt, quod dolus quandoq. † bonus eſt, quod
etiam patet ex inſcriptione in ff. de dolo
19 malo: Fraus uero ſemper † mala eſt, &
20 dolo agimus aduerſus † hoſtes, amicos
fraude decipimus, Geneal. lib. 1. cap. 21.
Fraus.
21 Sũt & † aliæ Noctis, & Erebi filiæ. Per
tinacia. Aegeſtas. Miſeria. Fames. Que-
rela, Morbus. Pallor. Tenebra. Somnus,
de quo ſuo loco. Mors. Charon.

Hucusq; bene agitur. Sed & alios ad
ſcribũt Poetæ filius Erebo & Nocti, ma
rem alterum, alteram fœminam paren
tum moribus prorſus aduerſos. Mas eſt
22 † Amor, Genealog. lib. 1. cap. 9. Ex filijs
Erebi. Sed licet eæ ſint fabulę, non tamẽ
placet id, nec etiã in ſuo genere, & tãdẽ
Genealogia cõcludit illũ nõ eſſe Amo
rem, ſed Odium.

Placet, quod uoluit Marcus Antonius Maioragius dulciſſimi aui mei paterni D. Angeli Ripæ pceptor, in ſua oratiõe

22.quam de Amore fecit, cum Virgilij librum 4.Aeneidos publice eſſet interpretatur, ut ſcilicet ex Acuſilao Amor
23 ex Nocte, & † Aetere ſit genitus. Quin ipſe uir doctiſſimus plures recenſet opiniones quibuſnam ſit ſatus Amor, nec eam refert, quã Amorem ex Nocte, & Erebo genitum cum Cicerone, & Ge-
24 nealogia dicebamus. Etenim apud† Maioragium loco citato, Simonides uoluit Amorem ex Venere, & Marte natum, Acuſilaus ex nocte, & Aetere, Alcæus, ἐκ τῆς Ἔριδος, καὶ Ζεφύρη. Hoc eſt, ex Contentione, & Zephyro, Sappho Veneris, & Cæli filium tradit.

Fœmina uero Noctis, & Erebi filia
25 eſt † Dies Aetheri fratri ſuo coniugio copulata, ut ex Tullio ſcribit Genealogia lib.1.capit. 34. Dies Erebi, fingunt
26 autem† Poetas Diem noctis filiam, quia ex aduentu Solis cedente nocte conſur-
27 gat dies. Sed ſi res ſic ſe habet, cur non † potius dicatur Nox filia diei recedente ſole, & die?

28 Addit Cicero† Gratias, quas dicit Noctis, & Erebi filias, ſed certe magis pla-
29 cet† Genealogia lib.1.cap. 16. Erebi, & Noctis, ut Gratiæ, uel Iouis, & Auctonij, uel Liberi patris, & Veneris filiæ fuerint.

DE NOCTIS PARTIBVS Cap. CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Nox diuiditur in decem partes ex Cenſorino.*
2 *Nox diuiditur in ſeptẽ partes ex Macrobio.*
3 *Crepuſculum à Crepero dictum quod eſt dubium.*
4 *Crepuſculum græcè ἀμφιλύκη, quaſi dubia lux.*
5 *Fax prima unde dicta.*
6 *Concubium cur ſic dictum.*
7 *Nox intempeſta quã ob rem ſic nũcupetur.*
8 *Gallicinium à Galli cantu dictum.*
9 *Conticinium unde deriuetur.*
10 *Diluculum à lucente die dictum.*
11 *Nox pro more nautarum diuiditur in quatuor uigilias ex alijs.*

ARGVMENTVM.

¶ Noctem ex alijs in decem partes, ex alijs in ſeptem tempora, ex alijs iterum in quatuor uigilias diuiſam.

1 CENSORINVS de Natali die, Noctem diuidit in partes † decem Veſperum, Creſpuſculum, Primam Facem, Concubium, Noctem in tempeſtam, Ad mediam noctem, Mediam noctem. De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Idem uoluit Cherubinus Sandolinus in ſuo Thaumalẽmate poſt libr. 8. in uerbo Nox, & eod.lib.8.cap.22. Temporalium. in fin. verſ. Sit dies artificialis. Macrobius autem in ſuis ſaturnalibus, de quo etiã Genealogia Deorum Gentilium li. 1. cap.
2 9.Ex incerto, Noctem in† ſeptem diuidit tempora. Quorũ primum, Sole oc-
3 cidente dicitur Crepuſculum à Crepero, quod eſt dubiũ, eo, quod dubitari videatur, diei præteritæ, an uenienti nocti attribuendum ſit. Pro quo eſt illud Ouidij lib.4. Metamorphoſ.

Iamq; dies exactus erat tempuſq; ſubibat,
Quo tu, nec tenebras, nec poſſes dicere, lucem,
Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.

Atque illud Baptiſtę Fonteij Primionis in Plumbicauo lib.1.

Poſt Antri patulũ, poſitũq; ſub æthere hiatũ:
Poſt os ſpelunca, exiguumq; in limine uicum,
Quà modicam oſtendũt, dubiàq; crepuſcula lucem.

4 Sed & Græcè Crepuſculum dicitur † ἀμφιλύκη quaſi Dubia lux.
Secundum autem, cum iam obſcurũ
5 ſit, Fax† prima dicitur, eo, quod tunc faces accendantur. Tertium iam denſiore
6 facta nocte† Concubium nuncupatur, eo, quòd dormituri ad cubandum acce-
7 damus. Quartum dicitur Nox† intempeſta, eo, quod nulli operi ſit tempus aptũ. Quin-

8 Quintum dicitur † Gallicíniũ, eo, quod a medio ſui nocte in die tendente Galli cantent. Sextum appellatur Contici-
9 nium iam auroræ proximum, ideo ſic† dictũ, quia tunc uideatur gratior quies, ideoq; omnia conticeſcant, Septimum
10 Diluculnm à † lucente iam die, in quo ſolertes aſſurgunt operi, quod minime ſomno aptum eſt.

Alii tādem ex iiſdem Authoribus in ſtar nautarum, & caſtrenſium uigilum,
11 Noctem in † quatuor uigilias diuidunt. Vide eos.

DE PATRIBVS DIEI Naturalis. Cap. CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dies duplex naturalis, & artificialis.*
2 *Dies naturalis concluditur in 24. horis.*
3 *Dies naturalis diuiditur in 12 partes.*
4 *Occiduum eſt tempus in noctem tendens.*
5 *Suprema tempeſtas eſt diei nouiſſimũ tẽpus.*
6 *Veſpera a ſtella heſpero dicitur.*

ARGVMENTVM.

¶ Diei naturalis duodecim partes ex Macrobio declaratæ.

DIXIMVS olim in capit. 3. Diem alium eſſe natu-
1 ralem, alium † artificialem, atque naturalem conſtare 24. horis, noctemque etiam comprehendere, plures ibi
2 adduximus, quos ibi † videas. Hunc autem diem naturalẽ Macrobius in Saturnal. de quo etiam Genealogia Deorum gentilium, lib. 1. ca. 34. Dies Erebi,
3 diuiſit in † duodecim partes. Eæ ſunt, Noctis inclinatio, pars ſcilicet a media nocte, cum nox inclinat in diem; Gallicinium, Conticiniũ, Diluculum, Mane,
4 Meridies, Occiduum, hoc eſt † tẽpus in noctem tendẽs, Suprema tempeſtas, eo,
5 quod diei ſit† nouiſſimum tempus, ut in 12. tab. eſt expreſſum. SOLIS OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO.
6 Veſpera à ſtella† heſpero, quæ in occaſu ſolis apparet, Prima Fax, Concubium, Nox intempeſta.

DE NOCTILVCIS Cap. CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Luna nocti luca dicitur per antonomaſiam.*
2 *Nyctilops herba nocturno collucens tempore.*
Nyctegretum ab alijs dicitur, ibid.
Lunaria ab alijs num. 3.
4 *Carbunculi apud Garamantas, et Indos nocturno collucent tempore.*
5 *Ligna quædam arida nocturno tempore radiantia.*
6 *Noctiluca animalculum nocturno ſplendeſcens tempore.*
7 *Nytedula idem, quod Noctiluca.*

ARGVMENTVM.

¶ Noctilucas inter ſydera ad Lunam referri: inter ſublunaria, ad herbas modò, modò ad lapides, ad ligna interdum, interdum etiam ad animantia.

NOCTILVCAS in ſphæris alias, alias uero ſublunares eſſe nõ eſt nouũ. Atq; quod ad ſphęras pertinet, aſtrorum omniũ par-
1 ui penſa luce, Luna† Noctiluca per antonomaſiam appellatur. Horat. lib. 4. Carmin. Ode 6.

Ritè Latonæ puerum canentes,
Ritè creſcentem face Noctilucam,
Proſperam frugum celeremq; pronos
Voluere menſes.

Sublunares uero Noctiluce referũtur aliæ ad herbas, quæ nocturno collucent tempore

2 tempore, qualis eſt† Nyctilops, quod
3 herbæ genus alii Nyctegretum,alii † lu
nariam dicunt. Aliæ ad lapides pretio-
ſos,quales ſunt Carbunculi,qui apud ga
4 ramantas,& Indos reperiuntur,gemmæ
etenim eiuſmodi igniti carſionis ſimili-
tudinem referentes, ipſis etiam noctib.
5 lucent. Aliæ ad† ligna quædam arida,cu
ius generis uidi ego olim Piſis fagi ari-
dum,atq; ſatis vetuſtum fruſtum noctur
ne tempore tenebris interioribus extre
mis lateribus refulgens,de quo ego op-
portune aliquãdo fabuloſe tamẽ cecini.

Cerberus umbrarũ cuſtos ego ſydus olympi,
Imperioq; Iouis Sylius exul erit.
Spiritus interea radiantes cornua fagi
Incolit: hic cornu fulgor utroq; micat.

Aliæ ad animantia referuntur,atq; ut
6 pleraque omittam,Noctiluca† animalcu
lum uuoddam dicitur;quod nocinrno lu
7 cet temdore hnc† Nitedulã alii uocant.

DE GELLICINIO. Cap. CLX.

SUMMARIUM.

1 *Galli nocturni uigiles.*
2 *Galli cantant etiam in meridie.*
3 *Galli de Nocte cucuriunt poſt mediã noctẽ. Ratio ex Democrito,nu.4.*
5 *Collatio beneficiorum,eiuſq; diuiſio per menſes,inter Summum pontificem & Epiſcopos incipit à media nocte ad mediam noctem.*
6 *Galli dum cantant poſt mediam noctẽ,Rota Romana uotum in quadam facti ſpecie.*

ARGUMENTUM.

¶ Gallicinium, cum nocte iam in ſequentem diem inclinante contingat,Rotæ Romanæ uotum.

CICERO lib. 2. de Diui.
1 Gallos dicit † uigiles no
cturnos, quos excitandis
a ſomno in opera mortali-
bus procreaſſe prouidens
tia diuina uideatur. Hi uigiles, Galli ſci
2 licet,dum,& in ipſo† meridie cantareq;
ſueuerunt, potiſſimum tamen eorum cu
curitus nocturno tempore obſeruatur.
Cucuriunt enim de nocte, & quidem
2 poſt† mediam noctem in diem inclinã-
te nocte,cuius rei cauſſam dicit Cicero
loco citã Democrito optimis uerbis ex
plicatam,depulſo enim ante lucem de
4 pectore, & in omne corpus diuiſo, &
modificato cibo,cantus edere quiete ſa-
tiatos. Cantant ergo poſt mediam noctẽ
ex quo fuit aliquando* reſolutum a Ro
* mana Rota,quod,cum† diuiſio collatio
nis beneficiorum inter ſummum pontifi
cem,& Epiſcopos,per menſes, à media
nocte ſumatur ad mediam noctẽ, mor-
tuus fuit præbendatus ultima die Ianua
rii nocte ſequenti in Gallicinio,fuit in-
9 quã† reſolutum,quia Galli cantant poſt
mediam noctem,ut is diceretur uita fun
ctus de mẽſe Februarii,teſtis eſt Ioſeph
Ludouic.dec.Peruſ.116.Notarius iſte,n.
7.uerſ.In conferendis,par.2.

DE CERTA HORA Noctis. Cap. CLXI.

SUMMARIUM.

1 *Hora certa noctis regulariter non eſt apponenda in nocturnis actibus.*
2 *Hora certa noctis eſt apponenda in teſtamentis ad maiorem cautelam.*
3 *Hora certa noctis eſt interdum de neceſſitate exprimenda,dum beneficia conferuntur.*

ARGUMENTUM.

¶ Certam Noctis horam exprimendam interdum,bini caſus obſeruati.

NOcturnũ tẽpus,ſed nec cer
tam nocturni temporis ho
1 ram,neutrum† eſſe appo-
nendum regulariter de ne
ceſſitate, & ſcripſimus in
cap. de Contractibus, de Notario, &
tradit

tradit etiam Ioſeph Ludouicus Peru.deciſ.116.Notarius iſte,per totam par.2.

Vidi tamen duos caſus,quibus altero expreſſio horæ eſt ad maiorem cautelã, altero uero etiam ad neceſſitatem. Ad
2 maiorem cautelam eſt in † teſtamentis, quę dum noctu conficiuntur,ad omnem falſitatis amouendam ſuſpicionem, debet in ijs a Notario certa noctis hora apponi,Tiber.Decian.conſi.65.Licet autẽ, n.21.uerſ.Et ad tollendã,uol.2.Ex neceſ-
3 ſitate eſt caſus in†Collatione beneficii, vacantis per obitum præbendarii decedendis ultima die menſis nocte poſtrema,uide Ioſeph Ludouicum d.dec. 116. nu.6.verſ.Imò etiam aliquando,par.2.

DE PARTV SVPPOSITO. Cap. CLXII.

SVMMARIVM.

1 *Suppoſitio partus continet falſum.*
2 *Partus ſuppoſitio præſumptionibus,& coniecturis probatur.*
Siue ea ſint hominis,ſiue etiam legis num.3
4 *Mulier quinquagenaria ſi dicatur peperiſſe præſumitur ſuppoſitus partus.*
Contrarium uerius.nu.6.
Debent tamen adeſſe pleniores probationes nu.8.
Si tamen aderant contraria coniectura,n 9.
5 *Quinquagenaria poteſt parere.*
7 *Henricus Imperator iuſſit uxorem quinquagenariam publice parere.*
10 *Sterilis,ſi pariat,ſubeſt ſuſpicio ſuppoſiti partus.*
Reprobatur coniectura,nu.11.
Temperat rurſum coniecturã Author,n.12.
13 *Sterilis grecè ἄκαρπος*
14 *Sterilis propriè dicitur infructuoſus per priuationem.*
15 *Sterilis,ſi pariat,ſubeſt ſuſpicio ſuppoſiti partus in uxore potius,quam in non uxore, ratio ex Authore.*
Fallit in uxore,quæ pluribus nupſerit,nu.18.
16 *Virgo interim præſumitur,quæ nondũ nupſit.*
17 *Vxor præſumitur cognita.*
19 *Partus ſuppoſitus præſumitur,quoties mulier quæ ſe pregnantem aſſerebat,nec cuſtodiri uoluit,nec pati,ut uenter inſpiceretur.*
Declarat Author,nu.20.
21 *Patior quid ſignificet ex* [illegible] *pria ſignificatione,*
22 *Partus ſuppoſitio conijcitur,ſi quæ dicitur prægnans,rus ſe conferat nulla ſecum ducta obſtetrice.*
Reijcitur à D.Menochio hæc cõiectura,nu.23.
Temperatur eadem ab Authore,nu.24.
25 *Partus ſuppoſiti quinta coniectura.*
Sed plura requirit,quatuor ſcilicet D.Menochius,nu.26.
Addit quintum Author,nu.27.
Sed & ſextum nu.28.
29 *Partus ſuppoſiti coniectura debent duobus teſtibus probari.*
30 *Partus ſuppoſiti ea etiam eſt coniectura ſi pãni ex utero aſſerta prægnantis exciderit.*
Sed facile euitatur euiſmodi coniectura ex D.Menochio nu.31.
Alia ad id Authoris obſeruatio,nu.32.
33 *Partus ſuppoſiti ſeptima coniectura.*
Eam dicit leuem D.Menochius,num.34.
Cõfirmat dictũ D.Menochij Author,n.35.
36 *Partus ſuppoſiti coniectura eſt,quãdo nullus partui fuit præſens.*
Eã coniecturã debilem dicit Menoch nu.37
Præcipuè ſi pariat nocturno tempore, ex Authore,nu.38.
39 *Partus ſuppoſiti coniectura eſt ſi partus genitoribus non aſſimiletur.*
40 *Filij,quod parentibus aſſimiletur,prouenit ex mulieris imaginatione.*
Aliud potius opinatur Author,nu.41.
42 *Partus ſuppoſiti maxima coiectura eſt fama.*
Declarat Author,nu.43.
44 *Fama debet eſſe publica,alias dicitur potius opinio.*
45 *Fama in partu ſuppoſito debet habuiſſe ortũ ante litem conteſtatam.*
Declaratur,nu.46.
47 *Partus ſuppoſiti coniectura eſt etiam matris confeſſio.*
Maximè ſi ſit cõſtituta ĩ mortis articulo,n.48
49 *Partum ſuppoſitum non probat matris cõfeſſio,ſi partus iam fuerit in quaſi poſſeſſione filiationis.*
50 *Morienti non creditur in præiudicium tertij.*
Maximè, ubi per quaſi poſſeſſionem ſit ius quæſitum,nu 51.
52 *Partus ſuppoſitus præſumitur, ubi nocturno tempore ipſa lumina non fuerunt adhibita.*
Si tamen iam uentri erat mota quæſtio ſtatus,nu.53.

Vel

Vel erat ſterilis, nu. 54.

55 *Partus ſuppoſiti præſumptiones extenuantur ex quaſi poſſeſſione filiationis.*

Maximè aduerſus eum, qui partum, tanquã filium, etiam mortuo patre tractauerit, numero 56.

57 *Filiationis quaſi poſſeſſio, nõ ſolum procedit in naturalibus tantum, & ſpurijs.*

ARGVMENTVM.

¶ Partus ſuppoſiti uariæ recenſentur coniecturæ, etiam in ordine ad nocturnum tempus. Eædem adiuuantur, leniuntur, extenuantur, reiiciuntur.

SCIO partus ſuppoſitionem eſſe delictum continens in ſe pœnam † falſi,
1 fingitur enim falsò filius, qui filius non erat, conſuetum fieri clam, & occultè, ideoque
2 præſumptionibus, & † coniecturis aptum probari, ut in terminis latiſſimè Boſſ. in tit. de Partu ſuppoſito, per totum, Maſcard. de probat. concluſ. 1152. Receptiſſima eſt in iure noſtro, nume. 2. Socin. Iun. conſi. 90. Abundè, nu. 17. volum. 2. D. meus Præſ. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 116. Eueniunt aliquando, num. 7. verſi. Tertius caſus eſt, Idem de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 24. Cùm & ſuppoſiti partus, nu. 2. verſ. Receditur tamen, Io. Bonifacius in tract. de Furtis in §. Corporalis, nu. 44. verſi. Quo modo autem in ſpecie.

Scio etiam duplicem eſſe præſumptionẽ, legis, & hominis, & ſufficere ad par-
3 tus ſuppoſitionem probandam † hominis præſumptionem, non ſolum legis, Maſcard. loco cit. num. 29. verſi. Præterea intelligi debent Boſſ. loco cit. de Partu ſuppoſito, nu. 34. verſi. Sed dic contrarium. Sed circa coniecturas aliquandiù immorandum eſt.

Prima itaque coniectura eſt, quoties
4 mulier eſt † quinquagenaria, cum enim ex frequentius accidentibus non pariãt quinquagenariæ, vt eſt tex. in l. ſi ſterilis in principio ff. de action. empt. maxima inde oritur ſuppoſiti partus ſuſpicio, ita Socin. Iun. Boſſ. & Maſcard. locis cit. de quibus etiam D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 24. Cum & ſuppoſiti, nu. 4. verſ. Prima itaque.

Sed certe, cum poſſit mulier, etiam
5 † quinquagenaria parere, vt eſt tex. in l. ſi maior quinquagenaria C. de legitimis hæredibus, adhuc niſi aliæ concurrant coniecturæ, dicendum erit illam
6 potius peperiſſe, etiam † quinquagenariam, quam deliquiſſe, Pariſ. conſi. 29. Cato ſextum, num. 19. verſic. Accedat tex. & num. 44. verſic. Præterea, vol. 2. & eſt tex. in d. l. ſi quis maior C. de legitim. hæred. & inclinat D. meus Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. num. 10. verſ. Et ſat ius quidem.

Nec me mouet exemplum illud Federici Imperatoris, qui conceptus a matre
7 quinquagenaria, illius pater † Henricus ut omnem tolleret ſuſpicionem, uoluit eam publice, omnibuſq; uidentibus parere, de quo exemplo Dominus meus Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. nu. 7. verſ. Qui commemorant, Pariſ. d. conſi. 29. Cato, num. 46. verſ. Et ulterius uol. 2. Angel. in d. l. ſi maior C. de legit. hæred. Addo Tiraquel. de ll. connubial. in 6. lege, nu. 32. Vincent. Annibald. ad conſ. Albe, conſ. 319. Quomodocunque ſub littera A. uerſ. Partus ſuppoſitus.

Primò etenim illud fecit ad maiorem cautelam, quod & fatentur allegati Patres, dum illud referentes exemplum dicunt, ut omnem tolleret ſuſpicionem. Rurſus agebat de Imperio, & ſic de ſũma rerum, in quo maximã uim facit in ſuo caſu Boſſ. in tit. de Partu ſuppoſito.

Illud autem, quod ſcribit Fulgoſ. cõſ. 212. Quædam mulier, col. 3. uerſic. Fieri tamen poteſt, Pariſ. d. conſ. 29. num. 47. verſ. Et eſt de mente, uol. 2. quod eo caſu
8 requirantur † pleniſſimæ probationes, alias præſumatur potius partus ſuppoſitus, intelligo ego verum, ſi aliæ aderãt
9 † contrariæ cõiecturæ, præter eam, quæ ex pleniori ætate conſurgere conſueuit.

Secunda eſt coniectura, de qua, & So

Digitized by Google

cin.Iun.conſ.90.nu.19.verſ.Adeſt etiam,
lib.2.& Boſſ. de Partu ſuppoſito, nu.12.
verſ.Et ita videtur,& Maſcard. concluſ.
1152.Receptiſſima,nu.9. verſ. Alia etiã
eſt præſumptio,& D. Menochius d.Præ
ſump.24.nu.11.uerſ.Secunda eſt conie-
ctura, ſi mulier quæ dicatur peperiſſe,
10 diu fuerit † ſterilis, præſumitur enim
tunc partus ſuppoſitus,ſi pariat.

Verum D.Menoch.loco cit. non ſatis
11 †probat hanc coniecturam,& equidem
duplici ratione,quarũ prima ea eſt,quia
id tam maſculis, quam fœminis poſſit
contingere,ut uno tempore nec genera
re poſſint, nec concipere, alio utrumq;
poſſint. Altera eſt ratio, quia ſæpius do
cuit experientia fœminam cum uno
coeuntem uiro concipere, cum alio non
concipere: maſculum item ad eam fęmi
nam accedentem non generare, genera
re ſi alteri immiſceatur.

Addo ego nullius eſſe momenti cõie
cturam in ea,quę diu fuerit ſterilis,quia
12 diu fuerit† virgo,quanquam eo caſu ſte
rilis dici nullo pacto poteſt,cum ſterilis
13 Græce † ἄκαρπος dicatur,hoc eſt infru-
14 ctuoſus, & infœcundus per † priuatio-
nem,ergo prę ſupponitur potentia, quæ
quidem potentia concipiendi nõ eſt na
turaliter in virgine,quandiu uirgo per-
ſeuerat. Atque hoc caſu magis præſum
15 pſerim ego partum ſuppoſitum in† uxo
re, quandiu fuerit ſterilis, quam in alia
ſine coniugio retenta domi fœmina. Et
quidem duplici de cauſſa, quarum ea
eſt prior, quia, ut dicebam, diu uirgo,
non dicitur fuiſſe diu ſterilis,atque ideo
ſi longo tempore uirgo perſeuerans tan
dem uiro ſubiiciatur, inde potius præ-
gnans ſurrexiſſe, præſumitur,quam par
tum ſuppoſuiſſet.

Id autem eſt communiter receptum,
16 ut innupta † uirgo interim prǣſumatur,
ita poſt Abb.in c.1.de adult. Alex.conſ.
229.nu.2.lib.6.Ruin.conſ. 199.nu. 11.
lib.2.Bertrand.conſil.135. & conſ.158.
lib.2.Alb.conſ.37.nu.2. Crauet. conſil.
166.nu.5.Clar.§ ſtuprũ,uerſ. Sed pone,
Maſcard.de Probat.conclu.1410. nu. 1.
& D.meus Præſ.Menoch.de præſumpt.
lib.6.præſump.89. Dubitari ſæpè ſolet,
17 in principio.Marito autẽ copulata † mu
lier reddita præſumitur, Beroius conſi.
36. num.9.lib.1.gloſ.in cap.dixit Domi
nus,32.q.1.D. meus Menochius loco ci-
tato,nu.6.uerſ. Et maritum pariter, qui
* dicit ita tenere * Doctores in c. continę
batur,de deſponſat.impub.

Quod, ſi eandem innuptam ab alijs
etiam prius cognitam uelis,tunc adhuc
idem dicendum eſt,partum ſcilicet faci
lius præſumi ſuppoſitum ab uxore,quã
ab ea, quæ non ſit uxor, quia uxor non
niſi a proprio ſit cognoſcenda uiro, hæc
uero,quæ a pluribus fuerit cognita,cum
uno, ut ſuperius dicebamus potuit eſſe
ſterilis,cum aliã fœcunda.

Ex quibus correlarie deduco, quod
18 etiam in ea,quæ fuerit nupta † pluribus
non præſumitur partus ſuppoſitio, ſi
diu cum altero uiro ſterilis fuerit, mox
cum alio conceperit,eadem prorſus ſua
dente ratione.

Tertia eſt coniectura,de qua,tum So
cin. Iun. tum Maſcard. locis cit. à Dño
meo Præſ.Menoch.d.præſumpt.24. lib.
5.nu.15.uerſ.Tertia eſt coniectura, Ma-
ſcard.d.concluſ.1152.nu.12.verſ.Ad hęc
* ubi de* communi, quando.ſ.mulier,quę
19 aſſerebat ſe pregnantem eſſe, nec † cu-
ſtodiri uoluit, nec pati, ut illius uenter
inſpiceretur. Quam coniecturam intel
20 ligo ueram,ſi † aderat qui uellet,cuiuſ-
ue intereſſet,uel cuſtodiri uentrem, uel
eundẽ inſpici,per ea,quę habentur in l.
1. ff. de uentre inſpiciend. eſt enim Pati
21 ex † propria ſignificatione,uim illatam
ſuſtinere, non pati uim illatam refelle-
re,adeo quod Patior,& Non Patior, dif
ferunt tantum in ordine ad terminum,
ad quem,in ordine uero ad terminum,ã
quo,non differunt, quia utrobique præ
ſupponitur uis in agente.

Quarta cõiectura ſuppoſiti partus eſt
22 qñ † receſſit ex urbe, ubi rerũ oium co-
pia adeſt,& rus ſe cõtulit, nulla ſecũ du
cta obſtetrice,nullaque re neceſſaria ad
puerpiũ parata,ita poſt Boſſ.d.ti.de Par
tu ſupp.nu.12.uerſ.Et cũ eſſet,Soci.Iun.
cõſ.90.nu.3.uerſ.Et præterea, lib.2.Ma-
ſcard. d. concluſ. 1152. Receptiſſima,
num.10.uerſic.Veluti,ſi mulier,D.meus
Præſ.

Digitized by Google

Præſ. Menoch. dicto lib. 5. præſumpt. 24. numer. 16. uerſic. Quarta eſt coniectura.

Verum D. meus Menoch. loco cit. ab
23 ea præſumptione † recedit, dicit. n. hanc coniecturam, & ſi ſuſpicionem quandã faciat, non tamen multum vrgere, cum receſſus ille contingere potuerit, vel mulieris imprudẽtia, uel leuitate, quo vitio earum multæ laborant.

24 Sed quæſo, quæ ea eſt † mulier, quæ nouerit ſe inde ad decendium, ſed nec ad diem parituram? Niſi prius dolores effingens receſſiſſet deinde imparata. Vel fortè prius quæſtio ſtatus iam vẽtri mota eſſet. Alias nimis ſuperſtitioſè ageretur profectò, ſi prægnans ab urbe recedere non poſſet, & recedẽs ſecum obſtetrices conducere teneretur.

25 Quinta eſt coniectura † ſuppoſiti partus, quando conſtat iam paullò ante natum fuiſſe ex alia puerum, & hunc traditum alicui magna familiaritate coniuncto illi mulieri, quę ſe nunc peperiſſe dicit, Boſſ. in d. tit. de Partu ſuppoſito, nu. 16. verſ. Addo, quod non ſolum Socin. Iun. dicto cõſ. 90. poſt nu. 3. uerſ. Quod præterea inſuper, lib. 2. Marcard. de probat. d. concloſ. 1152. nu. 11. uerſ. Si conſtat paullo ante, D. meus Præſ. Menoch. d. præſumpt. 24. nu. 17. uerſ. Quinta eſt coniectura, lib. 5.

Sed certè, ut obſeruat D. Menoch. lo-
26 co cit. plura requiruntur ad hoc, ut aliquid operetur hæc coniectura, quatuor enim ad minus requiruntur, quod mulier arguatur de ſuppoſito partu, quod paullò ante natus ſit puer, qui traducit, quod alicui magna familiaritate coniũcto mulieri illi, quę ſe nunc peperiſſe dicit, traditus fuerit nuper editus partus, & quod vere fuerit domum ementientis puerperæ delatus.

Addas duo, quod ſcilicet appareat traductum puerum apud ementitam
27 puerperam † permanſiſſe, uel affirmatiuè, quia vere permanſerit, vel abnegatiuè, quia non appareat, quo illuc traductus, fuerit inde translatus aliò. Præterea conſtare debet dum ea res ex coniecturis penditur conſtare debet inquã
28 quænam pepererit, vel ſi inter † expoſitos adducendus eligatur, debet conſtare de eo, qui adducendum, & exportandum dederit, nec enim pueri recenter nati, in uiis ad libitum reperiri conſueuerunt, nec etiam arbitror natos eiuſmodi vili adeo, atq; neglectæ curæ eſſe ſuis in Xenodochio præfectis, vt paſſim quæritantibus etiam ignotis, nullo adhibito ſtudio, nulla inde retenta notula, ab iiſdem præfectis exhibeantur, quod mihi inſuper voluiſſe videtur Boſſ. in tit. de Partu ſuppoſito, num. 16. verſ. Vnus infans natus ex quadam Vrſina fuit ſtatim &c.

29 Atq. harũ vnaqueq. pręſumptio † duobus ſaltem teſtibus, & legitimis, & legitimè deponentibus probanda eſt, ita in pũcto Maſcard. d. concl. 1162. num. 31. ver. Tertiò velim, vbi de * communi. Idẽ in concl. 894. Iudicium quodlibet, per totum.

Sexta eſt coniectura, quando teſtibus probatum eſſet, eo tempore, quo ſe prę-
30 gnantem aſſerebat mulier, ab ea † pannos excidiſſe è ventris regione, Dominus Menoc. loco cit. nu. 18. ver. Sexta eſt coniectura, Boſſ. d. tit. de Partu ſuppoſito, nu. 10. verſ. Quod eo maximè dicendum eſt, Maſcard. de Probat. d. concluſ. 1152. num. 15. verſ. Eandem partus ſuppoſiti.

31 Hanc † coniecturam dicit D. Menoch. loco cit. facilè euitari poſſe, ſi mulier ipſa aſſerat, ſe tunc vẽtris dolore affectã, pannos ſuper impoſuiſſe.

Addo omnino obſeruandam panno-
32 rum † qualitatem, & quantitatem, & temporis ſtationem. Quid ſi ſubtilis decidat ex panno tutela? Hyeme pręſertim? Ex eo ſolo non arguetur certè falſus venter.

Septima eſt coniectura partus ſuppoſiti, ſi mulier poſt mortem mariti ſe nũ-
33 quam prægnãtem eſſe dixerit poſt † longum temporis ſpacium Socin. Iun. dicto conſil. 90. num. 19. verſ. In primis enim, lib. 2. Maſcard. in dicta concluſ. 1142. nu. 17. verſ. Amplius, & illa coniectura, D. Menoch. loco cit. nu. 19. ver. Septima eſt eſt coniectura.

Hanc coniecturam dicit D. Menoch.
34 loco cit.† leuem eſſe, quia ſint quædam
mulieres, quæ falluntur, nec ſcire poſ-
ſint an grauidæ ſint, & quia matris ne-
gligentia, cum præſertim requiſita non
eſt an prægnans ſit, puero nocere non
debet.

Tu uide ea, quæ dixerim ego de Act.
in mort. artic. cap. de Poſth. Adde, quod
35 quę† alias pepererint, conſueuerũt eiuſ-
modi negligere, quæ uerò primo ſunt
partu, dum ſunt prægnantes, licet non
negligant, erubeſcunt tamen.

Octaua eſt cõiectura, de qua, & Soci.
& Maſcard. locis cit. & D. meus Præſes
Menoch. dict. lib. 5. præſumpt. 24. nu. 20.
36 uerſ. Octaua coniectura, quando† nullus
præſens fuit eò tempore, quo mulier ſe
peperiſſe dixit.

37 Hanc coniecturam† debilem dicit D.
Menoc. loco cit. Ponit enim eſſe, ut uel
ob celeritatem partus, uel alia de re, mu
lieres habere non potuerit, quæ ſibi opẽ
ferrent in puerperio.

Quod ego maxime uerum arbitror, ſi
non erat mota quæſtio ſtatus, & enixa
38 fuit mulier† nocturno tempore, omnes
enim eo tempore ſe domi libentiſſime
continent, ne in itinere in malum aliqđ
præcipitent ipſi, aut ab alijs conſtructas
ſentiant fraudes, ut ſæpius diximus.

Nona coniectura eſt, ſi partus genito
39 rib. non† aſſimiletur, quam tamen negli
git D. Menoch. loco cit. numer. 21. uerſ.
* Nona eſt coniectura, quam ** rectiorem
eſſe ſententiam ſcripſit idem D. meus
de arbitr. Iud. caſu 89. Cum filiationis;
nu. 97. uerſ. Rectius contrariam, ex eo,
quod ſimilitudo eiuſmodi omnino ex
40 mulieris† imaginatione conceptionis
tempore pendeat, D. Menoch. loco cit.
Ruin. conſ. 53. Et pluribus ſimul, nu. 9.
ver. Quia ex hoc non probatur, uol. 5. Pa
riſ. conſ. 10. Aduerſus, num. 18. uerſ. Nec
ſimilitudo, uol. 2.

41 Adde† immiſcentes, & decidẽs ſemẽ
varie variis temporib. affectum, & ſecũ
dum qualitates primas, & ſecundũ qua
litates ſecundas, defectum materiæ, &
uirtutis ſeminariæ, excrementũ, & eiuſ-
modi alia, quæ ego pluris facio, quam
mulieris imaginationẽ, ex qua, ſi princi
paliter dependeret prolis forma, pul-
chri nimis procrearentur liberi, tanta
eſt mulierum quarundam ambitio.

42 Decima eſt coniectura † Fama, quod
partus fuerit ſuppoſitus D. meus Præſ.
Menoch. d. præſumpt. 24. nu. 22. uerſ. De
cima coniectura, Boſſ. de Partu ſuppoſi-
to, nu. 20. uerſ. Et ſufficit ſola fama, Soc.
Iun. d. conſ. 90. nu. 21. & nu. 36. lib. 2. Ma
ſcard. de probat. d. concl. 1152. n. 20. uer
ſi. Per famam etiam.

43 Quod quomodo procedat, uide quę†
diximus in cap. de Fama, debet enim
proceſſiſſe à fide dignis; & fama debet
eſſe publica, alioquin, ſi ſit priuata, erit
44 potius opinio† quædam, quam fama, Cæ
pol. conſ. crim. 2. In cauſa matrimonia-
li, nu. 8. uerſ. Decima, & ultima pręſum-
ptio, Bart. conſ. 19. Viſo libello, ad fin.
par. 2. in puncto Grat. conſ. 94. Viſis fa-
cti ſpecie, num. 17. uerſ. Quarta proba-
tio, uol. 2.

Adde, quod debet habuiſſe ortum an
45 te† litem conteſtatam, Abb. in cap. licet
ex quadam, col. 2. de teſtibus, maxime ſi
ſolum fundamentum famæ ſit in perſo-
46 nis, a quibus illud ſit† auditum, Boſſ. de
partu ſuppoſito, num. 21. verſ. Reſpon-
detur tamen.

47 Vndecima eſt matris† confeſſio, Soci.
Iun. d. conſ. 90. nu. 4. uol. 2. Boſſ. de Partu
ſuppoſito nu. 22. uer. Vnum eſt, D. meus
Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. lib. 5.
num. 23. uerſ. Vndecima eſt coniectura.
Maſcard. d. concl. 1152. nu. 21. uerſ. Huc
48 accedit, maxime in† articulo mortis Maſ
card. loco cit.

Hoc reijcit D. Menoch. loco cit. quã
49 do filius eſſet iam in† quaſi poſſeſſione
filiationis, pro quo faciunt ea etiam, quę
in indiuiduo ſcripſit Io. Bonifacius in
tract. de Furtis §. corporalis, nu. 46. uerſ.
Cũ filiis infantibus. Adde, quod in præ
50 iudicium† tertij non creditur etiam con
ſtituto in mortis articulo, Idẽ D. meus
Præſ. Menoch. conſ. 39. Noua excitatur
dubitatio, nu. 71. uerſ. Non obſtat ſepti-
mũ, uol. 1. maxime, ubi per quaſi poſſeſ
51 ſionem iam † quæſitum ius dici poteſt,
Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſump. 4.
nu. 8.

Digitized by Google

nu.8.uerſ.Aduerte tamen, ex Bart. in l. * ſi quis moriens §. 1.ff.ad Sillan. ubi de * cõmuni, D. meus Præſ. Menoch. de pręſump.lib.5.præſumpt.4.nu.17.uerſ.Declarando primo,& ego de Act.in mort. articul.cap.50. nume.6. uerſ. Euaneſcit tamen primo.

Duodecima eſt coniectura, quam ego addo, quam deſumo ex textu in l. 1. §.tria lumina ff. de uentre inſpiciend.
52 quando ſcilicet † nocturnum eſt tempus, nec tria adhibentur lumina, oritur enim præſumptio legis, quod ſit partus ſuppoſitus.

Quod ego uerum intelligo, quando
53 tempore partus iam erat mota uentri † quæſtio ſtatus, ut ibi manifeſte ex tex. colligitur, quę quidem quæſtio, uel erat mota per ſe ex parte rei, ut quia eſſet
54 † quinquagenaria, & de maximo tertij præiudicio agebatur, uel alias ſterilis, declarando, ut declarauimus ſupra; uel ab alijs, puta a marito, uel quibuſcúq; aliis.

Diluitur autem, ſeu maxime extenuatur coniectura partus ſuppoſiti ex pluri
55 bus, atq. inter alia, quando quis † diu perſeuerauerit in quaſi poſſeſſione filiationis, D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt.d.lib.5.præſump.24.nu. 29. uerſ. Quinto diluitur. Maxime ſi poſt mortẽ
56 patris ab aliquo † particulari tractatus fuerit tanquam filius defuncti, etenim multo magis ex eo conſtituitur filius in quaſi poſſeſſione filiationis contra tractantem, Angel. in l. liberorum, in prin. ff.de his, qui notant. infam. Card. Palæotus de Not. & Spur. cap. 22.in fin. D. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2.caſu 89. Cum filiationis probatio, n.72.verſ. Extenditur ſecundo, Alex. conſ. 25.nu. 12. uol.4.Maſcard.de probat.concluſ. 789. Alia ſolet, num. 11.uerſ. Intellige, ut eo uſque.

Quæ quidem quaſi poſſeſſio filiationis nõ ſolum procedit in filijs legitimis, & naturalibus, quos iuſtus appellãt, ſed
57 etiam in illegitimis, & † ſpurijs, Alex. ad Bart.in l.1.§.ad quæſtionem ff.de quęſtionibus Pariſ. conſ. 10. Aduerſus D. Bartholomæum, num.35.uerſ. Volentes quaſi poſſeſſionem, uol. 2.& hoc eſſe de * iure * uerius ſcripſit Rolãd.a Valle cõſ. 22.Viſo teſtamento, nu.30.uerſ. Pariter non obſtat, uol.3. Maſcard. de probat. concluſ.787.Vidimus aſſerẽtem, nu.15. uerſ. Secundo amplia, Gozadin.conſil. 13.In hac cauſſa, nu.55.uerſ. Ad decimũ quartũ, per tex. in l. filiũ eũ diffinimus ff.de his, qui ſunt ſui, uel allieni Iuris, * Burſat.conſ.88.& 89. de magis ** communi Maſcard. loco cit. atq; his in locis plures alii allegantur.

DE SYMBOLI.
Cap. CLXIII.

SUMMARIUM.

1 *Symbolum eſt nota arcanioris myſterij ſignificatiua.*
2 *Ciconia eſt ſymbolum pietatis.*
3 *Papauer eſt ſymbolum fertilitatis.*
Cicada eſt ſymbolum nobilitatis, ibid.
4 *Candor eſt ſymbolum ſapientia.*
5 *Symbolorũ pluriũ ſignificationes remiſſiuè.*
6 *Lumen ſymbolum eſt iuſtitiæ, & fidei.*
7 *Nox eſt ſymbolum iniquitatis, & infidelitatis.*

ARGUMENTUM.

¶ Luminis, & Noctis, ac tenebrarũ ſymbola. quid ſit ſymbolum hac attenta acceptione.

SYMBOLUM dum uarias habet ſignificationes, illã quoq; admittit, quæ ad rẽ noſtram attinet, ut dicaẽ
1 nota† arcanioris cuiuſpiã
2 myſterii ſignificatiua, ſic† Ciconia dicit
3 ſymbolũ pietatis; Papauer † fertilitatis, Cicada eſt ſymbolum nobilitatis, Can-
4 dor autem† ſymbolum ſapientiæ. Quid plura? Vide doctiſſime, & latiſſime ex profeſſo differentem D. Henricum Far-
5 neſium in ſuo† ſimulachro Reipublicæ, per totum.

Sed & nox occultum aliquid, & recõ

Digitized by Google

Hanc coniecturam dicit D. Menoch.
34 loco cit.† leuem eſſe, quia ſint quædam
mulieres, quæ falluntur, nec ſcire poſ-
ſint an grauidæ ſint, & quia matris ne-
gligentia, cum præſertim requiſita non
eſt, an prægnans ſit, puero nocere non
debet.

Tu uide ea, quæ dixerim ego de Act.
in mort. artic. cap. de Poſth. Adde, quod
35 quę† alias pepererint, conſueuerũt eiuſ-
modi negligere, quæ uerò primo ſunt
partu, dum ſunt prægnantes, licet non
negligant, erubeſcunt tamen.

Octaua eſt cõiectura, de qua, & Soci.
& Maſcard. locis cit. & D. meus præſes
Menoch. dict. lib. 5. præſumpt. 24. nu. 20.
36 uerſ. Octaua coniectura, quando† nullus
præſens fuit eo tempore, quo mulier ſe
peperiſſe dixit.

37 Hanc coniecturam† debilem dicit D.
Menoc. loco cit. Potuit enim eſſe, ut uel
ob celeritatem partus, uel alia de re, mu
lieres habere non potuerit, quæ ſibi opẽ
ferrent in puerperio.

Quod ego maxime uerum arbitror, ſi
non erat mota quæſtio ſtatus, & enixa
38 fuit mulier† nocturno tempore, omnes
enim eo tempore ſe domi. libentiſſime
continent, ne in itinere in malum aliqđ
præcipitent ipſi, aut ab alijs conſtructas
ſentiant fraudes, ut ſæpius diximus.

Nona coniectura eſt, ſi partus genito
39 rib. non† aſſimiletur, quam tamen negli
git D. Menoch. loco cit. numer. 21. uerſ.
* Nona eſt coniectura, quam** rectiorem
eſſe ſententiam ſcripſit idem D. meus
de arbitr. Iud. caſu 89. Cum filiationis;
nu. 97. uerſ. Rectius contrariam, ex eo,
quod ſimilitudo eiuſmodi omnino ex
40 mulieris† imaginatione conceptionis
tempore pendeat, D. Menoch. loco cit.
Ruin. conſ. 53. Et pluribus ſimul, nu. 9.
ver. Quia ex hoc non probatur, uol. 5. Pa
riſ. conſ. 10. Aduerſus, num. 18. uerſ. Nec
ſimilitudo, uol. 2.

41 Adde† immiſcentes, & decidẽs ſemẽ
varie variis temporib. affectum, & ſecũ
dum qualitates primas, & ſecundũ qua
litates ſecundas, defectum materiæ, &
uirtutis ſeminariæ, excrementũ, & eiuſ-
modi alia, quæ ego pluris facio, quam
mulieris imaginationẽ, ex qua, ſi princi
paliter dependeret prolis forma, pul-
chri nimis procrearentur liberi, tanta
eſt mulierum quarundam ambitio.

42 Decima eſt coniectura † Fama, quod
partus fuerit ſuppoſitus D. meus Præſ.
Menoch. d. præſumpt. 24. nu. 22. uerſ. De
cima coniectura, Boſſ. de Partu ſuppoſi-
